GALENI OPERA EX SEXTA IUNTARUM EDITIONE. QUAE, QUID SUPERIORIBUS PRAESTET, PAGINA...

Digitized by Google

55·2·H·3







GALENI
OPERA
EX
SEXTA IVNTARVM
Editione.

35

Quæ, quid ſuperioribus præſtet, pagina verſa oſtendit.

AD ILLVSTRISS. BONONIENSIS REIPVB. SENATVM.

VENETIIS
APVD IVNTAS, CIϽ IϽ LXXXVI.
Cum Priuilegijs.



IN

Sexta hac noſtra GALENI operum editione non ſolum quæ & legitima, & ſpuria, & integra, & manca à nobis fuere ad hoc vſque tempus euulgata, eorum nihil deſideratur,

Sed acceſſerunt nunc etiam.

COMMENTARIVS SECVNDVS GALENI *In librum vulgarium morborum* HIPPOCRATIS *ſecundum, nunquam aliàs uel græce, uel latine impreſſus.*

GALENI *In libros Hippocratis de Humoribus commentarij tres, in prioribus editionibus noſtris deſiderati.*

Singulæ autem Hippocratis ſententiæ à Galeno citatæ, & loca Auicennæ, quæ Galeni ſententijs reſpondent, ſuo, vt in ſuperioribus quoque, loco, ſumma fide indicantur.

Quæcunque etiam varijs temporibus ad hunc vſque diem varij & inſignes doctrina viri ad verum GALENI exprimendum ſenſum, margini adnotarant, ea & reliquimus, & non parum auximus; multis nunc obſcuris locis claritati, & corruptis veritati reſtitutis, ex recognitione Ioannis Coſtæi, medicinæ practicæ in Bononienſi Academia ſupremo loco profeſſoris.

Habuimus & indicis quoque à Braſauola alias in Galeni opera conſtructi, rationem cui, quæ ſcitu, notatuq; digna in libris poſterius adiectis, videbantur, addi opportunis locis curauimus.

Ac tandem, ut maiorem ex horum operum lectione fructum ſtudioſi iuuenes capiant, acceſſit SINOPSIS, *quæ breuiter complectitur quicquid in unoquoque libro, & in cuiuſque libri ſingulis capitibus, continetur, quod ad propoſitæ rei argumentum ſpectet, Lucij Scarani medici phyſici labore nunc primum edita.*

ILLVSTRISSIMO

BONONIENSIS REIPVBLICAE SENATVI.

IOANNES COSTÆVS S. D.

INTER eos qui ad hanc vſque diem in medica diſciplina ſcribendo præſtitere, ſapientum omnium ſententia, ſupremum locum obtinuit Galenus, qui iacta à veteribus præſertimq; ab Hippocrate, rationalis medicinæ parua quædam ſemina ita excoluit, & ad eam meſſem redegit, vt illius ope ampliſſima iam incomparabilium diuitiarum horrea pateant, omnem poſterorum auiditatem exſatiatura. Huius magni ſcriptoris opera, quæ à varijs doctis viris, temporibus non iiſdem, neque eadem fœlicitate fuere ex Græco Latine reddita, ac ſæpius recognita, quum ego in manus reſumpta à capite vſque ad calcem percurrere, & illuſtriorem, vérioremq; eorum lectionem perquirere eſſem aggreſſus, eò perducta res eſt, vt nunc à Iuntis prodeant, longe (vt ego quidem puto) quam vnquam alias abſolutiora atque meliora. Hæc igitur quæ nunc ductu meo in hominum manus veniunt, ſicuti laborum meorum multorum, ac non exiguæ in ea arte quam profiteor adiuuandæ, diligentiæ meæ argumentum ſunt allatura; ita nullo pacto prætermittendum mihi exiſtimaui, quin ſimul etiam & veſtrorum P. A. meritorum, & grati in uos animi mei facerent teſtimonium. Quando enim nihil eſt, quod inter homines amorem magis, quàm collata beneficia pariat, nihil quod odium magis, quàm acceptorum obliuio, atque ingratitudo: ſi vos me aliquot iam ante annos in hoc veſtrum nobiliſſimum Gymnaſium propoſito honorificentiſſimo loco, ac præmio nihil tale vel quærentem vel cogitantem vltro accerſiſtis, & ad vos profectum humaniſſime excepiſtis, innumeriſq. officijs proſecuti nihil quod ad dignitatem meam, quod ad bene de me merendum

 perti-

pertineret, prætermiſiſtis: ſi contra, veſtram ego humanitatem vel meritum veſtrum maximum diſſimulem, ingrati notam, planeq. odioſum ſubeam nomen. Itaque, & ſi beneficiorum in me veſtrorum magnitudine longe inferiores eſſe uires meas non diffiteor, illud tamen vere profiteri poſſum, tam gratum mihi animum, tamq. propenſam eſſe in vos voluntatem, vt cadat nemini.

Id quod quidem, quando maiori non licet nunc teſtimonio ſignificare, horum ipſorum in Galenum laborum meorum oblatione teſtatum velim, qui nunc ſub nomine veſtro apparent. Accipite ergo P. A. hoc, quidquid eſt, gratitudinis meæ argumentum, ſeue illud quidem, ſed quod ab eo tamē eſt, qui quod poteſt, toto offert animo: qui pro benignitate veſtra inexhauſtas vobis habet gratias, et agit.

VLISSI ALDROVANDO
NATVRALIS PHILOSOPHIÆ
IN BONON. ACADEMIA PROFESSORI,

Viro genere, moribus, & doctrina Illuſtri,

IOANNES COSTÆVS, S.

DVM in Galeni libris quotidie verſor, Vliſſes Aldrouande, ſi quid obſcuri inter legendum occurrit, ſoleo id ego expendere, & claritatem perquirere, atque vtcunque inuentam margini adnotare; ne ſi quando idem locus mihi ſit repetendus, in eodem rurſum hæream ſaxo. Ita quidem dum plures iam annos hoc meum ſecutus inſtitutum, alia quæ minus fideliter vel clare latinitati tradita erant, ex græco libro emendare, alia quæ corrupta etiam græce videbantur, reſtituere omni ratione contendo; non exiguus aceruus ſenſim conſtitit, non inutilium obſeruationum. Adornabat nouam Galeni operum editionem Lucas Antonius Iunta, qui de diligentia hac mea redditus certior, vt eſt in ſtudioſorum commodum ſtudioſiſſimus, quum mea hęc quæcunque eſſent, enixe expeteret, amiciſſimo homini neque potui, neque debui, neque volui denegare. imo eius exemplo ad bene merendum de medicinæ ſtudioſis magis excitatus, ſi priuatam operam aliquam in huiuſce editionis ornamentum conferrem, magnum me operæprecium facturum arbitratus, repetendam mihi horum omnium operum lectionem duxi. in qua dum perſto, id effectum eſt, mihi vt ſuſcepti laboris huius non eſſe pœnitendum facile credam, cuius ſtudio aliquo, & qui nunc primum ad Galeni ſcripta ſe conferunt planiorem ad hęc aditum ſint habituri, & alij quoque quibus detrita iam hæc eſt via, omnia ſint reuiſuri illuſtriora. Quanquam enim in ornandis hiſce Galeni libris præſtantiſſimi doctrina viri maxima cum laude diligentiſſimam ante nos operam præſtitere, ſuperfuiſſe tamen in ijs aliquid, quod illorum diligentiam ſubterfugerit, nihil eſt vt admiremur. Quis enim in his, quæ tam multa, tam vetuſtis temporibus ſcripta, ex aliena lingua ad nos tranſiere, tantum ſtudij vnquam adhibeat, quin poſteris quoque in eadem re noua & laudata opera ſe ſe exercendi locus ſemper aliquis ſit ſuperfuturus? Fatemur nos certe & agnoſcimus in his ipſis quæ nunc prodeunt, adhuc eſſe multa quæ poſſunt effici meliora: & in primis, quod ad horum operum diſpoſitionem pertinet, aliquorum ex doctis viris deſiderium & iudicium non damnamus: ſed hac ipſa in re varijs de cauſis nihil nunc

immutandũ arbitrati, adiecto ad ea quę longe vtiliora ſunt animo, vni horum lectioni caſtigandæ atq; exornandæ operam noſtram impendimus. In qua, quæ præſtitere alij, integra omnia ſuis locis relicta ſunt; quæ autem per nos acceſſere, quanuis collatis prioribus editionibus ſponte pateant, facile tamen ex eo quoque agnoſcentur, quod noſtra generatim diuerſo quam ſuperiora charactere apparent. id quod ea ratione effectum eſt, cum, vt aliorum qui ante nos in hæc opera vigilarunt, integra perſtet & laus & gloria: tum vt induſtriæ alicuius noſtræ ac propenſæ in promouenda huius, quam ſequimur, diſciplinæ ſtudia, apud ſtudioſos extet argumentum: tum etiam, quo hæc noſtra, in quibus ſæpe nullam opem nobis ferentibus græcis exemplaribus, ſoli coniecturę nixi, vnius alteriusúe literulę immutatione aut tranſpoſitione corrigere quæ corrupta videbantur ſtuduimus, docti viri, quaſi ante oculos clarius oblata obſeruare, obſeruata expendere, & expenſa ſi videatur, moderari in publicum commodum poſſint, ac corrigere. Vt enim non ſumus neſcij non idem omnibus eſſe eadem de re iudicium, ita qui vnam hoc loco medicę reipub. vtilitatem nobis propoſuimus, neque alienum iudicium detrectamus, neque aliquid magis expetimus quàm vt abſolutiora omnia videamus. Hęc inſtituti operęque in his meę fuit ratio. quam hoc loco Aldrouande reddidi, vt ſtudium hoc meum intelligant ſtudioſi non indignum eſſe quod ipſi quoque benigno animo & probent & excipiant, quod probare tu ſoles, vir de medica naturalique omni ſcientia meritiſſimus, & in Bonon. hoc Gymnaſio hominum in omni diſciplinarum & literarum genere prętantiſſimorum ſplendore illuſtriſſimo, non poſtremus. Vale.

HIERONYMVS MERCVRIALIS MEDICVS FOROLIVIENSIS MEDICINAE STVDIOSIS,

De Galeni Libris.

SÆPENVMERO *cùm de iis, qui apud Gręcos pręclariſſimè omnium ſcripſerunt, mecũ ipſe conſidero, in eam ſententiam venio, poſt principes illos, Hippocratem, Platonem, Xenophontem, Ariſtotelem, ac Theophraſtum, nullos haberi, qui merito iuxta locari poſſint, prę ter Plutarchum Cheronęum, atque Galenum Pergamenum. Ille enim, vt in hiſtoria maxime excelluiſſe, ſed ſimul cunctarum fere diſciplinarum orbem mirifice complexus videtur: ſic iſte multa cum tractauerit, in medicina quidem ſingulari quadam felicitate cęteros quosq. anteceſſit. At ſi mathematicas, philoſophiam, Rhetoricam, poëſin, & alias, quas paſsim in libris ſuis ita tetigit, diſciplinas, vt in ipſis perfectus videatur, ſpectemus, paucis in vnaquaque ipſum cedere plane certum eſt. Quod copioſius & exactius demonſtrari a nobis poſſet, niſi huiuſcemodi locum viri eruditiſſimi non minus diligenter, quàm eloquenter tractatum poſteris reliquiſſent. Id tamen ſilendum nequaquã duxi, Galeno eueniſſe, quod illis, qui multa diuerſis temporibus ſcribunt, plerumq. contigiſſe compertũ eſt, ſcilicet vt certum irrefutabilemq. ordinem minimè ſecutus ſit, ac complura ſcripſerit, quibus facile medicinę ſtudioſis carere licuiſſet. Nam cũ is toto vitę tempore in ſtudijs atque artis exercitationibus gnauiter verſaretur, ferè credi nõ poteſt, quomodo tot tantisq. ſcribendis, quę vix alius cogitare ſufficeret, ipſe otium atq. animum habere valuerit. iã vero qui ab amicis ſępe impulſus, aut a maleuolis coactus magnam ſcriptorum ſuorum edidit partem, eum in ſcribendo certum ordinem, atque connexum ſeruare non potuiſſe, cuiuis manifeſtum eſt: vt hac vna ratione non ſolum varię fuerint in connectendis Galeni voluminibus ſententię, ſed etiam ab ordine, quem ipſemet libello ad id dicato reliquit, non parum diuerſę, ac forſan omnes ęquo animo accipiendę: ſiquidem, vbi auctoris clarum & certum in copulandis ſuis commentarijs inſtitutum nullum apparet, cuique ſecundum animi proprij ſenſum coniungere, atque ea in ordinem fas eſt redigere, modo rationibus ſaltem probabilibus, aut veritati minime refragantibus innitatur. quę ſane quo ſunt potiores, communibusq. hominum bene ſentientium conceptibus acceptiores, vt ordo ille atque copulatio cũctis alijs pręferatur ęquum eſt. Huiuſmodi ſane eſt Galeni operum ordo, atque connexas, in Iuntarum, de litteris omnibus, prę ſertim de Medicina, optime meritorum, poſtremis editionibus obſeruatus: quorum omnium quoniam iamdudum Ioannes Baptiſta Mõtanus rationem epiſtola propria pręclare indicauit, vanus eſſet labor, ſi eadem repetere hoc loco ſtuderẽ: eo magis, quòd, vt olim cum Ioãne Cratone, Maximiliani Imperatoris Archiatro, viro eruditiſsimo, ac in Galeni doctrina pręclare verſato, quiq; Montano cariſsimus, ac familiariſsimus auditor fuit, locutus ſum, pauci omnino inueniũtur, qui in eruenda ex Galeni libris vera methodo, à qua poſtmodum ordo aliquis firmus cõ-*

paratur, ipſi Montano iure conferri debeant. Sed de ordine nō plura. De delectis vero librorum Galeni legendorum, quem à multis exoptari ſæpenumero animaduerti, & in quo non modica laus, atque fructus poſitus eſt, latius digredi vobiſcum conſtitui: tum quia hæc res a nullis fere ſpectata, vel ſaltem obſcure & ieiune explicata reperitur: tum quia vobis omnibus, quorum vtilitas, atque profectus mihi ſemper cordi fuerunt, me rem gratam, atque non parum fructuoſam eſſe facturū ſpero. ſicut enim in vnoquoque ſcientiarum genere adipiſcendo magni refert, optimos, quos ſequaris, auctores eligere: quandoquidem, vt dicebat Phocylides,

Ἐσθλῶν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ διδάξεαι. ἢν δὲ κακοῖσιν;
Συμμίσγεις, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

ita, niſi auctoris iam electi commentaria meliora, atque vtiliora ſecernantur, ſæpe lolium tritico mixtum colligitur, (ſunt eorum, qui multa ſcriptis conſignarunt, volumina, inſtar latiſſimi campi, vbi neceſſario cum tritico loliū, aliæq. minus vtiles herbæ naſcuntur) atq. ſubinde non temporis modo iactura fit, verum etiam bona dū minus bonis iuncta ſimul comprehenduntur, doctrina ſana ac perfecta, quemadmodum deceret, haudquaquam acquiritur. Eorum, qui Galenica lectione delectati, in eius libris cum fructu & voluptate diligenter verſari cupiunt, duo genera inuenio, medicorum ſcilicet, (ſub medicorū nomine philoſophos quoq. complector, quòd Medicinæ anima ſit ipſa philoſophia) atque illorum, qui φιλόλογοι *vocantur, quiq; variam, ac antiquam eruditionem ex quibuslibet primi ordinis auctoribus expiſcari quærentes, vt ſciant dumtaxat, nullo ſibi medicinæ faciendæ, ſed tantum aliquantiſper deguſtandæ propoſito fine, modo hunc, modo illum ſcriptorem, aut ſcriptoris librum euoluunt. Hos poſtremos etſi ad me parum pertinere intelligam: attamen quoniam & ipſi commendatione, ac inſigni laude digni ſunt, nēpe qui optimorum auctorum lectionem, cognitionemq; vere amant: non ſolum qui præ cæteris ſint vobis futuris medicis manu terēdi nocturna atq. diurna Galeni libri, ſed etiam qui philologorum honeſtos conatus iuuare queant, nunc, quantum ego ſentio, proponam. & ne oratio huc atque illuc inutiliter vagetur, vnamquamque Iuntarum editionis nuncupatam claſſem ſeriatim, à priore initio capto, percurrā, mox et de ſpurys, et de fragmētis nuperrime partim addictis, partim e loco priore in peculiarem quandam ſedem redactis, quid iudicem, aperte ſubnectam: alijs etiam poteſtatem relinquens, vt, niſi hæc noſtra probauerint, meliorem ſaltem publicam medicorum, ac aliorum in vtilitatem ipſi proponant. Iſagogicis, qui ante primam claſſem proximè conſtituuntur, plura ſunt, quæ potius philologum, quàm medicum delectent, vt oratio illa adhortatoria forſan Galeno indigna: tractatus de ſophiſmate ab Alexandro Aphrodiſienſi in commētarijs ad Elenchos Ariſtotelis tex. vij. citatus, alijq. complures. Nam qui de ſectis ad introducēdum inſcribitur, Galeni tempore, quando ſectæ illæ florebant, plane legēdus erat, non ita noſtro, quo iamdudum ſectæ deſiuerunt. At liber de conſtitutione artis, atque ars medica non minus neceſſarij, quam vtiles futuris medicis ſunt: in quorum altero ordine reſolutiuo, in altero autem definitiuo tota medicinæ facultas ita breuiter, et clare explicatur, vt pauca etiam ij, quibus nil placere ſolet, in ipſis deſiderent. Cæterum, quæcumque in prima continentur claſſe ad philoſophum medicinæ iam initiatum tam*

ornan-

ornandum, quàm perficiendum fere omnia ſpectant, præſertim vero de elementis temper amentis, ac naturalibus facultatibus libri, in quibus, niſi Galenus familiari ſibi & veteribus inuſitata prolixitate vſus eſſet, nil forſan melius vniuerſa philoſophia poſsideret. Libri de anatomica adminiſtratione a Galeno iam Quadragenario Romæ ſumma cura abſoluti, & alij eiuſdem tractationis ad vnum medicum ſane pertinere videntur: etſi in ipſis poſteriores anatomici non pauca errata animaduerterint, quæ Galeno in ſecandis humanis cadaueribus minus exercitato condonari poſſunt. ſic qui de vſu partium, ac de placitis Hippocratis & Platonis vulgo, & a Nemeſio ſymphoniæ nomine inſcribuntur, adeo varia & ſingulari eruditione pleni ſunt, vt philologi, philoſophi, ac medici in ijs, quæ ipſos & iuuent & delectent, plurima ſemper inueniant. etenim quæ de Hippocratis & Platonis dogmatibus tractant volumina, tametſi a Galeno iuuene, & ob id ambitioſo atque curioſo conſcripta fuerint: complura tamen præclara in ipſis traduntur, quæ pariter in libris de Demonſtrationibus nunc deſideratis ſimili propemodum argumento, & ratione tractata eſſe, ex nonnullis, quæ ibi litteris conſignata leguntur, & a Nemeſio ex lib. de Demonſtrationibus citãtur, certo colligo. Verumenimuero, ſi Galeni ingenium alicubi, ſi iudicij acrimonia, ſi doctrina, & prudentiæ magnitudo elucent, proculdubio in diuiniſsima illa de vſu partium tractatione clariſsime apparent: in qua non modo alios. immo vero ſe ipſum ita ſuperauit, vt nõnũquam ſuſpicatus fuerim, Galenum ab aliquibus veterum ſcriptorum maiorem partem rerũ ibi tractatarum eſſe ſuffuratum. Nam ij libri, vt in enarratione propriorum teſtatur, fuerunt ab ipſo Romæ perfecti; quo tempore nondum in arte prouectus erat: nec alia quæ tunc ſcripſit, hiſce tum contemplationis profunditate, tum elocutionis grauitate aſsimilantur. Immo vero, ſi tractationes non diſsimilis argumẽti de vtilitate, & cauſis reſpirationis atque pulſuum in eadem prima claſſe collocatas libris de vſu partium conſerantur, certe in illis Galeni ambitio, atque alios damnandi, quo laborauit, pruritus perſpicue dignoſcitur: vt ij magis, quàm hi, auctorem ſuum referant. Accedit, ex Laertio, Suida, Theodoreto, alijsq. compluribus fide dignis auctoribus, ſciri, multos antiquorum eandem rem tractaſſe, veluti Empedoclem, Democritum, Ariſtotelem, quorum monumenta tempeſtate noſtra amiſſa in Galeni, qui Imperatorum, & variarum regionum bibliothecas perſcrutatus erat, manus forſan proueniſſe, atque inde optima quæque in proprios (quod Ariſtotelẽ quoque feciſſe perhibent) libros retuliſſe merito credi poſſet, niſi Galenum omnes tanquam numen medicinæ quoddam hodie ſuſpicerent, ac iure venerarentur. Ariſtoteles quidem in libris de animalibus, qui nunc habentur, aliqua de vſu partium, eaq. præclara reliquit, ſed, cùm multa deſint, quæ ſe ſupplere profitetur Galenus, quis ſcit, an ex libris anatomicis, alijsq. eiuſdem argumenti ab Ariſtotele ipſomet, & a Laertio citatis acceperit? Libris ſecundæ claſſis, qui de pilæ exercitio ac de animi morbis, & erroribus tractant, facile poſſent carere medici, quòd iuuenili potius ſpiritu & in alicuius aulici gratiam, quàm ob aliud fuerint a Galeno conſcripti, nec quicquã in ſeſe complectantur, vnde vel doctrina inſignis, vel egregia aliqua artis vtilitas erui queat. At, qui alimentorum cognitionem, nec non ſanita

tis

tis tuendæ rationem trādunt, niſi a medicinæ ſtudioſis exacte teneantur, præſtantiſsima artis parte eos omnino carere, certum eſt. fateor minime fieri poſſe, vt vel abſolutiſsima in libris de Tuenda valetud. deſcripta ſanitas (quod etiā in adagio de Galeni valetudine, tanquàm de re a nemine vſu probata, decantatur) vllibi vnquam reperiatur, vel præcepta luculenter tradita ad amuſsim obſeruentur. ſed quemadmodum in alys cunctis artibus perfectiſsimum aliquod exēplar habetur, quod adumbrare ſi non æquare laborant artifices, pari pacto in medicina faciēda neceſſe erat, aliquam ſanitatis ideam proponi, ſecundum quam ſiue conſeruandi ſiue reſtituendi ſtudio operationes medicorum dirigerentur. Utrum autē ad Gymnaſticum, an ad medicum tuendæ ſanitatis notitia pertineat, exiguum quid refert ſcire. quapropter ea Thraſibulo dicata tractatio curioſa potius eſt, & philologo accommodata, quales multas ſe feciſſe ipſemet Galenus teſtatur, quàm arti neceſſaria, aut admodum vtilis. quamquam nec eam improbo, cum etiam nonnulla artium explicationem ſpectantia cognitu non inutilia contineat. Eſt plane tertia claſsis tota diſcendæ atque faciendæ medicinæ dicata, nempe quæ, vt ego ſentio, omnibus iam philoſophia inſtructis, ac mox artem diſcere cupientibus viam quandam ſternat latiſsimam, ſimulq; principia ſtatuat, ſine quibus vix vmquam ad bonam frugem vllus perueniret. etenim ſi totū medici negotium aduerſus morbos eſt, atque ſymptomata, horum cognitionem adipiſci vnicuique neceſſe eſt, quā in libris de morbis, ſymptomatibus, febribus, cæterisq. optimo ordine a Galeno traditam ſcimus: etſi Argenterius in ys nō pauca ambitioſius improbarit: Sunt ſane ibi nonnulla, in quibus certiorem doctrinam, ac minorem alios refutandi libidinē expeto, qualis eſt tractatus de rigore, vbi dum nimis anxie in Eraſiſtratū, Attaleū, Philotimum, Praxagoram, & Aſclepiadem inuehitur, quaſi oblitus ſui propoſiti, ieiune admodum quid ſit rigor, & vnde trahat originem, docet. Liber etiam de plenitudine penè inutilis eſt, quòd multa incerta, omnia pene confuſa ſint. at forſan id vitio ſit contextuum deprauatorum. Commentary autem in Epidemiorum Hippocratis libros a Galeno ob amicos conflati omnium ſane aliorum commentariorum præſtantiſsimi ſunt. in quo genere cur quoq. librum de difficultate reſpirationis aliquo pacto non ponamus, ſane non video: cum conſtet cuncta ferè in ipſo declarata ad librorum Epidemiorum atque prognoſticorum declarationem ſpectare: vt non ſit ſtatim aſſerendum, libros a Galeno amicis efflagitantibus conſcriptos minus dignos cenſeri. Qui in quarta claſſe reliquis omnibus anteponūtur De locis affectis libri a Galeno iam ætate prouecto confecti, iure optimo, tum doctrinæ præſtantia, tū egregia rerum ignoratarum explicatione cæteris quibusq. anteferēdi ſunt. propter quod ſoleo dicere, etiamſi Galenus nil aliud, quàm ipſos, nobis ſcriptum reliquiſſet, attamen ſummum medicum iudicari debuiſſe, adeo diligenter, atq. appoſite internorum affectuum (quod omnium difficillimum iudicauit Hippocrates) & ſedes et veras origines aperit. Verum omnes illi de pulſibus inſcripti, exceptis paucis quibuſdam, vbi præſagia, & cauſſæ tractantur, ſi non haberentur, facile ars medica eiuſmodi iacturam pateretur. præterquam enim quòd Herophilum ob nimiā ſubtilitatem, vbi de pulſibus diſſeruit, ſectatores, quemadmodum ſcripſit Plinius, de-

ſeruerint,

ſeruerint,ac iccirco ſuapte naturalis tractatio ardua valde,et obſcura videatur; nimia quoq. Galeni prolixitas,et forſan intempeſtiua ſedulitas omnia obſcura, difficilioraq. reddidit:vt inde videri poßit exercendi ingenij gratia potius,quàm ob ullam utilitatem effatu dignam, vel neceßitatem eum laborem eſſe à Galeno ſuſceptum. Nam quomodo tot differentiarum,cauſarum,atq. ſignorum centurias quis complectatur, et memoria teneat,quando ipſemet Galenus vni Syſtoles cognitioni, quæ inter potiores habetur,comparandæ,viginti annos inſumpſerit? Hippocratem proculdubio,et veteres omnes,qui penè pulſuum notitiam contempſerũt,medicinæ ignaros facere neceſſe eſſet,ſi tanta ac incomprehenſibilis pulſuum ſciẽtia in facienda medicina requireretur. Idem prope de dierum decretoriorum volumine,in quo ſibi mirifice placuit,libere proferrem,niſi Ioannes Picus Mirandulanus in ſuis aduerſus Aſtrologos diſputationibus iampridem oſtendiſſet,complura eſſe in eo tractatu,quæ damnari merentur. Immo cum ipſemet cap.VI. de libris proprijs tradat, ſeſe eos ſibi tantum conſcripſiſſe,haudquaquam magni feciſſe uidetur. quamquam nec prorſus eos,atque libros de criſibus inutiles puto; quoniam ad Hippocratis,qui omnium primus & accuratißimus in animaduertendis diebus decretorijs fuit, mentem,& doctrinam penetrandum,ob quod fuerunt compoſiti, magnopere conferunt. De præcognitione ad Poſtumum librum optarem equidem à Galeno non eſſe editum, nimirũ qui eum nimis ambitioſum, ἀλαζόνα, atq. etiam maledicum abſq. vllo pene fructu oſtentat: quemadmodum ex aduerſo commentarij in Hippocratis Prognoſtica, Prorrhetica, Aphoriſmos, aduerſus Lycum,et expoſitiones linguarũ, non minus vtiles,quàm neceſſarij ſunt. Nec me latet,aliquos Galeni gloriæ parum ſtudioſos eò temeritatis deueniſſe,vt dixerint, eum in exponendo Hippocrate Grammaticum agere,quos magnopere alucinari, ſemper ipſe putaui: quòd is in eliciendis vetuſtißimi & grauißimi ſcriptoris alte reconditis ſenſibus ſummum ingenium,magnam eloquentiam,conſummatum iudicium,atq. incomparabilem claritatem oſtenderit. Utinam commentaria in libros de aëre,aquis,et locis,in ſecũdum Epidemiorum,& alia non deſiderarentur. forſan Hippocratica medicina, quæ nunc à multis propter obſcuritatem negligitur,uel ſaltem omittitur,magis illuſtrata plures nanciſceretur ſectatores. Quinta claßis tractatus perinde Medicis futuris ſunt neceſſarij,atq. ignis,et aqua vita noſtræ,præſertim uero illi,in quibus de ſimplicibus medicamentis agitur, ſine quorum cognitione medendi methodum nequaquam comprehendi poſſe non ſemel Galenus ſcripſit. Et licet ſextus, ſeptimus,& octauus toti à Dioſcoride ſint accepti, atq. in libris de medicamentis localibus,genericis,& de antidotis maior pars in alienis recenſendis, examinandisq. conſumatur; verumtamen in illis graduum cuiusq. pharmaci à nemine antea nobis traditam explicationem mira quadam certitudine agnoſcimus: in his vero, dum aliorum compoſitiones examinantur, ac de morbis nonnullis breuiter diſquiritur, inexhauſtus quidam arcanorum theſaurus, necnon veræ, & tutißimæ conficiendorum medicamentorum regulæ ſingulari diligentia, & nulli alteri conceſſa fœcunditate offeruntur. De libello theriacæ ad Piſonem inſcripto iam quid ſentiam, in huiuſce editionis quinta claſſe legitur. In ſexta claſſe,

qui Galeni ſint germani, tres illos habemus ad ſanguinis miſsionem pertinentes,
quorum qui aduerſus Eraſiſtratum, atque Eraſiſtratæos Romanos inſcribuntur,
pulcherrima præcepta multis conuicijs & inutilibus verbis quaſi ſepulta conti-
nent. At rationem illam per ſanguinis miſsionem curandi vix Momus repre-
benderet. quòd ſi omnia ſtylo ſimili, nec admodum profuſo, nec ſtricto Galenus mo-
numentis conſignaſſet, haudquaquam tot Zoili reperirentur, qui modo vnam, mo-
do alteram rem in ipſius ſcriptis criminarentur. Ad ſeptimam claſſem venio,
quæ vt poſtremum in ordine locum ſortita fuit, ſic ob arti quòd præſtat emolumen-
tum cæteras antecedit. Nam vna methodus therapeutica tanti eſt omnibus ar-
tem diſcere atque facere aggredientibus, vt ſine ipſa vix quidquam boni ſperari
queat. Quare diuina quadam prouidentia contigit, vt ex incendijs, atque alijs
infortunijs, quæ non pauca optimorum auctorum monumenta nobis abſtulerunt,
integra euaſerit, nempe qua amiſſa detrimentum medicinæ maximum erat ac-
ceſſurum. Siue enim omnium morborum notitiam, ſiue certam curandi ratio-
nem, ſiue vtilem præſidiorum copiam acquirendi ſcientiam exigitis, ab vno me-
thodi libro non multo labore comparabitis, quem cum Galenus, iam ſenior factus,
ac iuuenili illo impetu ſedato, mature, non feſtinanter, quemadmodum ſæpe fecit,
in lucem ediderit, par ſane fuit, eum conſummatum peritiam, atque ſenilem pru-
dentiam referre: ſicuti epiſtolæ ad Glauconem, & de puero epileptico ſcriptæ, pro-
pterea quòd eas celeriter ita occaſione poſtulante amicis exarauit ab omnibus ne-
quaquam penitus probantur. Iam vero commentaria in Hippocratis de victu
acutorum, de articulis, de fracturis, de medica officina libros non minus alijs ne-
ceſſaria ſunt: quoniam, vt veteres, præſertim vero Hippocrates, in chirurgica me-
dicina omnium quotquot fuerunt, atq. erunt, maxime excelluerunt, vtpote quam
à primis annis exercere inchoantes perfecte aſſequebantur, haud aliter ipſorum
de eadem ſcripta tamquam oracula apud ſapientes habentur, quæ tamen propter
breuitatem priſcis familiarem à paucißimis intelligerentur, niſi caliginem pene
omnem Galeni declarationes diſcuſsiſſent. Vtinam, quæ in libros de vlceribus,
& de capitis vulneribus compoſuit, aliquando humano generi reſtituantur: pro-
culdubio vita, quæ ob antiquorum præceptorum ignorationem plerumque pericli-
tatur, quotidie plurimis conſeruaretur. De remedijs paratu facilibus liber non eſt
quidem ſpernendus, eo quòd, præter remediorum copiam, & facilitatem, præcepta
quoq. non inutilia ad artem ſpectantia complectitur. Multa ſunt præterea volu-
mina ſeparatim Galeno adſcripta, quorum nonnulla lectu indigna non ſunt, alia
vero aut ex Arabicis translata, aut ipſi falſo attributa. etenim viuente ipſo Ga-
leno non defuerunt qui lucri gratia varios ſub illius nomine medicinæ libros & in
Græcia, & Romæ in lucem emitterent. id vitium Arabiam quoq. tunc magno-
pere tentauit, quando Almanſores reges ex toto orbe pro locupletanda bibliothe-
ca ad ipſos conuehenda omnium Excellentium auctorum ſcripta curarunt. De
oculis, & de renum affectibus tractationes eiuſmodi ſunt, vt, tametſi aliqua Ga-
leni dogmatibus repugnantia habeant, nihilominus multis ſimul bonis abundent.
quare medici eas non negligant vehemēter hortor. De hiſtoria Philoſophica meam

ſen-

ſententiam in hac editione ante illam conceßi ponendam. De alijs autem ſpurijs nihil mihi dicendum duxi, quòd ante ſingulos libros doctißimorum uirorum cenſuræ habeantur, quorum auctoritati fidem præſtans vel legere, vel omittere pro libito vnuſquiſq. veſtrum poterit, modo genuina ſcripta non poſtponantur, & quæ in ſpurijs leguntur, eatenus æſtimentur, quatenus alibi vere à Galeno confirmata inueniuntur. De fragmentorum nuper Typographi de medicina bene merendi ſtudio addita parua claſſe id primum dicam, in librorum poſſeßione idem cōtingere, atq; in ſtatuarum antiquarum quæſtu. Nam, vt, quicumque earum amore tenentur, fragmenta excellentium ſculptorum vndequaq. veſtigant, atque inuenta colunt, & magni faciunt, tamquam ex illis tum artificis ingenium cognoſcant, tum quandoque integra ſigna conſtruant: haud aliter ſcientiarum amatores fragmenta præclarorum auctorum magni facere debent, quòd ex ipſis ſæpe multa bona colligantur, ſimulq. ſpes conſeruetur, interdum fieri poſſe, vt integra volumina aut recuperentur, aut doctorum hominum induſtria ad aliquam vtilem formam redigantur. Quis neſcit, fragmenta illa de ſubſtantia facultatum naturalium, de dogmatibus Hippocratis, commentariorum in Platonis Timæum, Galeni facundiam, atque doctrinam referre, necnon pluribus locis intelligendis non mediocrem lucem afferre? Pari pacto fragmentum commentarij in ſecundum Epidem. Hippocratis nobis ab Auguſtino Gadaldino medico numquàm ſatis laudato, déque medicina præclariſſime merito communicatum, qualia eſſent ea abunde declarat, cum ex paucis verbis vix credi poßit quanta doctrina hauriatur. Commentarij etiam in librum Hippocratis de alimento nunc primum Ioannis Baptiſtæ Raſarij viri doctißimi & de re medica optime meriti benignitate excuſi, licet maiori ex parte mutilati, quantopere ſint omnibus tam Philoſophiæ, quàm Medicinæ ſtudioſis collaturi, res ipſa in dies magis docebit. ego ſane eos percurrens vix à lachrymis abſtinui, dum, eruditionem, grauesq́; de re medica ſpeculationes ibidem contentas diligenter conſiderans, quam, & qualem tam horum, quàm aliorum Galeni monumentorum iacturam ars feciſſet noſtra, cogitabam. Porro, quæ ex Raze, Raby Moyſe, cæterisq́; ſcriptoribus collecta in eadem claſſe traduntur Galeni fragmenta, licet ex ijs nonnulla barbarorum lingua quodam pacto uideantur conſpurcata: attamen haudquaquam abijcienda iudico: quemadmodum nemo adamantem, vel ſmaragdum alioqui pretioſos minus æſtimauerit, ſi plumbo, aut terra colligati ſibi offerantur. Habuerunt Arabes multo tempore bibliotthecas præclariſſimis variorum auctorum ſcriptis inſtructißimas, quorum copia viris doctißimis, quibus olim ea natio abundauit, facta, ij poſt meliores ex ipſis ſententias ſua lingua in proprias commentationes retulerunt, quæ ſententiæ aliena quidem, & incompta lingua, ſed integræ in noſtram translatæ haud ſperni debent, quando præſertim utilitatem aliquam præbent, ac ex libris nunc deſideratis eas eſſe acceptas conſtat. Iam intelligitis, Iuuenes ſtudioſißimi, quod ſit noſtrum de omnibus Galeni nunc extantibus ſcriptis iudicium. in quibus cum fructu & iucunditate euoluendis tria uos ſpectare, neceſſe eſt: vnum, ne ſtatuatis, Galenum numquam falli, aut deteriora alijs probatis auctoribus interdum non dicere: quod enim ipſe de

Archigene

Archigene medico maximo ſcripſit,atque antea ab Ariſtotele memoria proditum erat, ἀδύνατον ἐῖναι ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν τοῖς πολλοῖς, cur etiam de ipſo dici non poteſt? quare mirari ſoleo nonnullos,qui, quaſi Galenus falli non potuerit, omnia illius dicta pro oraculis citant,nec quicquam verum putant, niſi à Galeno proditum repertatur. Alterum eſt,ne deterreamini, quotieſcumq. ipſum ſibi contraria alicubi ſcribere animaduertetis. nam,qui varijs temporibus,atque varias ob occaſiones tot ſcripſit,niſi Deus aliquis ſit in aliquibus ſibi nonnunquam contrariari neceſſe eſt; atque tunc ſi quæ ſit vera & potior illius ſententia explorare libet, prius expenſis varijs & antiquis contextibus dogmata eius vobis ſunt conſideranda, tum quæ minus ijs refragatur, quæq. pluribus in locis legitur,eam pro certiori, & germana habere ſemper debetis, eo magis, quando aliqua ſubeſt contextuum deprauationis ſuſpicio. Exemplum hoc vobis eſto,Galenum plerisq. in locis dixiſſe ſine ſignis plenitudinis alicuius,numquam decere mitti ſanguinem. octauo autem methodi cap.iiij.ſcripſiſſe,etiamſi nulla adſint plenitudinis ſigna,quandoq. mittendum eſſe ſanguinem: quæ poſterior ſententia quòd rarius ab ipſo prolata inueniatur, minus Galenica cenſeri debet, eo maxime, quòd Aetius, qui in caput lxviij. libri quinti omnia verba illius capitis octaui methodi tranſtulit, loco vocis Galeni ἀπεῖν, habet παρεῖν: cui etiam adſtipulantur antiquus interpres, & abbreuiator methodi Conſtantinus Africanus,apud quos legitur, mittendum eſſe ſanguinem,ſi adſint ſigna plenitudinis: quaſi in contextu Galeni, quem habuerunt, eadem,quæ hodie apud Aetium,verba legerentur. Tertium eſt, ad comparandam perfecte artem,methodosq. nobis à Galeno relictas,necnon ad poſſidēda eius dogmata neceſſario requiri,vt non vno ſiſtatur in loco, ſed cuncta, vbi de eadem re loquitur,diligenter euoluantur,omnibusq.ſimul collatis tandem perfectæ ſententiæ ſtatuantur. ſæpe namque obſeruatur,eum in aliqua re tractanda vna in parte quadam omittere,aut dubia facere,quæ alibi & manifeſtiora,et exactiora tradit. Quod reliquum eſt de illius elocutione id ſolum ad memoriam vobis reuocabo,ſæpenumero a me ſermonem habitum contra eos, qui Græcæ, & forſan Latinæ linguæ ignari Galenum difficilem eſſe auctorem prædicant;quandoquidem,ſi in nullo ſcriptore dictionis σαφήνεια ab Ariſtotele adeo commendata conſpicitur, certe in omnibus Galeni commentarijs valde eluceſcit:vt nemo ſe Galeni doctrinam percepturum diffidere debeat, modo ſedulitas, induſtria, ac in ijs,quæ nos nouimus, obſeruandis perſeuerantia ſibi non deſint: præſertim quando in hac poſtrema editione à Typographo magnis expenſis,& incredibili diligentia curatum eſt, vt omnia Galeni volumina non ſolum accuratiſſime recognita, multis in locis emendata,varijsq.in margine adnotationibus illuſtrata,verum etiam tractationibus vtiliſſimis atque pulcherrimis non antea in lucem emiſſis ditata in gratiam, commodumq. veſtrum elegantiſſime cuderentur. Valete.

IOANNES BAPTISTA MONTANVS PHYSICVS VERONENSIS.

LVCÆ ANTONIO IVNTÆ S.

PLacet mirum in modum ſplendidiſſime Luca Antoni conſiliũ tuum, quod occepiſti omnia Galeni opera rurſus excudendi, verũq; illis ordinem ſtatuendi, non antea ab aliquo multorum ſeculorum hoĩe traditũ, qui integræ arti docendæ, vel ediſcendę facillimus, ſeruandæq; memoriæ cõmodiſſimus iudicetur. Preterquam.n.ꝙ id ab eruditiſſimo quoq; ſummo deſiderari, flagitariq; video, obſtruet interim os deprauatæ medicorum turbæ, qui calumniandi Galenũ non aliunde magis occaſionem captant, q̃ ꝙ in differẽdo vaſtus, immenſus, cõfuſusq; videatur, nullamq; artem ab eo recte doceri poſſe, in quo nullus ordo doctrinę appareat. Inſtituto.n.ordine, quẽ deliberas, conſtabit ilico, ne aliud quidẽ Auicennam ipſum, reliquosq; Arabas oẽs concepiſſe: poteruntq; contumaces, contentioſiq; illi hoĩes tandẽ reſpicere, recognoſcereq; oĩum theorematum ordinem, quotcunq; in medica facultate conſiderantur, à Galeno, tanq̃ a fonte, emanare. Quod tu tñ à me poſtea requiris, eum tibi ordinem inſtitui, id ego haud ita facile pręſtare poſſum: multa.n.ſunt, quæ me ab hmõi prouincia deterrent: nam tantus librorum numerus, tãq; varia materia eſt, vt ſinguli recenſeri, atq; in certas claſſes vix redigi queãt: pſertim cũ eorum non nulli ſint penè (vt ita loquar) ἀσύστατοι, qui, cũ ad medicinam parũ, aut nihil attineant, ſed ad dialecticã potius, aut philoſophiã, vel ſimilem quampiam ſcientiam, certam in hac facultate ſedem nullibi admittent: ſunt & alij, in quibus ex tota arte quidplã in unũ ueluti cõpendiũ colligitur, vt nulli parti recte accõmodari poſſiut, qui totius imaginẽ referunt. Quòd ſi me ſtatim illi ordini addixerim, quem ipſe Galenus, vel in fine artis paruę, vel in libello ad id priuatim dicato conſcripſit, adhuc lõge magis implicabor, cuius implicationis rõ à me inferius declarabitᷣ. Neq; ad tot difficultates parũ momẽti afferunt peruerſi horũ temporũ mores: ubi.n. maiores nr̃i aliquid quotidie excogitabant, in mediumq; afferebant, quod artẽ augeret, ornaret, explicaret, nunc ſcriptores iſti, qui paſſim, & ubiq; ſcaturiũt, nihil aliud edunt, q̃ meras cũ viuentium, tum mortuorũ calũnias, tanto detrahendi ardore, vt facile deprehendantur, ob id tm̃ ſcribendi ſtudio detineri, quo gloriam ſibi ex alieno cõparent opprobrio. Audis Luca Antoni, quæ me rõnes hactenus ſuſpẽderint, ancipitemq; reddiderint. Videris tu tñ totam in me ſpem huius noui ordinis collocaſſe, quererisq; magnam hanc prouinciam tuã mea ſolum cunctatione remorari, te à plurimis eruditis viris iamdudum fruſtratũ eſſe, qui ſe id munus pręſtituros polliciti, ad hunc vſq; diẽ diſtulerunt: cogis ergo me in hoc certamen deſcendere, & obtrectatorũ iudicio ſubijci. Parum profecto grati animi erga virũ de me optime meritũ fuerim, nimisq; in re magna audenda meticuloſus, ſi qua cauſa detineri poſsũ, quin amico tã anxie petenti ſatisfaciam, & publicę vtilitati ꝑ pea deſim, quia difficile ſit adeſſe: conabor igitur reddere, ſi nõ quę, vel tu expoſcis, vel ego deſiderauerim, ſaltẽ quæcunq; poterò, vt ſimul & ingrati, & timidi nomen effugiã. Quòd ſi cõtigerit, vt à dictis meis ſumpta occaſione eruditus aliquis, vel contradicendi ſtudio, vel veritatis amore accẽſus, aliũ ipſe meliorẽ ordinem tradat, erit is mihi ſaltẽ laboris mei fructus nõ iniucundus, vbi cognouero me auctore ſtudia inq̃rendi excitata, verumq; tandẽ ordinem diſputãdo compertum eſſe. Qm̃ igitur iu re non oĩbus expoſita, & q̃ in ſe multas habet difficultates, iudiciorũ diuerſitatem non defuturam intelligo, ac ꝑ pea plurimos contra me exorituros, qui ſeriem aliter diſponendam opinentur, placuit prius, q̃ librorũ ordinem in cenſum certasq; claſſes redigerem, ex ipſiuſmet Galeni medullis, placitisq; priuatis viã, rõnemq; explicare, qua is ordo à me inſtitutus niteretᷣ. Hinc igitur ſumpto initio dicimus, Artem, vel nouã cõſtitui, vel conſtitutã doceri: conſtituitur reſolutione, quæ fit à notione finis: conſtituta docetᷣ, vel cõponendo, q̃ per reſolutionẽ inuenta ſunt, vel propoſita definitione ꝑ multiplicẽ eius ſectionem progrediendo. Docet quidẽ, & qui conſtituit: cur.n.non doceat, qui, q̃uo inueniatur, oſtendit? altior tñ eſt ille doctrinæ modus, quiq; à felici aliquo ingenio, & ab ineũte ætate in diſciplinis exercitato legitime intelligatur: propterea oẽs antiqui philoſophi, ac medici, Ariſtotelesq; ꝑcipue, qui præ cęteris in docendo, ordinem maxime affectaſſe vr̃, ab eo docendi gñe abſtinuere. Galenus aũt, cum ad ſuam vſq; ætatem medicinæ artẽ incertã, maleq; ſibi conſtãtem conſpicaretur, facturũ ſe operæpretiũ iudicauit, ſi à notione finis ſingula quæq; vſq; ad elementa reſoluẽdo, artis inuentionẽ certiſſime demõſtraret: atq; ita otã quidẽ artẽ in libro de conſtitutione medicinæ breuiſſime inuentã tradidit: eius verò partes, tũ q̃ ad ſeruãdam ſanitatẽ, tum q̃ ad morbos tollendos attinent, in libris περὶ ὑγιεινῶν, & in Therapeutica methodo explicuit. Neq; tñ à me intelligi velim Platonem, Ariſtotelem, & reliquos antiquos in aliquo problemate declarãdo reſolutoriũ ordinẽ minime recepiſſe: tm̃ affir-

mo

mo neminem eorum totam quampiam diſciplinam docẽdã propoſuiſſe, vt ã nõtione finis per
reſolutionẽ ꝓcederent,imò contra à principijs exordiendo,ad vltima,q̃ primo cõceperãt,do
ctrinæ terminũ ſtatuunt:q̄ quidẽ ordo quantũ dignitate à reſolutorio derelinquitur,tanto do
cendi copia,& facilitate reliquis præſtat:quẽadmodũ diffinitiuus ijs,q̃ diſcũtur, tenaci memo
ria firmandis oĩum commodiſſimus eſt.Cum verò Galenus totam artem alibi diffinitiuo ordi
ne,alibi reſolutorio tradiderit,ſitq; in vtroq; loco ſpeculatiuo potius Iſagogica,q̃ exactę diſci
plinæ,videbaẽ tãto medico dignũ,vt alicubi hanc ipſam artem integram,membratimq; diſtin
ctam,ac demõſtratam nobis relinqueret:quòd cum nullibi ſeorſum fecerit(oẽs.n.libros ſuos,
ſicut ipſe teſtatur,vel amicorũ,vel ſui ipſius memorię exercitationisq; gr̃a conſcripſit,nihil vl-
tra in ſingulis q̃rens,niſi vt cauſa ſatisfaceret,qua ad ſcribendum compellebatur)decreuit,q̃d
priuatim in aliquo non tradiderat,id ex oĩbus ſimul conficere:ac propterea de ordine librorũ
ſuorum cõpendiolũ edidit,& in fine paruę artis oſtendit,qua ſerie eoſdẽ libros legi oporteret:
vbi manifeſtiſſime apparet cõpoſitiuum ordinem cogitaſſe,tanq̃ ad exquiſitã diſciplinam tra
dendum oĩum commodiſſimum.Atq; hac ego occaſione Auicẽnam commotum crediderim,
virum inter Arabas oẽs acerrimi ingenij,vt oĩa Galeni in medica arte monumenta ſparſim in
varijs libris diſſeminata,in vnũ veluti corpus redigeret,eodẽq; compoſitiuo ordine opus illud
ſuum canonũ appellatum, quinq; magnis libris diſtinctum compilaret:cui ſi vltimam manum
impoſuiſſet(neq;.n impoſuit morte ꝑuentus fęlicioriq; lingua pro rei dignitate elocutus eſſet;
haberemus fortaſſe,quem non Galeni tm̃ interpretẽ,ſed exornatorem quoq; vocitaremus.Ve
rũ,dũ ille multa hinc inde diſperſa in certas,ꝓpriasq; ſedes colligit,& ſeriatim diſponit,ordinĩ
tm̃ intentus,diligẽtiori rerũ conſideratione tantiſper omiſſa,donec iã diſpoſita recenſeret,nõ
potuit q̃dã ẽt ſimul parũ idonea non congerere,& ordinem in nonnullis confundere:cui pro-
pterea nõ debemus,ſicuti paſſim fieri video,tãta iracundia ſuccenſere:q̄n potius,vbi peccaue
rit,benigne emẽdãdus eſt,in reliquis ſumma laude celebrãdus:nã ei proculdubio in hac facul-
tate plus vita dẽt,q̃ alij nemini,qui poſt Galenũ profecerit.Vtrũ verò & ipſe Auicẽna compo-
ſitiuum ordinem,illũ inquam,qui à reſolutorio proficiſcitur,exquiſite ſeruauerit,an inceperit
quidẽ,in nõ paucis verò declinauerit,non eſt hic diſcutiẽdi locus. Illius potius rõ reddẽda eſt,
quod à multis animaduertendum auguror,cur ego eundẽ oĩno ordinem non ſeruauerim, quẽ
Galenus ipſe tradiderit: abſurdũ.n. videẽ aliter alicuius libros diſponere, q̃ ipſe diſponendos
ſtatuerit.Nouerint igitur,quibus id curæ eſt,me iſtud quoq; quã maxime quæſiuiſſe, totiſq; vi
ribus enixum eſſe,vt minime à Galeni ordine diſcederẽ,illudq; fideliſſime effectum,vbicunq;
apte fieri potuit:verũ multis in locis ambiguitas nõ leuis ſuboriebaẽ,cũ Galenus ſibi ipſe diffi
dere videreẽ,aliter alibi non nullos libros diſponẽti,vt facile patet ijs,q̄ libellũ de ordine libro
rũ ſuorũ ꝑlegerint,& q̃d in calce paruæ artis adijciẽ:prætereà talis non nunq̃ occurrit ordo,q̄
videaẽ Galenico ordini,& conſilio contradicere: vt q̃nq; ſuſpicari coactus fuerim,vel illos co
dices per quã mẽdoſos haberi,vel Galeno tanq̃ catalogum deſcribẽti magis cordi fuiſſe libro
rũ ſuorum numerũ recẽſere,& veluti in actus referre,q̃ via,rationeq; tam ubi recte intellecta,
ſeriem contexere,qua libros ſuos legi oporteret:eſt ẽt vitio,negligentiaq; temporum liber ille
adeo mutilatus, vt nec,ſi maxime velis,Galeni ordinẽ aſſequi poſſis.His ego rõnibus ꝑſuaſus
cæteris cõſilijs illud ꝓſtare iudicaui,ſi me ad Galeni ipſius methodum tanq̃ certiorem,ſtabilio
remq; verterẽ,quã præcipue in libro de cõſtitutione artis oſtẽdit,in cuius fundamentis nixus
tutiſſime ædificarẽ : & ad eã regulam ſingula quæq; metirer,ita rẽ à principio auſpicatus. Quĩ
medicinæ artẽ via,& rõne ſint inuenturi,id primo profecto intelligẽt,vt cõſilio ſuo corpus hu
manũ q̃ maxime ſanũ conſeruent: vbi uerò ſanitas euentu aliquo,vel adhuc in receſſu ſit,vel
iã exacte receſſerit,eodẽ conſilio prouideant,vt,& quod futurum incõmodi eſt,omni id cona
tu arceãt:factum verò,amolianẽ,& corrigãt:conſtat aũt nihil horũ conſulto fieri poſſe, niſi no
ſcamus,& quibus rebus ſanitas,dũ integra eſt,cõſeruari debeat:&,dũ abit,abiueritvè,reuoce
tur,aut reparetur.At fieri oĩno nequit,vt res,quę id facere poſſint,vel inueniamus,vel inuẽtas
congrue metiamur,niſi corporis humani naturã exactiſſime cognouerimus:tunc aũt exactiſſi
me cognoſcemus,cũ,ex quibus,& quonã pacto conſletur,quot,qualesvè habeat partes,facul
tates,functionesq; diſtincte didicerimus.Porrò,cũ ſciamus corpus humanũ à qualitatibꝰ pri-
mis alterari,generari,& corrumpi , idẽ quoq; ſcimus ex primis elementis oĩum generabilium
ſubſtãtiarũ cõibus confectum eſſe.Ergo artem medicinæ componendo ab his primis, ſicut &
prima ſunt,auſpicari oportet. Primo igiẽ propoſitus nobis liber eſt de elementis:quæ vbi per
qualitatũ alterationẽ cõmiſta fuerint,ſtatim inde pro certis alterationũ gradibus certę emer-
gunt temperaturę:cõgrue igitur ſubſequẽter libri De temperaturis.Qm̃ verò peractis hoĩum
temperamentis proximi ſunt humores(illa.n.confeſtim,vel ſanguinis,vel alterius bilis,vel pi-
tuitæ dñium,vel ęqualitas oĩum ſubſequitur)proinde cõmode libros ſubſtituimus,qui de hu-
moribus potiſſime ꝑtractant:nullos aũt tales ex ijs,quę Galeni extant,deprehendimus pręter
cõmentarios in Hippocratẽ De natura humana,& libellũ q̄ inſcribiẽ De melancholia:q̃uis.n.
in libro De natura humana videaẽ propoſitũ de elemẽtis agere, nihil tñ ibi magis,q̃ humores,

conſi-

cõſiderant̃,quos Hippocraets cotꝑis humani ꝓxima elemẽta eſſe voluit.Cũ verò in hoc libro
tres parui libelli ẽt ante Galeni ætaté cõplicari, cõſcribiq́; cõſueuerint, primus De narura hu
mana:ſecũdus ſine titulo quidẽ,ſed q̃ ad therapeuticẽ attineat:tertius De victu ſanorũ:ſintq́;
ij libelli ſubiecto lõge diſſimiles,quos neq; autor,vt Galenus ipſe teſtatur,neq; poſteriorũ iudi
ciũ,ſed auaritia cõiunxit, alioqui longo interuallo ſeparandos: Ego malui rei naturã,q̃ ꝑuer-
ſam conſuetudinem,imltari,ne à me propoſitus ordo cõfunderetur.Primũ igitur librũ De na-
tura humana in hac ſede ſtatuendũ iudicauimus:teliquos duos ſuo quẽq; loco inferius diſpo-
nemus.Commiſtis elementis,peractis tẽperaturis,& humorum æqualitate,vel exceſſu, ſtatim
emergunt tẽperamentorũ gradus,ſtructuræ modus,bona, vel mala habitudo : ſubſtituant̃ igit̃
libelli,De optima corꝑis ſtructura,De bona habitudine:& ita didicerimus,ex ꝗbus primo, &
quo nam pacto corpus humanũ cõſlatũ ſit,quod primo nobis fuerat propoſitũ. Qñ verò idem
corpus pattes habet,quot,qualesùe ſint illę, ꝑquiri oportet.At ꝗdã earũ ſimilares ſunt,vt oſſa;
nerui,venæ,quædã inſtr̃ales,vt pes,manus,caput: inſtrumẽtales aũt, cũ ex ſimilaribus conſtẽt
cognoſci nequeunt,niſi ſimilares præcognoſcantur, ergo ſimilariũ partiũ cõſideratio (nam &
minus cõpoſitæ)ſunt ſeriatim ſubſtituetur.Primus itaq; liber etit De oſſibus ad introducẽdos,
ſecundus De neruorũ ſectione,tertius De venarũ,arteriarũq́; diſſectione : cui materiæ,ꝓpin-
quitate ſubnectetur quæſtio cõtra Eraſiſtratũ,An ſanguis in artetijs cõtineatur:deinde a ſimi-
laribus ad diſſimilaria quoq; accedẽdo ꝓxime ſequet̃ liber De aggreſſibus anatomicis:cui ſug
geretur De vteri ſectione libellus,& alius De inſtrumento odoratus. Omniũ itaq; membrorũ
ſubſtãtia,& ſitu cõſideratis ſupereſt,vt vſus quoq; declarerur: deinde ſingulorũ actiones, quæ
ad illũ vſum dirigunt̃:quibus facultates neceſſario copulãtur. Ergo tria hæc ita diſponẽtur , vt
primo De vſu partiũ,ſecũdo De facultatibus animæ,tertio De ſunctionib⁹ ꝑtractetur: atq; ita
libri ſeriatim procedẽt,De vſu partiũ libri xvij,De vſu reſpirationis: cui continuitate materiæ
ſubnectetur,De cauſis teſpirationis,De vſu pulſuũ,De ſubſtantia facultatum aĩæ,De Dogma-
tibus Hippocratis,& Platonis,De facultatib⁹ naturalibus,De motib⁹ muſculorũ,De motu tho
racis,& pulmonis:ꝗbus vltimo addetur, Quòd animi mores corporis ſtructurã ſequant̃. Quã-
uis aũt ſpeculatio De ſemine,& De fœtuũ formatione,tanq̃ de ſimplicibus,p̄cedere debuiſſet,
nihilo minus vr̃ hic ordo docendi cõmodior,ſi cognita prius mẽbrorum natura , quæ ad gene-
randũ,excernendumq́; ſemen ſunt neceſſaria,& quæ fœtum ſuſcipere,formareq; poſſint; dein
de ad ſeminis fœtuũq́; tractatum ptogrederemut:ſubſtituentur igitur libri De ſemine,De fœ-
tuũ formatione,An oẽs animalis partes fiant ſimul , An animal ſit in vtero.Cæterum corporis
humani natura exquiſite cognita , reliquũ nobis eſt,qui medicinæ artẽ conſtituimus,viam,rõ-
nẽq́; indagare,qua idẽ in ſanitate ſeruemus:at hoc ipſum integre expletur in ſex libris,qui,De
tuenda ſanitate inſcribuntur. Quia tñ ibi corpora alterari docet̃ ob varias aeris qualitates, ci-
bum,& potum,ſomnum & vigilias, inanitionẽ , & repletionem,motum & quietẽ , & ob animi
affectus:atq; de motu quidẽ & quiete , ſomno & vigilia , inanitione & repletione in eodẽ libro
ſatis copioſe explicat̃:de aere aũt,cibo & potu,& animi affectibus exẽpli potius gr̃a, q̃ ex ꝓpo
ſito agit:ideo ne ad cõſeruandæ ſanitatis artẽ,materię,qua id efficitur,rudes accedamus,in hoc
quoq; genere ita aciẽ inſtruximus,vt præcederet liber Hippo. De locis,aere,& aqua,quem Ga-
lenus De habitationibus,aquis,tẽporibus,& regionib⁹ inſcribi maluit : ſperauiq́; hactenus me
tibi ſuper eo diuina Galeni commẽtaria traditurum,ſed ab amico id pollicente fruſtratus ſum:
deinde reliqui De alimẽtis,De cibis boni , & mali ſucci,Cõmentaria in librum Polybi de victu
ſanorũ,De ptiſana,De attenuãte victu,De exercitio paruæ pilæ,De vitijs animi,& eorũ reme-
dijs,De conſuetudine liber ambiguus. Quibus tanq̃ ſacris initiari tandẽ ad diuinã illam tuen-
dæ ſanitatis Methodum accedemus:cui ſubnectemus quæſtionẽ, Ars tuẽdæ ſanitatis ad medi-
cum ne attineat,an ad gymnaſticũ:quibus oĩbus recte perſpectis compotes erimus nõ tuendæ
tñ ſanitatis,ſed ẽt præſeruãdæ,ſi qñ forte labi incipiat. Poſtremũ erat,vt formulã inueniremus,
qua ſanitatẽ iam deperditam reuocare poſſemus.Eſt aũt deperdita ſanitas cũ corporis functio-
nes vitio aliquo intrinſeco impediunt̃:is affectus ægritudo appellat̃ : functionis læſio,ſympto-
ma vel accidẽs. Vtrumq́; q̃ fieri poteſt exactiſſime eſt pernoſcendum,ſi modo rectã medicatio-
nẽ intẽdimus:pernoſcemus,ſi cauſas eorum oẽs didicerimus.Cum vero cognitio noſtra à ſenſi
bus oriatur,non poſſumus niſi ſignis quibuſdã apparẽtibus ad illas cauſas penetrare: ſigna aũt
cum indicare rẽ poſſint,vel p̄teritã,vel pñtem ,vel futurã:quæ pñtem,& futurã indicant, medi-
ci maxime inquirũt,illaq́; diagnoſtica,hæc prognoſtica græce appellãt.At q̃ plurimis antiquo-
rũ ægritudines penè innumerabiles viſæ ſunt,& propterea memoratu difficillimæ, Galenus rei
ſubſtantiã ſubtiliſſime diuidendo , numerum non omnium tñ ægritudinum, ſed ſymptomatũ
quoq; ſub certã methodum,& rõnis regulam duxit, qua vel mediocre ingeniũ diſcurrendo fa-
cile intelligeret,neq; plura eſſe poſſe,neq; pauciora:hic igit̃.Sex illos diuinos libros,tanq̃ anteſi
gnanos,ſeriatim ponẽdos cenſui,quorũ primi de differentijs,& cauſis morborum agũt,poſtre-
mi ſymptomatum ſimili modo differẽtias, & cauſas oſtẽdunt:q̃uis.n.in curationibus per ſigna
ad ægritudinum notitiã perducamur,& hoc itinere ſigna morbis præcedant, ordo tamẽ doctri-

 næ poſtu-

næ poſtulat, vt prius morborũ numerum,ſubſtantiamq́; noſcamus : deinde ad ſigna differẽtias eorũ,motionesq́; declarantia progrediamur. Subnectentur deinde libri De differentijs ſebriũ, De inæquali tẽperatura,De tabe,De comate,De tremore,cõuulſione,ſaltu,& rigore, De difficultate anhelitus,De plenitudine,De tumoribus pręter naturã,De tp̃ibus,quæ in morbo ſunt, De totius morbi tẽporibus,De typo,Aduerſus eos,qui de typo ſcripſerunt,vel de periodis,De cauſis procatarcticis,De cauſis cõiunctis,ſi haberi poteſt,hactenus.n. deſideratur.His ego Cõmentaria in primum,tertium,& ſextum librum epidemiarũ ſubnectenda iudicaui, maxima.n. eius cõmentationis pars dimiſſa curatione circa ægritudinũ, ſymptomatumq́; hiſtorias,& cauſas occupať.Sequitur ex ordine paulo ante propoſito cõſideratio de ſignis, quorum inueniendorum methodus pulcherrima tradiť in ſex libris De locis affectis: iure igitur ꝓxime ſubnectẽtur:deinde ſeriatim quæcũq; ad ſigna,tã diagnoctica , q̃ prognoſtica attinere videnť: vtraq;.n. in ſingulis voluminibus ita permiſta ſunt,vt haud facile ſeparari queant : ſequẽtur igitur primo liber De pulſibus ad introducẽdos:deinde libri,De pulſuũ differentijs,De dignotione, De cauſis,De prænotione:ſingulæq́; harum ſpeculationum quatuor priuatis libris explicanť, vnde ſedecim oẽs efficiuntur:deinde liber De vrinis,qui licet Galeni nõ ſit, haud importune tamẽ ſub hoc ordine ſtatuitur:poſtea libri de criſi:quibus materiæ congruitate, alij de diebus criticis ſupponenť:tum Commentaria in libros Hippocratis De prędictione,& Alia in libros eiuſdem De prenotione:vltimo libelli duo,alter De ꝑuiſione,quę fit in ſomnis, alter De prænotione inſcriptus.Supereſt poſtrema,quæ in arte medica pars maxima habetur,facultas , inquã curãdarum ægritudinum.Vtitur hæc tribus potiſſimum inſtrumentis, Diæta,pharmacia. Chirurgia. Modi oẽs,q̃bus recte ijs tribus vtamur inſtrumentis,in Therapeuticis libris doctiſſime,diffuſiſſimeq́; explicãtur.Trium igitur inſtr̃orum notitia nobis prius cõparanda eſt , anteq̃ ad vtendi modum accedamus.Ac De diæta quidẽ(dico quo ad eius materiam) copioſiſſime diſputatum eſt in his oĩbus libris,qui ad tuendam ſanitatem attinent : vſus vero eiuſdem morbis accommodatus in Therapeuticis explicabiť. Spectant etiã ad Therapeuticos libros Cõmentaria in Hippocratis de diæta in morbis acutis,cum ibi vtẽdi methodus,& curationes tradanť. Circa pharmaciã occurrũt primo libri xj.aurei De ſimplici medicina : quorũ ꝗnq; priores nõ nulli hinc ſeparandos putarũt,& libris de Tẽperaturis proxime ſubnectendos:ego tñ nolui corpus ita ab ipſo autore cõpoſitum membratim diſcerpere,cum ꝓſertim,quę ibi cõſiderantur , huic loco nõ temere accommodari poſſint.His rite ſupponetur libellus De facultate purgantium medicinarũ.Poſtea reliqua volumina,in quibus cõpoſita ex ſimplicibus medicamẽta explicanť , ſeriatim ſubſtituenť,De theriaca ad Piſonẽ,De theriaca ad Pamphilianum,De antidotis, quibus ſatius eſt duos magnos libros ſubnectere,alterum De cõpoſitione medicinarũ ſecũdũ loca , alterum De cõpoſitione medicinarũ ſm genera:licet.n.in vtroq; multa tradanť,quę ad Therapeuticam ſpectare videanť:potiſſima tñ eorum pars in recenſendis, æſtimandisq́; compoſitis medicamentis occupatur.Circa chirurgiã nihil extat aliud præter libellum De hirudinibus,reuulſione,& cucurbitulis,& tres De venæ ſectione libri,primus cõtra Eraſiſtratum , ſecundus cõtra Eraſiſtratęos Romæ degentes,tertius qui inſcribitur Methodus De venæ ſectione , qui poſſet etiã inter Therapeuticos numerari:nam,quæ in chirurgia ad curãdi artẽ, & Therapeuticã methodũ attinent,inferius locabuntur. His omnibus recte cognitis vnum iam ad integrã totius artis peritiã ſupererat:vbi.n.corporis humani naturã exacte nouerimus,quibuſq́; rebus ſeruatur,aut lędiť, curq́;,& quot modis in contrariã ſanitati diſpoſitionem labatur , quibuſq́; notis ſingula quæq; nocumẽta,non præſentia tñ,ſed futura quoq; deprehenduntť, quæ deniq; , qualiaq; ſint inſtr̃a, quibus ſanitatẽ,vel ſeruare,vel reparare poſſimus,profecto id vnum reliquum erit, vt viam,rationemq́; inueniamus,qua paratis inſtrumentis,vbi opus fuerit,prudẽtiſſime, & cõmodiſſime vtamur : eã autẽ Galenus in quatuordecim libris Methodi Therapeuticæ , non tantùm copioſiſſime explicuit,ſed etiã primus excogitauit : vt prorſus ſit admirãdum eundẽ hominẽ ſimul, & artem inueniſſe , & abſolutiſſimam reliquiſſe. Methodum hanc magnam parua ſequetur ad Glauconẽ inſcripta,in qua per cõpendia traduntur,quæcunq; in maiori ſunt demonſtrata: poſtea libellus inſcriptus Quos,& qñ purgare oporteat, deinde Cõmentaria in libros Hippoc. de rõne victus ĩ morbis acutis,q̃bus ſubnectemus duos De remedijs facile parãdis tractatus:quorum alter ſine inſcriptione,& principio,cũ ad Galeni doctrinã,phraſimq́; loquendi proximè accedat,pro legitimo recipi põt:alter,qui ad Solonẽ inſcribitur, me iudice ſpurius eſt:cũ in eo tñ q̃ plurima lectione digna obſerueńť,nõ reijciendum putaui:his ſubiungitur Cõſiliũ pro puero epileptico,& alius libellus De incãtatione, & ambuletis.Sũ aiij duo libri apud Gręcos,q̃ Galeno adſcribunť,alter De oculis,alter De renũ affectibus:in quorũ vtroq; non ea tñ, quę ad curationẽ attinẽt:ſed ẽt quęcũq; cõſiderari in ſua cuiuſq; materia ſolẽt,diffuſe explicant: horũ ego neutrũ Galeni eſſe puto:&,q̃uis librũ De curatione oculorũ à ſe ſcriptũ quartodecimo Therapeuticæ methodi Galenus affirmet,nõ is tñ ordo doctrinę,aut ea dicẽdi phraſis in hoc ipſo,qui extat,agnoſciť,vt ꝓpterea ſint ne Galeni,aliqua mihi ſuſpicio ſuboriať:vtroſq; tñ reliquis ꝓximè poſitis ſubnectẽdos iudicaui.cũ inde nihilo peior doctrina futura ſit. His ſubiũgi põt tertiꝰ

liber

liber De natura humana, cuius ſupra mentionem fecimus. Superſunt tres alij tractatus Therapeutici ad chirurgicā partē attinentes, quorum Vnus κατ' ἰητρεῖον inſcriptus pro introducendis eſt, vt Galenus affirmat, Secundus de fracturis, Tertius de articulis: omnes cū copioſiſſimis vtiliſſimisq; Galeni commentationibus. Atq; hic iam librorum omnium Galeni, qui hoc æuo in medica arte extant, præter Iſagogicos finis ſtatuendus eſſet, niſi Aphoriſmi ſupereſſent: qui cum nullis placere videā, vt potius inter Iſagogicos connumerentur, quòd illi rudia tyronum ingenia ſuis breuiſſime collectis ſententijs præparare, & tanquam dedolare poſſint: ego contra opinor Tyronum animos, tam conciſis, tam alte petitis, tamq; intellectu difficilibus monumentis vel fruſtrari, vel deſperare, vel confundi. Fruſtrantur, qui profatorum cauſas ignorantes, dicta, tanq̄ picæ, ediſcunt: deſperāt, qui in cauſis indagandis, ob tyrocinium deficiunt: cōfunduntur, qui pertinaciter ſcrutantur, quod ob ruditatē aſſequi nequeunt: vix enim aliquem inueniri poſſe arbitror, tam diuini ingenij tamq; altę indolis adoleſcentē, qui adhuc in primo medicę artis limine conſtitutus aſſequat̄ ea, quæ in intimis penetralibus longa demonſtratione cōcluſa ſunt. Licetq; Galenus in cōmento cauſas earū ſententiarum plerunq; aſſignet, id tn̄ conciſe admodum facit, ſemperq; ad alios libros lectorem mittit, vbi priuatim res, de qua ambigitur, demonſtrat̄: vt neceſſe ſit eos libros prælegiſſe, qui Hippocratis, Galeniq; mentē recte aſſequi voluerit. At, q̄ prius præmiſſo ordine libros Galeni perlegerit, omnia deinceps in Aphoriſmis tradita facile intelliget, & intellecta facillime ediſcet, ſummaq; voluptate, quæ alibi immenſo labore didicerit, vno intuitu memoria recolet, & tanquam abeuntia reuocabit. Ergo aphoriſmi poſtrema acie, tanq̄ triarij milites locabūtur. Quibus vltimo loco addetur diſputatio contra Lycū, Quòd nihil delinquitur ab Hippocrate in Aphoriſmo, cuius initium, Qui creſcunt. Sunt verò & alij quidā libri partim ex Arabia, partim ex Græcia delati non Spurij tn̄, ſed etiā magna ex parte ſuperuacui: qm̄ in eis vel nihil tractatur, q̄ ad artē medicā ſpectet: vel, ſi tractatur, totū illud à legitimis libris decerptum eſt, vt ibi fruſtra repetatur, q̄ alibi copioſe explicatū meminimus: ne tn̄ & illos (varij enim guſtus hominum ſunt) omiſſis aliqui conquerantur, voluimus eos oēs ſeparatim in vnū corpus colligere, vt ſcirent, qui id curæ haberent, & facile inuenire, quod quęrerent, & inuentum ſimul cognoſcere non eſſe inter Galeni monimenta connumerandum. Eo igitur ordine, qui inde haberi poteſt, ita ſtatuentur, De hiſtoria philoſophorū. Mathematica, De partibus artis medicinę, De dynamidiis (credo περὶ τῶν δυνάμεων inſcribi oportere) De ſpermate liber vnus, De natura, & ordine cuiuſq; corporis, Anatomia parua, De compagine membrorum, De voce, & anhelitu, De iuuamentis membrorum, De motibus liquidis, De diſſolutione continua, De bonitate aquæ, De vinis, De ſimplicibus medicinis ad Paternianum, De viribus Centaureæ, De catharticis, De mulierū morbis, Liber ſecretorum, De experimētis, Curatio melancholiæ Aetij ex Rufo, De curatione Icterciæ, De curatione lapidis.

Neque hic ego neceſſariò puto rationem reddendam eſſe, cur ſtatim in principio totius operis Iſagogicos libros extra ordinē Methodi collocauerim, haud.n. ab rei fit, vt in magna arte præcedant quædam, veluti præludia, & vt Græci loquuntur, progymnaſmata, in quibus primo Tyrones exerceantur, ne, ſi ad altiora documēta omnino rudes acceſſerint, ingenij calor elidatur, ac, tanquàm nimio alimento, ſuffocentur. Eos tn̄ Iſagogicos tantum libros reliquis oībus præpoſuimus, q̄ ad totā artē introducunt: ſicut, qui ad ſolā partē attinent, primos in ea parte ſtatuimus: veluti in anatomicis libellis, de oſſibus, de neruis, arteriarumq; ſectione prima ſede locauimus: in materia de pulſibus introductorium prætulimus, cuius commentationes in tertio de cauſis pulſnum explicantur. Cū enim introductorij libri (vt Galenus affirmat) adoleſcentibus propterea ſcribant, vt dimiſſa altiori ſpeculatione tantiſper empirice exerceantur, donec excitatis dubitationes ſuboriantur, atq; inde ad cauſas indagandas excitentur, præſtat, opinor, medicis futuris Iſagogica, quæ ad totam artem ſpectant, proponenda, qualis maxime Ars parua eſt; vbi verò iam ad partes artis difficiliores acceſſiſſent, in ijs quoq; partibus Iſagogica præferre, ī q̄bus ſimili modo exerceri poſſint: docetq; id maxime Galenus ī Anatomicis, vbi prius adoleſcētes in oſſium ſectione exercēdos admonet, deinde ad ſecretoria eius partis penetralia proficiſci. Illud quoq; aduertendum, me inter Iſagogica quędā connumeraſſe, quæ nihil quidē ad artem ſpectant, ſunt tn̄ ſcitu non inutilia: cum alioqui cōmodiorem locum non haberē, vbi illa inculcarem, quæ nullo pacto præteriri debebant. Snnt præterea, quæ Galeni quidē non eſſe ſcimus, ſicut liber, qui Introductio ad medicinam inſcribitur: ea tn̄ rei commoditate perſuaſi, minime reijcienda iudicauimus. Ante igitur libros omnes ſeriatim locatos Introductorij hoc modo extra aciem diſponentur, Oratio ſuaſoria ad bonas artes, quę non ad Galenum noſtrum Niconis architecti, ſed ad alium Menodoti filium refertur: Quòd idem ſit optimus medicus, & philoſophus, De ſophiſmatibus in dictione contingentibus, Quòd qualitates ſint incorporeæ, De Libris proprijs, De ordine librorum ſuorū, De ſectis, De optima ſecta, De optima doctrina, Subfiguratio empirica, De cōſtitutione artis medēdi, Medicę diffinitiones, Introductorius medicorum, Quomodo morbum ſimulantes ſint deprehendendi, Ars parua. Atq; ita, quæcunque noſtra ætate. Galeni, vel legitima: vel attributa reperiuntur, hoc ordine legenda arbitramur.

GALENI VITA
NVNC RECOGNITA,
Et aliquot adnotationibus aucta.

IN qua copioſè deſcribuntur, nomen, patria, ſeculum, parentes, inſtitutio prima, & in ea præceptores, deinde artis medicæ ſtudium, præceptores in eadem, & circa demonſtrationem, ac veritatem diligentia: tum familiares eius, & peregrinationes explicantur, poſtea hiſtoria aliquot præſagiorum eius, & curationum recitantur: dein eius valetudo morbi, & mors, deinde mores, virtutes, & pietas commemorantur. Poſtremò omnigena doctrina eius præſtantia, artis medicæ per ipſum illuſtratio, eiusq́; lib. ratio in vniuerſum, ſtylus, & tractatio, & ad alias diuerſas ſcientias ex eorum lectione vtilitas, quæ redundet, vberrimè exponitur: & cum gloria eius prædicatione epilogus infertur. Non ſolum autē Galeni vitam, & laudes prima hac Προλεγομένων *noſtrorum pars continet: ſed plurima in vniuerſum tum ad totius medicæ artis laudes, & rationem, tum etiam philoſophiæ pertinentia: & abſoluti futuri medici exemplar, atque ideam.*

Proœmium. DE Vita, & doctrina Galeni, præclari aliquot viri noſtro ſeculo ſcripſerunt, vt Hieronymus Gemuſęus medicus, & philoſophus ſummus, acerrimo vir ingenio, philoſophię olim in illuſtri Academia Baſilienſi profeſſor: Iulius Alexandrinus medicus Cęſareus, & Andreas Lacuna: quorum omnium doctiſſima ſcripta hac de re perlegi, ita vt ſingula ea, quę ad ipſum precipuè Galenum pertinere iudicabam, decerpſerim: in primis verò, & plurima ex Gemuſęi in primam Galeni operũ Baſileę ex Frobeniana officina editionem pręfatione: in qua Galeni vitã, atq; doctrinam copioſiſſimè, diſertiſſimèq; deſcripſit. Non difficile quidem mihi fuiſſet, ex diuerſis apud Galenũ locis, quę ad rem pertinebant deſcribere, ſed malui (quod & facilius fuit) doctiſſimorum ante me hominum ſcriptis vti, cum ingenua confeſſione: ordine pro meo arbitrio mutato, & additis vbiq; multis, quę illi omiſerant, vel ex Galeni libris, vel aliunde: multis etiam omiſſis, quę rhetorico artificio magis ad decantandas Galeni laudes: quàm ſimplicius, ſolidiusq; ad vitã eius, doctrinãq; deſcribendã, prolata videbantur. Nec puduit me multa verè, commodè, eruditè ab alijs dicta, vel iiſdē verbis repetere: vt neq; ipſorũ pleraq; partim ex Galeni, partim alijs veterũ libris mutare. Sed ex altera quoq; eiuſdem Gemuſęi in Gręcam Galeni operum editionem Baſileę publicatam, parcè quędam decerpſi, & breuiſſimis ſententijs incluſi, quę ipſe copioſius de eius doctrina proſequitur.

Medicinæ origo, & progreſſus ad Galenum vſque. Medicinę origo prima, quę fuerit, & eius incrementa vſque ad Hippocratem: & ab Hippocrate rurſus ad Galenum quę eius facies, copioſe perſequitur Gemuſęus, in pręfatione Latinorum Galeni operum. Ex quo mutuatus videtur Lacuna in Epitomes ſuę Galeni operum pręfatione, breuius eadē complexus, his ferè verbis: Artis medicę inuentionem Gręci ferè vniuerſi, in deos ipſos, atque illorum amicos referunt. Tradunt quippe Æſculapium ab Apolline patre inſtitutum, filios ſuos poſteà medicinam docuiſſe: atque in hunc modum artem ipſam cœptam diuinis auſpiciis, ſucceſſione quadam hęreditaria, à parentibus propagatam ſemper in liberos, ad Hippocratem vſque (qui & ipſe ab Æſculapio oriundus fuit) perueniſſe. Cautum ſiquidem erat in illa Aſclepiadarum familia, ne quis artem, & induſtriam medendi, poſſeſsionem planè diuinam, à Deoq; ſolis ipſis conceſſam, cuiquam communem faceret, qui ab eodem non eſſet genere exortus, id quod fuiſſe in cauſa videtur, vt peritos artis illius τῶν ἰατρῶν παῖδας, hoc eſt, filios medicorum Gręci ſemper vocarint. Hippocrates verò omnium primus diſperſam prius artē (vel artis potius partes, & principia, operaque) collegit, & vniuerſalia pręcepta rationali methodo condidit: nobiſque volumina octoginta reliquit, quę incomparabilem doctrinam eius, vitęque innocentiam teſtantur. Eum poſtea ſecuti ſunt Diocles Caryſtius, Praxagora, Chryſippus ſophiſta, Eraſiſtratuſque ex filia Ariſtotelis genitus, qui antiſtites Rationalis ſectę extiterunt. Nam ſub Philino Coo, eodem ferè tempore, factio Empiricorum eſt orta: cuius fautores fuerunt Serapion Alexandrinus, Apollonius Antiochenus, & Menodotus, Qui ſanè diſsidebant à Rationalibus: quòd illi quidem ratione ſimul, & experientia vterentur ad inueſtiganda pręſidia morbis ipſis congruentia: hi autem ſolo vſu contenti eſſent eorum; quę aliàs aliquoties obſeruauerant. Ab vtriſque receſſerunt ex ęquo Methodici nuncupati, cauſarum abditarum indaginem (quas Logici ſummo ſtudio explorabant) reſpuentes: nec tribuentes quam experimētis particularibus, quibus nitebantur Empirici. Reducebant autē hi, vt omnes particulares affectus ad generales duos, nempe aſtrictum, & laxum: ſic vniuerſas curationes ipſorum, ad duas ſimiliter, aſtrictionem videlicet eorum, quę laxa eſſent, & relaxationem illorum quę quę aſtricta. Auſpicia huic ſectę dedit Themiſon Laodiceus: abſoluit autem eam Theſſalus ille Trallianus, qui pollicebatur ſe docturum artem ipſam accuratiſsimè vel ſex menſibus tantum. Poſt quos omnes tandem Galenus ſecutus, medicinam in tot ſectas diuulſam, laceramq;, ſuę integritati, atq; nitori reſtituit: explodens quidem omnia peruerſa dogmata, quę graſſabantur ſuo tempore, reuocans aũt Hip-

pocratica

pocraticam rationem medendi, quæ iam plus quàm ſexcentos annos ſepulta, & neglecta fuerat. Sed nunc cæteris omiſsis, de ſolo deinceps Galeno dicamus, idq; copioſius, accuratiusque, vt ſimul perfectum, viuum, & abſolutum medici exemplar, atque idea in ipſo elucеſcat.

Galeni nomẽ. Γαληνὸς oxytonum, vocabulum eſt adiectiuum, tranquillum, placidum, & ſerenum ſignificans: quæ quidem vocabula Latini etiam hominum quorundam propria fecerunt, parentibus nimirum talem animi ſtatũ ſuis liberis ominantibus. Et proculdubio Galeni etiam noſtri pater, vir eruditus, filio ſuo, quem in optimis quibuſq; diſciplinis, quibus animi maxime tranquillantur, omnesq; eorũ perturbationes ſerenantur, inſtituendum propoſuerat, non temerè hoc nomen impoſuit. Eſt autem Γαλήνη propriè illa tranquillitas, qua mare placidum, ventis, ac fluctibus minimè obnoxium, planè quieſcit, hanc grammatici deducunt παρὰ τὸ γάλα, vnde & λευκὴν Γαλήνην Homerum dixiſſe putant. Forſitan autem Γαληνὸς cum adiectiuè accipitur tantùm vltimam acuit, cum verò nomen proprium eſt, primam: ſicuti etiam βουθὸς, ἀγητὸς, ἀδελφὸς, item γλαυκὸς, χρυσὸς, ἀργὸς, appellatiua quidem, oxytona ſunt: propria verò facta retrahunt accentum, vt in Cyrilli libello de iis, quæ accentu differunt, apparet. Sed hæc Grammaticis relinquamus: quorum tamen obſeruationes, ac leges ſæpe ab authoribus non obſeruãtur, nos quidem in excuſis hactenus codicibus nullis Γάληνος proparoxytonum reperimus: quanuis ita ſcribendum ex aliorum propriorum analogia videatur.

ᵃ Claudij prænomen vt ex Romanorum cõſuetudine ei adſcitum apparet (ſolebant enim Romani omnes liberi duntaxat, honoris cauſa nominibus pręmittere prænomina) ita nuſquam ab eo vſurpatum puto, tanquam ambitioſius fortè, & non vſitatum Græcis, aliisq; populis.

A Galenus vi. Epid. com. 1. & 11 nomen ſuum nominat nulla Claudij facta mentione.

Patria. ᵇ Pergami natum eſſe Galenum (quanuis id neſcio qui negarunt, quos Andreas Lacuna notat) cum ex varijs hiſtoricis, (& Ioannes Tzetze, qui hanc vrbem propè Troiam eſſe ſcribit) tum innumeris ipſius Galeni teſtimonijs conſtat: apertiſsimè quidem, libro primo De compoſitione medicamentorum ſecundum genera, Pergamum ſibi patriam eſſe teſtatur, his verbis: Hoc medicamentum non ex eorum numero eſt, quę à me primùm compoſita ſunt: ſed iam annis multis ante, à Rege noſtro, Pergamenſibus imperante, Attalo, viro omnigenorum medicaminum ſtudioſo, &c. Similiter libro ſecundo De pharmacorum compoſitione ſecundum partes, ſic ait: Nam & frigidorum fontium, & niuis, multa Romæ eſt vbertas, quemadmodum apud nos in Pergamo. Et rurſus eodem libro: Atque ad hanc rem noſtrum Pergamenum atramentum ſcriptorium præcellit &c. Fuit autem Pergamus, vel Pergamum, Aſię ciuitas nobiliſsima, ingeniorumq; optimorum altrix: quæ diu quidem ſub regibus Attalicæ familiæ floreſcens, poſtea Romanorum legibus paruit. Quare Galenus meritò ab illa oriundum ſe gloriatur: & quòd ciuitas illa ampliſsima vtpote ad quadraginta hominum millia capax, & in regione probè temperata, Myſiæq; vicina ſit, alicubi tradit. Meminit eius in Apocalypſi Diuus Ioannes: & Pergamenum vulgò dictum, in eadem vel Eumenes, vel Attalus, primus inueniſſe dicitur. In hac verò tam celebri ciuitate natus Galenus, in qua percelebre etiam Aeſculapij Dei medici fanum fuiſſe conſtat, nil mirum ſi medicus longè celeberrimus euaſit, non quòd Aeſculapium nos Deum faciamus: ſed quòd maximam remediorum obſeruationem, & artis principia, illic tum apud Aeſculapij ſacerdotes, tum alios fuiſſe probabile ſit. Aegrorum enim decumbentium curationes per vſitata ab ipſis remedia antiqua quadam conſuetudine ad ipſos perlatæ obſeruabantur. Libro quidem ſeptimo de compoſitione medicamentorum ſecundum genera, Aſianum ſemetipſum nominat Galenus.

B Eunapius in vita Oribaſij eum quoq; Pergamenum fuiſſe tradit, & idcirco ob patria quæ Galenum pepererat, ſplendorem Romæ ſtatim, atque alibi magnam gloriam, & exiſtimationem ſibi cõparaſſe.

Seculum. ᶜ Vixit ſub Marco Aurelio Antonino, Commodo, Lucio, & Seuero, Cęſaribus: vt apparebit infra in eius peregrinationibus. M. Aurelius Antoninus quidem, cum Galenus Romæ eſſet, obijt: & regnauit poſt eum, ipſo Galeno teſte, Seuerus, qui ſeipſum mutato nomine Antoninum vocauit. Euſebius tradit ſub Cæſaribus Hadriano, Antonino Pio, Marco, & Commodo, claruiſſe Galenum. Suidas ſub Marco, & Commodo, & Pertinace eum collocat, Io. Tzetzes ſub Antonino Caracalla. Ex his autem omnibus primus eſt Hadrianus, qui imperare cœpit anno Domini 120: vltimus Caracalla, cuius Imperij annus primus fuit, à nato Chriſto 214. Quòd ſi à primo Adriani anno computes uſque ad primum Caracallæ, anni erunt 49. Conqueritur autem ipſe ab initio Methodi medendi ſuo ſeculo artes bonas contemptui, & veritatis inquiſitionem nemini ferè curę fuiſſe: diſciplinas fugiſſe pleroſq; omnes: pecunias, ciuilem potentiam, ac voluptatem expetiuiſſe, adeò vt pro inſano haberetur, qui ſapientię ſtudium quæreret. quo magis admiranda Galeni virtus fuit, cuius excelſum ingenium in tanta ſui temporis corruptela, à veritatis ſtudio non fuerit auerſum.

C Galenum circiter decimũ quintũ Hadriani imperij annum eſſe natum inde certo colligitur, quòd vt ipſe in lib. de libris proprijs narrat iam trigeſimũ ſeptimũ ætatis annum erat prætergreſſus, quando ab Imp. M. Aurelio, & Lucio Vero Aquileiam a patria quò Romã iuerat, reuocatus eſt. Ab eo autem tempore quo Marcus, & Lucius Aquileiæ hybernantes ob peſtem diſcedere coacti, Lucius in itinere obiit, Galenus Romam M. Aurelium ſecutus eſt, ſi retro triginta octo annos numeremus ſecundũ Euſebium perueniemus ad 15. Hadriani principatus annum, a quo ſi deinceps numeretur vſque ad primum Caracallæ, qui fuit annus tantũ imperante, cõputabuntur anni 79. vt ſi verũ ſit Galenum ad Caracallæ tempora peruenisse. verũ ſimul ſit eum 80. ann. vixiſſe.

Parentes. Generoſam, & nobilem Pergami fuiſſe familiam Galeni, ex ipſius verbis, quæ in libro De curandis animi affectibus, leguntur, conſtat. Patrem habuit Niconem nomine, ciuem Pergami, opulentum. iuſtitia, frugalitate, temperantia, humanitate, & clementia inſignem, ab omni iracundia alienum, liberalem, modeſtum, & omnino optimum virum, quique probis omnibus ſemper admirationi eſſet: Græca lingua & varijs diſciplinis, præſertim Mathematicis, doctiſsimum, & ſtudijs philoſophicis deditum, vnde & architecti dignitate functus eſt Pergami. Græcæ quidem linguæ peritiſsimus fuit, eamque adamuſsim tenuit: ita vt doctor etiam eius linguę, & pędagogus fuerit. Callebat is Geometriam, Arithmeticam, Aſtronomiam, Architecturam, ſimulque (pręſertim in ſenectute) rei ruſticæ ſtudioſus erat: quibus pleriſq; artibus auus quoque, & proauus Galeni nõ vulgariter eru-

 diti

diti fuerant: & eaſdem etiam ipſe à parente, doctore, & pędagogo optimo hauſit: à quo ad annum vſque decimumquintum ſuæ ætatis, grammaticam, logicam, & arithmeticam didicit. Cum verò iam adoleſcentiam ingreſſus Galenus, doctrinæ ſtudijs ardẽtius, quàm cæteri condiſcipuli die, noctuque operam daret, pater in agrum rei ruſticę ſtudio conceſsit: vbi, cum iam ætate declinante agricultura delectaretur, triticum & hordeum aliquando ſeminauit, omnibus diuerſi generis ſeminibus, quæ ipſis erant admiſta, diligenter ſelectis, quo certè cognoſceret, num ex ipſorum mutatione lolium, & ægilops naſcerentur, an propriam hęc quoque ſemina naturam haberent. Idem aliquando adipẽ, & oleum recondit, vt illis quàm antiquiſsimis aliquando vti liceret. Et vt familiæ ſuæ de edulijs ſalubrioribus proſpiceret, ſemina, & fructus aliquos (vt amygdala, iuglandes, auellanas, legumina diuerſa, triticum in aqua príus macerare, aut elixare ſolebat, vt inde, an intumeſcerent, & quantum, & quàm citò, perciperet: atque ita de eorum ſalubritate ſtatueret. In vnoquoque enim ſeminum genere alia quidem (proſoli, alijſque cauſis diuerſis) coqui, & intumeſcere facilè ſolent, alia difficile, hæc minus, illa magis ſalubria ſunt. Vita autem functus eſt natu, vt videtur, iam grãdior, priuſquam omnino annum viceſimum Galenus attigiſſet. Et talis quidem Galeni pater fuit: mater verò vſq; adeò iracunda, vt interdum etiam morderet ancillas, ſemperq; & vociſeraretur, & cum marito contenderet, idque longè quidem odioſius, quàm cum Socrate olim Xanthippe, mulier interim pudica, & circa rem familiarem augendam ſolicita.

lib. 5. de antidotis cap. 3. narrat Galenus patrem ſuum cõſueuiſſe vina debilia ab acore conſeruare in cellis uinarijs calidis atque lagenis ſæbe multa calida obtectis.

Inſtitutio prima.

præceptores.

Inſtitutio prima Galeni, & in primis diſciplinis fuit, vt dictum eſt, ad annum vſq; decimumquintum: intra quod tempus ſub patre grammatica, arithmetica, geometria, & aſtronomia eruditus eſt. In his diſciplinis humanioribus vſq; ad eum ætatis annum enutritus, ad dialecticam inde contemplationem, vt ſoli deinceps philoſophię vacaret, ab illo perductus eſt. Adeò autem natura promptus fuit, & excellenti ingenio, vt vel primis auſpicijs maximam de ſe exhiberet expectationem. Hanc patris liberalitas augebat, ita vt ætatis eiuſdem cæteros pleroſque omnes ſuperaret. Libro quidem ſecũdo de differentijs pulſuum, in colloquio cum alijs quibuſdam, tardum natura ſe eſſe dicit, & feſtinantes nõ conſequi facilè: ſed tarditatem hanc fingebat, ne importunius à quibuſdam ad homonymum ante diſtunctionem definiendum vrgeretur. Sic ei in logica theoria inſtituto, pater celebrium Stoicorum libros, præſertim verò Chryſippi propoſuit, tantùm autem profecerat, vt admodum adoleſcens adhuc in illius ſyllogiſticos libros Commentarium conſcriberet. Ab eo tempore præparatus Mathematicis diſciplinis, & omnis ſapientiæ organo inſtructus, philoſophorum ſcholas ingreſſus eſt, cum olim philoſophiæ ſtudium principes tantùm viri, & reges tractarent: vt pluribus in perſcripta à ſe Galeni vita Gemuſęus noſter ediſſerit. Et primùm quidem Philopatoris ſtoici diſcipulum quendam ſatis diu audiuit: neq; hoc temerè, aut fortuitò, ſed optimo patris conſilio factum arbitror, vt ante alios Stoicorũ philoſophorum argumenta, & rationes audiret: qui & in dialecticis ſtudioſè (etſi minus accuratè, quã Peripatetici) verſabantur, & ad componendos animi affectus, aut potius excidendos, ſi fieri poſſet, & inducendam tranquillitatem, ac perpetuum virtutis exercitium, plurimum ſtudij ponebant: id quod in ea ætate; qua maximè vigent cupiditates, & perturbationes animi, ad rectè formandos Galeni mores, vitæq; moderationem, non parum cõducebat. Scio vituperari Stoicos, qui requirant *ἀπάθειαν*: quæ tñ præcipienda fortè fuerit, vt eius ſtudio ad *μετριοπάθειαν* ſaltẽ (vbi ea conuenit, ſi non vbiq;) perueniamus. Qui enim optima, & perfectiſsima ſibi proponunt, ad ea enitendo, & aſpirando, ſi nõ finem propoſiti ſui, medium ſaltem, aut propiorem fini locũ, plerunq; aſſequuntur. Poſtea Caium, qui diſciplinam Platonicam cõplexus fuerat, cum is à ciuibus ſuis ad negocia reipub. traheretur, ad breue ſolùm tempus, præceptorem habuit: optimum ſanè virum, ipſo teſte, manſuetũ, & aditu facilẽ, quiq; Pergami ſolus ferè iuſti, & pecunijs inuicti hominis exiſtimationem ſuſtineret. Quàm verò ſtudioſus Platonis fuerit, & quantopere eius doctrinam admiratus, liquidò multis in locis præ ſe fert, plurimum eius doctrinæ tribuens, & diuinum ipſum appellans. Eundem cum Hippocrate, medicorũque omnium placitis, præ cæteris conſentire, priuatim dicato rei huic volumine, liquidò oſtendit. Eodem ferè tempore ciuem alium Pergamenum, Aſpaſij Peripatetici diſcipulum audiuit, qui poſt longam peregrinationem demum, redierat: & poſt hunc, alium ab Athenis Epicuræum: quorum omnium filij cauſa & vitam, & diſciplinam explorabat pater, vnà cum eo ad illos aſsiduè ventitans. Bene autem ei ceſsiſſe dixerim, ꝙ vt primò à Stoico præceptore virtutis ſtudia, animiq; tranquillitatem aliquam hauſit, & mox à Platonico aliquam rerum diuinarum cognitionem, & deinde à Peripatetico naturalium præcipuè (quamuis enim ex philoſophis iſtis alias quoque philoſophiæ partes ſinguli tractent, in illis tamen, quas dixi excellunt.) Poſtremò autem in Epicuræum incidit, qui nimirũ in voluptate, non vt reliqui ferè in vſu virtutis, felicitatẽ hominis collocabat. Quamuis aũt perſæpe in particularibus quibuſdã ab Ariſtotelis opinione diſcedit Galenus (ſicuti à Platone etiam, & Hippocrate ſuo, vtpote nulli ſectæ iuratus) circa humani præſertim corporis fabricam: in vniuerſum tñ Peripateticam philoſophiam, & ſecundum eam docendi, demonſtrandiq; genus, apprimè eum coluiſſe apparet, vt aliàs ita maxime in libello de libris proprijs, ubi enumerat conditos à ſe libros ad demonſtrationẽ pertinẽtes, tum alios, tum quibus logicã Ariſtotelis eſt interpretatus. In eodem quos in morali philoſophia conſcripſerit libros: quos de logica Stoicorum, quos in Platonica philoſophia, quos contra Epicurum, quos deniq; ad grammaticam, & rhetoricam pertinentes, recenſet: quorũ omniũ etſi

Philoſophiæ ſtudium.

nihil

nihil ad noſtram ætatem peruenit: in ijs tamen ſingulis, cum non modò inſtitutũ fuiſſe, ſed etiam excelluiſſe, vel ipſę lucubrationum eius inſcriptiones præ ſe ferũt. Hactenus dixi de prima Galeni inſtitutione: ex qua facilè apparet eum non lucri, aut ambitionis gratia ad ſtudia literarũ à parente deſtinatũ fuiſſe: ſed vt animo primis diſciplinis inſtructo prius, ac præparato, amabili ſtudio ſapientiæ deditus, reliquam ætatẽ tranquillã duceret. Nam in id repertã fuiſſe philoſophiam affirmant, cũ turbulenta ſit actiua vita, vt ad contemplationis ſtudium prudentes homines ſeſe conferrent. Sed aliter viſum fuit diuino conſilio.

Medicinæ ſtudium.

Annum agebat ſeptimũ decimum, quãdo patris euidenti inſomnio monitus medicinã eſt aggreſſus, cum philoſophia illã coniungẽs: in primis verò naturalem philoſophiã ſtudioſè excoluit, vt inde principia, & cauſas varijs in arte medica rebus, melius accõmodare poſſet. Sic aũt ipſe de ſe alicubi: Felicitatem meã (inquit) quã beneficio paterno habuerã, quamuis ego maiorem adhuc redderem, ꝙ citius, meliusq; reliquis omnibus, quæcunq; docebar ediſcerem: niſi tamẽ per vniuerſam adeò vitã, in illis medicinæ, philoſophięq; theorematibus me diligenter exercuiſſem, nihil præclarum, excellensq; conſequuturus eram, &c. Promouerunt, & auxere hunc feruorem cætera quoq;, quibus adminiculis ad res magnas aggrediendas, perficiendasq; magnopere eſt opus, cũ & ſingulari eſſet ob patris liberalitatẽ eruditione, & ætate ad diſcendum idonea, & impenſas, vnde diſciplinis vacaret, ſuppeditatas haberet. His itaq; rebus omnibus adiutum, minus admirabile eſt facilè commilitones oẽs intra paucos annos eum ſuperaſſe: & eò vſq; tandem in arte progreſſum fuiſſe, vt ſectæ cuiuſuis (quæ tum per artem ipſam variæ fuerunt) ipſis quoq; principibus par eſſe poſſet, velut ipſemet ait: Ego verò (inquiens) reipſa, & publicè, & priuatim, apud eos videlicet, qui ſectã quãlibet à me diſcere cupiebant, oſtendi, in omnium ſectarum ſcientia (ne maius quicquã dixero) me eſſe poſthabendum nemini, ꝙ ſi vni ſectarũ patrociniũ ferre velim, ita in promptu ſunt mihi rationes, vt non verear, ne quis me conuincat. non enim, vt non nulli faciunt, è libris eas didici, ſed præſtantiſſimis in quaque ſecta pręceptoribus vſus ſum.

Præceptores in arte medica.

Non multò quidẽ poſt cœptum ab eo medicinæ ſtudiũ, mentis eius acrimonia innoteſcere, & ſophiſtis artem labefactantibus formidabilis eſſe cœpit. Nam, dum annum ageret nonumdecimum, præceptori ſe tradens, ex Athenæi ſectatoribus cuipiam, illius de elementis ſententiam diſcere cupiens, vbi mox cognouiſſet eius in logica cõtemplatione imperitiam, & intellecta Athenæi cum ſeſe ipſo diſſidentia: cum etiã dialecticæ cognitio ab illo ipſi obijceretur, eo relicto alios ſequi conſtituit. Præceptores inde habuit, primo Satyrũ: ſecundo Pelopẽ apud Smyrnam. Fuit ille diſcipulus Quinti, qui neminẽ ea ætate ſecundum habuit, cuius ſæpe meminit Galenus: Pelops aũt Numeſiani, qui & ipſe Quinti celeberrimus auditor extiterat. Poſt hos Numeſiano Corinthi dedit operã. Vſus eſt quoq; Feciano pręceptore, qui & ipſe Quinti diſcipulus cum eo diu vixerat, & Satyrus. Sed & Pergami Stratonicum, Sabini Hippocratici diſcipulum, præceptorem habuit: †Smyrnæ aũt Albinum Platonicum, annũ iam natus triceſimum ſecundum. Demum aũt relicta Smyrna contulit ſe Romam, vt ipſe ſcribit de ſe, commentario primo in librum de articulis. Non verò rationalis ſolùm ſectæ, præceptores ei eximij contigerunt: ſed etiam methodicæ, & inter empiricos Æſchrion. Et hos quidem artis habuit pręceptores.

† auctor eſt Strabo in fine libri xi. tẽpeſtate ſua iter Laodiceã & Caruræ fuiſſe ſcholã medicinæ Herophileæ, ſicut parẽtum ſuorũ ætate Smyrnæ Eraſiſtrateæ ſchola fuit præſide Niceſio.

Demõſtrationis ſtudium.

Primùm aũt nihil priùs, neq; ſtudioſiùs diſcendum ſibi demõſtratiua theoria duxit: vt & aliorum diſputationes cognoſcere, veræ ne illę eſſent, an in ſpeciem apparentes: tum ipſe via quadam inſiſtens circa quodq; eorum, quæ inueſtigari ſolent, vt ad inuẽtionem eius peruenire poſſet. Cum aũt diu, multumq; à philoſophis, tum Stoicis, tum Peripateticis, illam inquiſiuiſſet, ac ſolidi nihil ab illis acciperet, ſed controuerſa apud illos ẽ pleraq;, immò non nulla naturali rationi pugnantia reperiret: ad Pyrrhoniorum ferè hæſitãtiam recidiſſet, niſi arithmeticæ, geometrię, dialecticæq; cognitione, quibus iam à puero inſtitutus erat, retentus fuiſſet. Cum verò reputaret ſecum manifeſtè veras eſſe eclipſium prędictiones, horologiorũ, clepſydrarumq; inſtrumenta, quęq; alia iuxta architectonicen inueniuntur, ſatius arbitrabatur, typo rum Geometricorum demonſtratione vti: maximè cum eos ẽt philoſophos, qui dialectices callẽtiſſimi habebantur, non inter ſe ſolum, ſed ſibi quoq, ipſis diſcordare videret: quanquã ex ęquo oẽs has geometricas apodixes cõmendarent. Vnde pleniùs cognouit, ab illorũ dictis abſtinendũ eſſe, ſequẽdos verò Characteres illos, & lineares oſtenſiones: quas deinde ſequutus, illã de demonſtratione operoſiſſimam tractationem inſtituit. Pręceptorum autem ſuorum quamuis amãtiſſimus ſemper foret, noluit, tamen addictior cuiquam eſſe, quàm veritatis ſtudioſior: & ob id ſępe hominum ruſticorum iudicium in plurimis eſſe ſequendum monuit, quòd incorruptum eſſet, ac liberum, vtpote ab hęreſi nulla occupatum. Quinti pręceptoris vocem non tulit, qualitatum primarum appellationes balneatorum nomina vocitantis: vrinas noſſe, ad pictores pertinere dictitantis, & alia eiuſdem viri: quanquam tanti illum faceret ſemper, vt Corinthum Numeſiani gratia peteret, ꝙ diſcipulus fuiſſet eius: & Alexãdriam quoq; adiret, aliaq; loca permulta, vbi eſſe aliquem diſcipulum Quinti intellexiſſet.

Familiares eius.

Familiares habuit medicos pręſtantiſſimos, & philoſophos quoque, Alexandrię quidem Heraclianum, Romę verò permultos, veluti mox dicemus. Ex Alexandria (Ægypto, quę illi adiacet tota perluſtrata) annos octo & viginti natus in patriam rediens omnia, quę cognouerat, pharmaca amicis medicis dedit, vt ea per experientiam confirmaret, quę ab alijs didicerat.

Peregrinationes.

Et, cum eodem tempore vulnerum neruorum curationem primùm excogitaſſet, viſum eſt ciuitatis eius pontifici, gladiatorum curationem ei ſoli committere, quamuis iuueni adhuc. Cùm autem prioribus medicis multi

antea perijſſent, illi ne vnus quidem, ſiue è neruorum, ſiue vulnere alio mortuus vnquam eſt. Itaque ſuccedentes etiam aliquot pontifices, ſimiliter gladiatores curandos illi tradiderunt. Cæterum non diu in patria commoratus, orta iſtic ſeditione, Romam ſe contulit: vbi plurimorum amicitiam, & præſtantium quidem virorum, ſtatim habuit, velut Eudemi Peripatetici, & Alexandri Damaſceni, qui dein Athenis publica Peripateticæ diſciplinæ profeſsione dignabatur: item Sergij Pauli conſilaris, & non multo pòſt prætoris vrbani, tum rebus, tum diſciplinis philoſophicis per omnia præcipui viri: Boethi inſuper hominis ſingularis: cui per multas conſectiones oſtendere deinde ſolitus fuit, præſentibus ei ſemper, quos nunc memoraui. Porrò cum Alexandriam, in qua aliquandiu hæſerat, reliquiſſet, ad Palæſtinam Syriæ (vel Syriam cœlen id eſt, cauam Paleſtinæ partem) exportandi opobalſami gratia, & bituminis inſpiciendi, cõtendit. Nauigauit etiam in Lemnum inſulam, vt quæ de terra Lemnia tradebantur, vera'ne eſſent, præſens inſpiceret, & ipſius copiá ſecum auferret: primùm cum ex Aſia Romam Imperatoris iuſſu proficiſceretur, quo tempore tamen, non ad eum vbi terra Lemnia reperitur locum à nauclero deductus eſt: itaq; ad ſuum in Aſiam reditum diſtulit: ſecundo cum ſe in Aſiam reciperet, ad eam quam voluit Lemni partem peruenit. Item in Cyprum, inde inſpectis metallis, Cadmiam, Pompholygem, Diphryges, aliaq; plurima in vſum Pergamenſiũ auexit, in primis verò ingentem Chalcanthi copiam. Sed & Lyciam aliquando, ſola rerum inueſtigatione allectus, parum prætervectus eſt nauigio totam. Commentario tertio in Hippocratis librum de victu in morbis acutis, ſcribit ſe vinum aquoſum, id laudans pro ſebrientibus, paſsim reperiſſe, in Cilicia, Phœnicia, Palęſtina, Scyro, Creta, † Ægypto, & alijs quas peragrarit regionibus omnibus. Eſt vbi Orientis prouincias ſe adiiſſe teſtetur, de Cilicia nimirum, & Syria ſentiens. Anno tandem trigeſimotertio Romam profectus eſt (iuuenis nempe, non adoleſcens, vt quidam ſcribunt) & poſt aliquod tempus medicorum Romæ æmulatione, ac inſidijs commotus, vrbe relicta in patriam redijt, vbi non diu cum amicis commorato ei, ex Aquileia literæ ab Imperatoribus miſſæ redduntur, quibus illi eum reuocabant. Cum iterum (inquit ipſe libro nono de ſimplicium medicamentorum facultatibus) Romam pedeſtri peterem itinere (nam prius naui adierat) per Thraciam, & Macedoniam, prius à Troade Alexandria in Lemnum adnauigaui, &c. Tandem trigeſimoſeptimo ſuæ ætatis anno iterũ relicta Roma, in patriam regreſſus eſt: & illic, quantum nobis conſtat: ad mortem vſque permanſit.

† Alexãder j. prob. lib. 55. & li. 2. prob. 6. ſcribit in Aegypto fieri vina debilia qđ calore regionis inteſtinus terræ calor expirãs vires, pati aptiſsimas non cuſtodiat nec fructũ validũ perferre faciat. contrariũ aũt eueni re in Scythia.

Cũ Galenus theriacã Seuero Imperatori confecerit, vt ipſemet teſtatur li. 1. de antid. cap. 13. atque ob id ſe dicat Cinnamomũ accepiſſe Traiani, & Hadriani tẽpore reconditum, æquũ eſſe videtur, vt ipſe tũc Romæ fuerit, quo tẽpore iã ſexageſimũ annum erat prætergreſſus, ẽt ſi Seueri qui 18 annos ĩperauit, primum principatus annũ accipiamus. Immo verò ſi recte cõſiderãtur q̃ ab ipſo Galeno ſcribũtur ĩ ſer. de libris ꝓprys, ĩquit, ſe Roma ĩ patria profectũ iam ãnos 37. natũ: ſed paulo poſt ab Imperatoribus Aquileiã reuocatũ ac ĩde Romã profectũ eẽ: vbi cũ vltra duos annos permãſiſſet, neceſſe eſt fateri iã quadragenarium in patriã iterum rediſſe.

Porrò quanta eius gloria Romæ fuerit, apud ipſos etiam principes, & Imperatores, qui copioſius noſſe volet, ab ipſo Galeno petat: ex eius præſertim de pręcognitione, ad Epigenem libro. nos hiſtorias aliquot breuiter attingemus.

Romæ qđ curãdo, & præſagiẽdo præſtiterit Galenus.

In primis quidẽ Eudemum Peripateticum, magni nominis virum, laborantem quartana triplici, ob intempeſtiuè adminiſtratã theriacã, vnde febris ſimplex primùm duplicata eſt, deinde ẽt triplicata, prædicente hoc quoq; Galeno, ab alijs medicis, iam ingraueſcentem ętate, ac media hyeme, deſperatum à cęteris, tẽpeſtiuo vſu eiuſdẽ antidoti adhibito, reſtituit: prædixitq; euentura oĩa, quo ſcilicet die, quæq; è tribus febribus abitura eſſet, Criſis tẽpus, & modũ, morbiq; ſolutionẽ: id quod nomen illius, exiſtimationemq; per totã vrbem, plurimũ auxit: ſic tamẽ, vt inuidia apud æmulos eius medicos imperitiores pari etiã gradu creſceret: quæ ſummã virtutem, & doctrinam comitari ſemper aſſolet. Itaq;, cum aliquoties publicè docere, & omnibus de ijs, quę in arte minus recte tractarentur, aut proderentur, emẽdatis, aut mutatis ab ipſo, aut ẽt noua inuentione excogitatis, rationem reddere, & in corporum diſſectione, alijs incognita quædã oſtendere ſuſtinuiſſet: vt creſcentẽ ſubinde æmulorum medicorum inuidiã, logiatron eum eſſe clamantiũ, declinaret, præſertim cum ægrotantium curatio, felicius, quã optaſſet ei ſuccederet, docere publicè & monſtrare deſijt: ita vt iam nec apud illos, quos curabat, pluſquam neceſſe eſſet proferretur, factis potius, quàm verbis, quid arte poſſet declaraturus.

Eudemus quartanari⁹.

Deinde iuueni ſtatim primo die, quo fuit accerſitus prædixit, quartanę febris inſultũ eſſe: & in curationẽ ſuſceptũ perſanauit, morbi ſolutionem, ſicut in Eudemo fecerat, prędfatus. Accerſitus itidẽ à Poſthumo, familiarem Charilampi cubicularij, neruo vulnerato laborantem, curauit: quẽ nemo medicorũ, qui Imperatoris aulam frequentabant, ad ſanitatem reuocare potuerat: poſt hunc Demadem rhetorem, cuius morbũ celebres quiq; aulę medici ne cognouerant quidẽ. Interea verò, dum in Romanis principibus prędictiones, & curationes magna laude peragit, ęmuli medici varia de eo per vrbem ſpargunt: alius caſu illũ quempiã ſanaſſe, periculoſoq; admodũ curationis genere vti: alius diuinatrice peritia, non arte medica, quid in morbis futurũ eſſet prædicere. Poſtea ad Iuſti vxorem vocatus, quę abſq; manifeſta occaſione conſumebatur, expulſu (qui ſubitò ad nomen eius, quẽ amabat, auditum, varijs modis agitabatur, & ſubſultabat, quod & aliàs perturbati animi indiciũ eſt: & vultus, ac faciei color ad eiuſdẽ nomen immutabatur) eam non modò amare, ſed quem deperiret ẽt, miro quodam artificio deprehendit. Eodem tempore cũ Alexandro Damaſceno, Fl. Boethi pręceptore, quũ de voce, & reſpiratione controuerſia incidiſſet: promittebat Galenus ſe neruos quoſdam oſtenſurũ (in hœdis, ac porcis) minutos, & capillorũ inſtar ſubtiliſsimus, partim è dextro, partim è ſiniſtro latere muſculis gutturis immiſſos: quibus, vel laqueo interceptis, vel cultro abſciſsis, vocis impotens animal redderetur, nihil alioqui, quin cętera peragat, impeditũ. Tum Alex. interpellãs. Si prius, inquit, tibi conceſſum fuerit, nos ſenſibus noſtris credere oportere. Ille verò hęc audiens, relictis omnibus abijt, hoc vnũ ſubijciens, q̃ ſe ſua feſelliſſet opinio, non. n. ad rudes Pyrrhonios venturum ſe putaſſe.

Iuuenis quartanarius.

Neruus vulneratus.

Demades.

Iuſti vxor amans.

De voce controuerſia.

Hęc

Hæc ad aures aliorũ quoq; eruditorũ peruenere, quotquot in vrbe Roma tum erant, vehementerque eſt ab hominibus tum Alexander reprehenſus, decreuerũtq; Seuerus (qui tum conſul erat, & Ariſtotelicæ diſciplinæ operam dederat) Paulus (non multò pòſt vrbanus prætor creatus) & Barbarus, (Imperatoris Lucij auunculus) vt ſe pręſentibus diſſectionem hanc Galenus faceret conuocatis omnibus, & medicis, & philoſophis, qui nomen aliquod haberent: id quod magna cum gloria perfecit.

Seruꝰ præ mæſtitia ægrotus
Hepaticus.

Simili ẽt induſtria diuitis cuiuſdam ſeruũ, non ex morbo, ſed metu (quod eorũ, quæ adminiſtrauerat pro dignitate reddere rationem non poterat) contabeſcere agnouit. Deinde ad Siculum medicũ ægrotantẽ à Glaucone philoſopho deductus, qui ſuũ ipſe morbum ignorabat, hepaticum eſſe deprehendit, his argumentis. In primo ſtatim aditu obuiam venit quidam, peluim è cubiculo efferens, quæ tenuem cruoris ſaniem continebat, carniũ nuper mactatarum ablutioni haud abſimilem, euidens affecti iecinoris argumentum. In pulſu verò inflãmationis indiciũ: & iuxta feneſtram hyſſopũ ex aqua mulſa decoctũ animaduertit. vnde cogitauit medico pleuritidis ſuſpicionẽ obortã, dolore videlicet nothas coſtas infeſtante, qualis iecinoris quoq; inflãmationibus accidere quandoq; cõſueuit. Erat aũt & reſpiratio parua, crebraq;, & exigua tuſsi infeſtabatur. vbi verò magnã reſpirationem traheret, dolor in iecoris regione vehementius cruciabat, ſentiebatq; in dextra præcordiorum parte grauitatem: & iugulum quoq; ad inferiores partes detrahi (quod quidem magnas tantùm inflammationes, quemadmodum & ſcirrhum comitari ſolet) quę quidem omnia antequã quicquã audiret à quoquã, Galenus per ſe & obſeruauit, & pręedixit, magna Glauconis, & ipſius ægroti admiratione. Itaq; ab eo tempore Glauco tum de ipſo, tum de arte vniuerſa, quam optimã accepit opinionẽ: cum anteà nihil magni inde expectaret, vtpote qui nunquã cum viris, in arte conſummatis verſari cõſueuiſſet. Inter hæc omnia verò, & hoc fuit admirabile factum, ob quod non ſolum mira loquentẽ, ſicuti anteà plures medici: ſed mira facientem eum appellarunt.

Boethi vxor.

Boethi vxor frigidæ, & humidæ temperaturæ ſupra modũ, cum venter ei tumuiſſet, & in muliebrem fluorem aquoſum, cuius nimio profluxu debilis, & decolor reddebatur, incidiſſet, obſtetricibus primùm, optimis ſanè omniũ, quæ in vrbe erant, vſa eſt, ſed fruſtrà: deinde etiam præcipuis, quibuſq; medicis, inter quos conuenit, adhibenda eſſe remedia, quæ ab Hippocrate, & alijs poſt ipſum optimis quibuſq; deſcripta fuiſſent. Sed ſic quoq; deterior in dies morbus reddebatur: tandem Galeno ſoli eſt curatio demandata. Petierat autẽ is dies decem ſibi dari, & intra eos, ſi quid proficeret, alios totidẽ addi: id quod libenter ei conceſsit Boethus. Primùm itaq; talem ſanandi modum excogitauit Galenus, quo nõ ſolum humiditatem ſiccaret, verumetiam ita calfaceret, vt æſtatis pręſertim tempore ęgrotantis corpus non liqueſceret. cuius contrarium fecerant médici prius, in arena maris calida ipſam decumbere pręcipientes. Deinde non ſolum euacuandum putauit id, quod redundabat, ſed etiam ne ſimile illi gignatur aliud prohibendũ. In hæc igitur intentus, victus etiam ratione vniuerſa quam optimè inſtituta, tantum effecit, vt duobus primis diebus ſtatim remitteret ſęuitia morbi: & priuſquam xv dies elaberentur, nullum, prorſus morbi veſtigium apparuit. Cumq; iam menſe tranſacto, & bene colorata eſſet mulier, adeò vt ad naturalem habitum nihil penitus deſiderari poſſet, nec amplius fluoris indicium ſupereſſet vllum, aureos quadringentos ad eum Boethus miſit (quę ſumma, vt Gemuſæus computauit, valet, aureis rhenenſibus plus 1300. vel vt Lacuna, mille coronatis ſolaribus) & nobilium medicorũ inuidiam auxit. Porrò tribus iam annis Romę verſatus Galenus, ingruente magna peſte, cõfeſtim ex vrbe in patriam properauit, annum iam agens triceſimum ſeptimum. Verùm nõ ita multò pòſt Imperator M. Aurelius Antoninus, intellecta eius pręſtantia in re medica, eum accerſiuit: eratq; ſecum abducturus in bellum, quod contra Germanos mouebat: perſuaſus tamen reliquit, cum audiſſet, diuerſa Deum patrium Æſculapium iubere, cuius medicus eſſet, ex quo mortali apoſtemate laborantem ſeruauerat. Itaq; relictus ab Antonino, toto tempore, quo is abſuit, memor prauitatis, & medicorum, & philoſophorũ, qui tum Romæ agebant, interdum ex vrbe ſecedebat ad eum locũ, in quo Antonini filius Commodus alebatur Pitholao cõmiſſus: cui etiam ab Imperatore, ſi quãdo puer ægrotaret, Galenũ vt accerſeret, iniũctum fuerat. Reuerſo demum à Germanico bello Imperatore, contigit, vt Sextus (alter Imperatoris filius: nam Commodũ iam prius in patris Imperatoris abſentia, à phlegmone, & febri confeſtim liberarat) in morbũ incideret acutum, adeò vt ſeptimũ diem euadere nõ poſſet, quin iudicaretur. atq; hoc ita euenturum quarto die Galenus cognouit. prædixitq; ſeptimo, vel ſexto die prorſus iudicatũ iri. ꝙ ſi ſexto iudicaretur, reuerſurum: ſin ſeptimo, integram tum ſolutionẽ fore, eamq; per ſudorẽ. Aduenit aũt iudicatio die ſexto, & quanquã poſt id tempus ipſe Sextus, vt Galeni pręedictionẽ redargueret, & febris non rediret, exquiſita victus ratione vteretur, die tertiodecimo tamen iterũ febrire cępit: cum rurſum vocatus Galenus, poſt tres dies eam febrim, quę ſatis magna iterũ eſſet futura, deſituram, atq; ſeptimodecimo die à primo decubitu iudicationem facturã, pręedixit. & rurſus die quintodecimo ſententiam ſuam rogatus, in eadem permanere ſe reſpondit, hoc etiam addens, ſeptimodecimo die adueniente ſudorẽ hora ſecunda noctis exrumpere incœpturũ. Quæ omnia ſic euenerunt.

Porrò cum reuerſus ex bello M. Aurelius crederet ſe aliquando febrire, nec minus medici, qui peregrinationis eius comites fuerant: adſcitus Galenus, iuſſusque arteriam contingere, dixit ſe febrim nullam percipere, ſed potius à cibo aſſumpto, & ęſtuante, eius ventriculum opprimi, id quod mox Imperator ipſe, ter ita rem ſe habere repetens, confirmauit: ſentire enim ſe cibo frigido grauari.

Ventriculum

Ventriculum igitur fouens nardino vnguento purpurea lana excepto, calido, bibensq; Sabinum vinum cum pipere, quemadmodum Galenus ſuaſerat, minimo negocio fuit reſtitutus: vnde Galenũ poſtea magnopere commendare non deſiſtebat eum medicum præſtantiſsimum eſſe, ac tum virum ingenuum, tum ſummum philoloſophum prędicans. Nec verò argumentũ vulgare Galeni doctrinæ, atq; morũ integritatis eſt, quod à Marco Imperatore omniũ, qui illum pręceſſerãt, iuſtiſsimo ſimul, & ſapientiſsimo, quiq; ob ſingularem ſapientiã ſuam eſt nomen Philoſophi indeptus, celebratus encomijs fuerit, aſcitusq; in ſuorum medicorũ cliẽtelam. His vnam adhuc hiſtoriã, ſanè memorabilem, adiiciemus. Quiotum morbi diem iuuenis quidam agebat: quo ipſo cũ medici venam incidere decreuiſſent, nec indicationes (à quibus detrahendum eſſe ſanguinẽ medici perſuadent) aduerſarentur: Galenus bene quidem eos in opinionem mitteodi ſanguinis veniſſe dixit: verùm naturam id quod ſe grauaret expellere feſtinantem (diligenter enim omnia cõſiderarat, quęcunq; ab Hippocrate tradita ſunt ſigna illorũ, quibus fluxurus eſt ſanguis) breui admodũ, etiamſi nihil ipſi egiſſent, idem vltrò facturam. Dum medici hæc admirantur: æger è lecto ſe ſuſtulit, tanquam proſiliturus, interrogatusq; cur exilire voluiſſet, rubri coloris ſerpentem per laquearia repere à ſe viſum reſpondit, ideoq; è lectulo ſe aufugere velle. Reliquis medicis nihil hoc ad futurum ſanguinis fluxum conferre, viſum eſt: verùm Galeno cum alia ſingula perpendenti, tum ruborem, qui prius in dextra naſi parte ad malam vſq; obſcurus fuerat, auctum valde intuenti, ſanguinis paulò pòſt è dextra nare fluxuri, manifeſtum id attulit indicium. Atq; ita contigit. Nimium aũt profluentem ab eo ſanguinem cũ alijs modis non poſſet, cucurbitula ad hypochondrium dextrum appoſita, cohibuit. Cum ex Alexandria in patriam rediret, diuertit in itinere in quoddam ruſticum prędium vbi fortè ęgrotabat dominus, ac penè ſuffocabatur vuę, ac glandium tumore: cum autẽ deeſſent alia remedia, ac iam matureſcerẽt nuces, conſiderata corticum natura acri, & aſtringente, ex illis corticibus expreſsit ſuccum, cui mel addidit: hoc remedio ſubito liberauit ęgrotum: eodemq; poſtea ſemper ſe fœliciſsimè vſum narrat. Sed complures huiuſmodi hiſtorias, qui voluerit, ex ipſis Galeni libris petet: aut Symphoriani Campegij Campos hiſtoricos Galeni adibit; in quibus ille ex Galeni ſcriptis, omnes hiſtorias, id eſt, viſa, aut facta ab ipſo memoratu digna collegit. Infinitũ enim fuerit in præſentia ſingula perſequi, quibus Galenus, non impoſturis, aut ſophiſmatibus, vt alij, ſed iuſtis operibus artis inter principes Romę innotuit primùm, & apud ipſos deinde aliquot Imperatores quoq; ſingulari in pretio fuit: adeò vt theriacę, cuius magnum apud eos ſtudium fuit, & quod non niſi ſummis aulæ medicis committere conſueuerant, pręparandæ curam ſoli Galeno mandarent: ac primum quidem Antoninus, cui hãc antidotum Demetrius primarius medicus conficere ſolitus fuerat, cognito Galenum Demetrio antidotum paranti ſemper aſtitiſſe, poſt huius mortem, à Galeno eam componi voluit. Cum autem ſingulo quoq; die ſumere eam ſoleret Antoninus, virtutes eius, vitiaque dignoſcebat exactiſsimè: quę itaq; tum à Galeno pręparata fuit antidotus, cęteris adeò pręſtare viſa eſt, vt deguſtata, medicinę concoctionem, quod in alijs fieri ſolet, expectare noluerit, ſed ſtatim ſit vſus, nondũ integrè duobus mẽſibus elapſis. Qui Antooioum ſubſecutus eſt Commodus, nec theriacę, nec aliorum curam habuit vllam: quo factum eſt, vt Imperator poſtea Seuerus, cum theriacam cõficere eodem modo, quo Antoninus, Galeno pręcepiſſet, ſimplicium materia, quę Traiani, & Antonini temporibus repoſita fuerat vti cogeretur: imbecilliorq; planè extitit antidotus, interceſſerant autem anni nondum triginta.

Theriaca præparatio.

Valetudo.

Nunc artis operibus huius viri relictis, ad reliquam vitam iotuendã orationẽ diuertamus. Quod itaque ad valetudioem ipſius attinet, ſanus per infantiam, & pueritiam ferè, patris beneficio perſeuerauit. Adoleſcens factus, ob fructuum temporariorum eſum, adueniente autumno ęgritudine laborauit acuta, ita vt venę ſectione opus habuerit. Ad priſtinum victum à patre reſtitutus, anno ętatis octauo decimo ſanus permanſit: ſequente, victu ſociorum vſus ęgrotauit iterum ſimiliter, ac rurſus ſanguis ei detractus eſt. Poſterioribus ſimiliter annis, vſque ad vigeſimum octauum, vel ſingulo, vel tertio quoq; anno, morbo aliquo laborauit: poſt vigeſimum octauum, ſanum ſemetipſum conſeruauit, poſtquàm videlicet ſalubrem methodum inueniſſet, eiusq; pręceptis deinceps ſemper pareret, nullum deinde morbũ, ne minimum quidem paſſus pręter febrem ephemeram, quam aliquando ob immodicos labores incurrit. Circa annum quidẽ vigeſimum octauũ, cum periclitaretur, oe ea pars, qua iecur ſepto tranſuerſo annexum eſt, abſceſſu corriperetur, ab eſu horęorum oſum penitus abſtinendum eſſe propoſuit, exceptis ficubus, vuisq; omnino maturis: quas tamen neq; intẽperanter iam, vt antea, ſed cũ moderatione ſumebat: ſimul aũt cum exerceretur, & cruditates omnino vitaret, ita ſanitatẽ diutiſsimè cõſeruauit. Periculũ verò illud, cuius nũc memini, de abſceſſu in hypochõdrio dextro, non aliud eſſe puto, quã cuius mentionẽ fecit ſub finem libri de ratione curandi per ſanguinis miſsionẽ: nempe q̃ in iuuentute duobus euidentibus ioſomniis monitus, arteriã, quæ inter pollicem, & indicem dextri brachij ſita ſit, ſecuerit, & donec ſanguis ſponte ſiſteretur (nam hoc quoq; inſomnium dictarat) expectarit, ſubſtitiſſe autem ſanguinem ſcribit, antequam integra libra effluxiſſet, & continuò diuturnum dolorem, in illo pręcipuè loco fixum, qua iecur cũ diaphragmate cõmittitur, ceſſaſſe: & ſimiliter ſacerdotem Dei (Æſculapij) in Pergamo, inſomnio monitum, ſecta in ſumma manu arteria diuturno lateris dolore liberatum fuiſſe. Hoc idem ẽt coniicio mortale illud apoſtema eſſe, à quo ſe per Aeſculapiũ olim liberatum dixit Antonino Cęſari, excuſans ſe à profe-

ctione

ſectione in Germaniam cum ipſo, quaſi tunc etiam idem Deus per inſomnium prohibuiſſet. In libris de valetudine tuenda: Ipſe(inquit) aliquando per hyemem deprehenſus in agro, tum ligna findere, tum hordeum tundere, exercendi corporis cauſa ſum coactus: quæ nimirum agreſtes quotidie pro opere faciebant. Quartanarium rigorem nunquam, alios duos non ſemel expertus eſt, nam iuuenis quater tertiana febri laborauit: & puer adhuc febri ardente tentatus eſt, adeò, vt iam ſuperueniente phrenitide floccos velleret, & feſtucas colligeret. In libris quidē de ſanitate tuenda, ſcribit ſe(iam ætate prouectiorem) ex laſsitudine nonnunquam febricitaſſe, nullum aliàs morbum multis iam annis expertum: quin etiā percuſſus(inquit)certis corporis partibus, vnde alij phlegmone, buboneque contractis febricitarunt, ipſe nunquam phlegmonē, bubonemve ſenſi, nec febre laboraui: nō aliunde certè, quàm ex ſeruandæ ſanitatis arte, tanta commoda conſecutus: cum alioqui, nec ſalubrem corporis ſtatum ab ortu ipſo ſim nactus, nec vitam planè liberam ſortitus, ſed in qua tum artis officijs ſeruierim: tum amicis, cognatis, & ciuibus compluribus inſeruierim: tum plurimam noctium partem nonnunquam ægrotantium ipſorum cauſa, ſemper autem dulcedinis ſtudiorum gratia, peruigilauerim. Inter alios quidem morbos, & ſymptomata, per iuuentutem vētriculus ei bile aſsiduè infeſtabatur: ad quem refrigerandū lactuca vtebatur: cū verò ad ætatem declinantem perueniſſet, eodem olere aduerſus vigilias veſpere veſcebat, iunior quidē crudo: ſenex verò cū ex dentibus malè haberet, elixo. Quin & vertiginem aliquando ſenſit, & ſtomachi faſtidia: & anno ætatis triceſimo quinto in palæſtra ſummi humeri luxationem expertus eſt: & aliquando ventris dolorem vehementiſsimum, vt videretur in ventre intimo terebra perforari, in eo potiſsimùm ſpatio, per quod à renibus ad veſicam vreteres extendūtur: & iniecto rutaceo oleo, excreuit grauiſsimo cum dolore humorem vitreū à Praxagora appellatum: atque hoc idem alijs quoque hominibus ſimiliter accidiſſe obſeruauit. In libro, qui ad Thraſybulum de arte ſanitatis tuendæ tractat, ſcribit ſe plerunq; multis athletis, qui præſtantiſsimi eſſe videbantur, quique multas in certaminibus coronas meriti erant, ſeipſum valentiorē eſſe expertum, quandoquidem illi(inquit)in omnibus itineribus faciendis in militaribus actionibus, magis præterea in ciuilibus, atque ruſticis negotijs, inutiles prorſus reperiebantur.

Mors.

Traditur autem ſenio confectum tandem requieuiſſe in patria, vt Brunfelſius, & Lacuna ſcribunt: annos natum ſeptuaginta, ſic enim author eſt Suidas: an omnino tamen in patria obierit, non puto cōſtare. Albertus de Eybe Margaritæ poeticæ ſuæ tractatu 1. capite x. tradit eum vixiſſe annis octoginta ſeptem, ſed ſine authore. Profectio eius Romam prima, circiter tempora fuiſſe apparet, quibus, Antoninus Pius dictus, qui Adriano in Imperio ſucceſſerat, è vita deceſsit: velut in libello ad eos, qui de typis ſcripſerunt, ſignificare videtur. vnde obitus eius, imperante etiam num Seuero, iuxta eam ſupputationem contigerit, vt quidam coniicit: ſed Ioan. Tzetzes Galenum ſub Caracalla adhuc vixiſſe prodit. Galenum (inquit Cęlius Rhodiginus) memorię proditum à nonnullis eſt, centum, & quadraginta annos vixiſſe, tantaque in cibo, & potu abſtinentia vſum, vt ad ſacietatem nūquam comederit, aut biberit, nec crudum quicquam vnquam guſtarit: vnde ſit factum, vt odorificum ſemper anhelitum ſpiraret: & citra vllam omnino affectionem, ſola defecerit ſenectute: hinc etiam adagio exorto, vt Galeni valetudinem dicamus, pro ea quę vltra humanum captum, nimis ſit proſpera, nimiſque inoffenſa. ſic ille antiquarum lectionum lib. 30. cap. 52. quę quàm ſint vera, ex iis, quæ antè dicta ſunt, facilè eſt coniicere. Hic iam vita eius explicata, ad mores eius, ac diſciplinam, ſtudiorumq; rationem intuendam vertenda breuiter oratio eſt.

Galeni valetudo potiꝰ de ea, quam ſex libris adamuſſim deſcripſit, quæque nūquam ī aliquo inuētā ē, dicitur, quàm de ipſomet Galeno.

Prudentia.

Et primùm quanta eius fuerit prudentia, vel ex eo apparet, ꝙ ab adoleſcentia, vt ipſe ſcribit, ſemper ſe aſſueſecit, pręcipitem, ac temerarium aſſenſum refugere: quamobrem, vt nulli ſectarum ſe addixit, ita rationes omniū audire, & cognoſcere voluit: & in his omnibus, ꝙ ſenſu, aut rōne cognoſcātur, niſi horum alterutro, vel vtroque impulſus, pro certo, & indubitato nihil habuit. Eodem conſilio ab omni ſuperſtitione, & præſtigiatura, quarum hęc ferè ſenſibus, illa rationi pugnat, ſemper alienus fuit. Mira verò eius ingenij ſagacitas, & animi ſolertia fuit, ex multis, diuerſiſq; circunſtantijs aliquid promptè colligendi: adeò vt ea, quę peritia, & ſagacitate pręſtabat, diuinatione quadam, aut ēt pręſtigiatura pręſtare videretur à multis ignorantibus, ſcilicet illud, *μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς*. Temperans verò adeò fuit, poſtquam certā tuendę ſanitatis rationem iam animaduertat, vt nunquam poſtea ob eam in victu neglectam ægrotarit. Et illum certè, qui nihil antiquius ſtudio veritatis, nihil dulcius artis ad hominum ſalutem inuētę promotione duxit, in quibuſuis rebus, propter quas homines plerinq; incontinentię, aut luxus, & intemperantiæ accuſantur, quam minimum deliquiſſe credibile eſt. Itaq; mores in vniuerſum graues habuit, & ab obſcęnitate, ridiculoq; prorſus alienos, eoſdemq; mites, ac minimè iracundos. Famulos ſanè nunquam propria manu verberauit (vt neque pater eius) ne commeritos quidem, ſed tum minis, tum paternis admonitionibus, peccata ſemper eorum correxit: iraſcentis impetum nihil differre ab inſania, & furore pręedicans. Quin & ęgros moribus ſemper placidiſsimis ita exhilarabat, vt vel ſolo ſermone videretur eos reſtituere. Contrà in diſputando adeò grauis, atque ſeuerus extitit, vt nunquam non ſuis antagoniſtis pudorem, ſibi gloriam maximam conciliarit. Fuit enim tam acris, & vehemens in refellendis, ſiue ſermone, ſiue ſcripto, aliorum tam medicorum, quàm philoſophorum erratis (vt aſperioribus etiam verbis, & cōuicijs non abſtineat, ſicuti contra Theſſalum, & Iulianum) tantumq; valuit dicendo, vt eorum, quos perſe-

Temperātia.

Fortitudo. cutus eſt, vniuerſa ſcripta perierint. Nunc de animi eius fortitudine, & magnitudine dicendũ: quæ quidẽ virtus in primis in mortis contemptu honeſtam ob cauſam ſpectatur: non in hoc tamen ſolũ, ſed ẽt aliorum, quæ vulgus ſimpliciter bona exiſtimat, vt gloriȩ, ac fortunæ, præ veris bonis contemptu. Fuit aũt imperterritus, atq; immotus ad ea oĩa, quȩ quotidie in vita accidũt, (qualem patrẽ quoque fuiſſe prædicat) & æquam in quibuſuis rebus, aut caſibus mentẽ ſeruare conſuetus. Quod aũt Roma, cum pleroſq; oẽs illic medicos æmulatione, & inuidia erga ipſum laborare animaduertiſſet, & quoſdam etiam vitȩ eius clanculum inſidiari, vrbe relicta in minorem aliquã ciuitatẽ, ceu tranquilliorem, & vbi oẽs inter ſe noti eſſent, ſimulationis verò, & inuidiæ minus, migrare ſtatuit, non puſillanimitate, vt quidam putant: ſed partim tranquillitatis ſtudio, partim vt improbis hominibus maleſaciendi occaſionem ſubtraheret, id fecit. Inter alias certè virtutes maximè animi tranquillitatem, vt ſibi compararet, à patre ſæpe admonitus eſt: & gloriã, honoremq; cõtemnere aſſuefactus, atq; vnã tantùm, eamq; nudã veritatem ſuſpicere: & ob nullã pecuniæ iacturã mœrore affici, quandiu, quȩ reliqua eſſent, ad curandũ corpus ſufficerent. Quæ quidẽ patris documenta ſe ſemper retinuiſſe, & ob nullam rerum, fortunæq; viciſsitudinẽ, animo perturbatum fuiſſe, ſcribit. Gloriã, & popularem aurã ſic perpetuò neglexit, vt nulli librorum ſuorũ ſuum nomen præſcripſerit, & amicos etiam ne id facerent, rogarit, vtpote *μόνης τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπιστήμης ἐπιθυμῶν, καὶ οὐδὲν εἶναι νομίσας ὅτι θειότερον ἀνθρώποις, ὅτι κάλλιον κτῆμα*, vt ipſe de ſe ſcribit ſeptimo Therapeutices, & mox ſubiungit: *διὰ ταῦτ' οὐδ' ἐπέγραψά ποτε ἐμὸν ὄνομα τῶν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένων βιβλίων οὐδενί*. In libelli quidem De libris proprijs principio, non ſimpliciter nullis ſuorũ librorũ, ſed illis quos introducendis, ſiue in diſcipulorum, aut amicorũ rogantium gratiam ad priuatum ipſorum captum, vſumq; cõſcripſiſſet, non ad editionẽ, nomen ſuum ſe addidiſſe negat. conſtat aũt aliquos etiam, vt ederentur ab eo cõditos. itaq; ipſe ſibi contradicere videri poſſet: ſed aliter ſe habet. nam in libello ad Baſſum De libris propriis, cauſam reddens, cur aliqui ex libris ab eo conſcriptis, ab alijs, atq; alijs mutati, & corrupti, à non nullis etiam ſibiipſis ſint vendicati, ſubdit: huius rei cauſam eſſe, quoniã nomen ſuum ipſe non addiderit, &c. Ad quæ verba tamen non ſequitur, cæteris accuratius, & ad editionem conditis libris nomen ſuum ſe inſcripſiſſe: ſed potius neq; his, ne quid ambitioni, & gloriȩ daret: neq; illis, vtpote imperfectioribus. De gloria quidẽ populari, & laude apud multos, ita ſentiebat: nonnullis viuentibus eam aliquando commodum ceu inſtrumentum eſſe, mortuis autem nihil omnino prodeſſe: immo verò nec viuentium quibuſdã: quum eis, qui plurimũ philoſophiȩ indulgerent, non paruo impedimento eſſet apud vulgus fama, ipſos videlicet à rebus pulcherrimis plus iuſto trãſuerſos auferẽs.

At, ſi gloriam contempſit, dicet aliquis, quid eſt, quòd non rarò ſua ipſe inuenta tantopere prȩdicet ſuas, tum medicationes, tum prædictiones tam prolixè commemoret, ſeq; extollat, vt cum aliàs perſȩpe, tum in vulnerum, præſertim neruorum curatione?

Huic nos reſpondebimus, non facere hoc Galenum, niſi vbi verè, & meritò facere poteſt: & non tam ſeipſum, quàm res pulcherrimas à ſe inuentas, ac generi humano vtiliſsimas prȩdicare. Qui verò gloriam, ceu bonum aliquod ſpectant, verè ambitioſi, & iactatores homines, ij gloriam ipſam veritati plerunq; anteponunt: & ſi, quid fortè veri, boniq; inuenerint, ſeſe tamen potius, quàm res ipſas extolli cupiunt. Prȩterea cum gloria alia popularis ſit, quȩ *τὸ φαινόμενον*, magis quàm *τὸ ὂν* affectat. alia verò contrà, quȩ non tam multis, quàm paucis, videlicet ingenuè bonis, & eruditis innoteſcere quȩrit: hanc poſteriorem, & virtuti coniunctam gloriam, Galenum non aſpernatum fuiſſe dicimus. Denique cum res quanquam prȩclarȩ, dum nouȩ ſunt, à paucis approbentur, aut in vſum vertantur, niſi maiori aliquo prȩconio commendentur, Galenum vtiliſsima vitȩ inuenta ſua, & artis excellentiam commendando, humani generis iuuandi animo id feciſſe exiſtimandum eſt. pleriq; autem vtpote obtuſiori, in veritate peruestiganda, mente, maiori aliqua impulſione, & commotione animi, vt; quȩ bona ſunt, credant, ac amplectantur, indigent.

Iuſtitia. Venio ad iuſtitiam: quam veluti maximam, & potiſsimam virtutum ad poſtremum diſtulimus locum. Huius verò cum ſiue partes, ſiue ſpecies ſint diuerſȩ, diuiniſsima eſt, quȩ pietas dicitur. *Pietas.* Extant autem Galeni ſiue pietatis, ſiue amoris prȩclara argumenta multa, in Deos immortales, in parentes, in patriam, in prȩceptores, & eos, à quibus diſciplinis, & artibus imbutus eſt, in amicos, in artem ipſam, & in genus denique humanum totum.

In Deum. Deũ ſanè, vt agnouit vnũ eſſe (ſummũ videlicet, & principẽ Deorũ: vt Aeſculapiũ medicinȩ authorẽ, quẽ Deũ alicubi appellat, minimè ꝓ ſummo, & vniuerſali Deo, ſed particulari quodã, & ſubdito, ac ſolius medicinȩ, ceu prȩſide genio habuerit, ſicuti ẽt Socrates) ita eundẽ optimũ, maximũq;, & cogitationũ ẽt noſtrarum conſcium exiſtimauit. Itaq; de fide ſua ipſe inquit in tertio de locis affectis: Deum igitur teſtẽ facio, me dicturum eſſe, quod poſt longã inquiſitionẽ in ipſo artis exercitio, & in diſputationibus cum doctiſsimis viris cõperi, & veriſsimũ eſſe ſtatuo. Quis verò talem animũ, tam & ueritatis amantẽ, & iuuandi generis humani cupidũ, non perpetua laude dignũ eſſe iudicet? Cȩterùm ut alibi non rarò, ita in primis in ſeptendecim illis libris, quos de uſu corporis humani inſcripſit, ueluti totidẽ hymnos, ut ipſe appellat, conditori cõpoſitos, opificis noſtri ſapientiã, prouidẽtiã, iuſtitiã, ac bonitatem, non ſolùm agnoſcit libenter, ſed & magna cum admiratione, & reuerentia nuſquã non prȩdicare, & extollere ſolet. Immò ſacrificiũ hoc Deo acceptiſsimũ eſſe cẽſet, nõ ſi ei hecatombas

catombas, victimaſque offerat quiſpiam cruentas, aut caſiam, & thura accendat: ſed ſi myſteria illius, operaq;, primum vnuſquiſque cognoſcat, expendatq́;, poſteà verò alijs communicet: in horum enim ignoratione ſummam impietatem conſiſtere profitetur: vt veram pietatem in opifice noſtro laudando, cuius ſapientia ſit infinita, potentia inuicta, benignitas perfecta. Sed Græca ipſius verba, ne quis addi, aut fingi à nobis quicquam ſuſpicetur, adnumerabo: ὃν ἱερὸν λόγον ἐγὼ τοῦ δημιουργήσαντος ἡμᾶς ὕμνον ἀληθινὸν συντίθημι, καὶ νομίζω τοῦτ᾽ εἶναι τὴν ὄντως εὐσέβειαν: οὐχὶ εἰ ταύρων ἑκατόμβας αὐτῷ παμπόλλας καταθύσαιμι, καὶ τ᾽ ἄλλα μυρία μύρα θυμιάσαιμι, καὶ κασίας: ἀλλ᾽ εἰ γνοίην μὲν αὐτὸς πρῶτος, ἔπειτα δὲ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμην, οἷος μέν ἐστι τὴν σοφίαν, οἷος δὲ τὴν δύναμιν, ὁποῖος δὲ τὴν χρηστότητα. τὸ μὲν γὰρ ἐθέλειν ἅπαντα τὸν ἐνδεχόμενον κόσμον, καὶ μηδενὶ φθονεῖν τῶν ἀγαθῶν, τῆς τελειοτάτης χρηστότητος ἐγὼ δεῖγμα τίθεμαι: καὶ ταύτῃ μὲν ὡς ἀγαθὸς ἡμῖν ὑμνείσθω. τὸ δ᾽ ὡς ἂν μάλιστα κοσμηθείη, πᾶν ἐξευρεῖν, ἄκρας σοφίας. τὸ δὲ καὶ δρᾶσαι πάνθ᾽ ὅσα προείλετο, δυνάμεως ἀηττήτου. Et alibi: Ἐγὼ μὲν οὐδ᾽ ἐπαινεῖν ἔτι κατὰ τὴν ἀξίαν τοῦ δημιουργήσαντος τὰ ζῷα τήν τε σοφίαν, καὶ τὴν δύναμιν ἱκανὸς εἶναι νομίζω. μείζονα γὰρ οὐκ ἐπαίνων μόνων; ἀλλὰ καὶ ὕμνων τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἐστίν. Atqui alibi veluti oblitus ſeipſum, non Deum, ſed naturam, hoc principium vocare videtur. non tñ re vera ſentit, hanc principem eſſe cauſam, ſicuti impiè fecit Plinius libro 2. ſub finem capitis ſeptimi concludens, naturam haud dubiè id eſſe, quod Deum vocamus. Sic autem de natura ſcribit. Εἰς ἣν ἀφορῶν εἴ τις ἀποβλέψειεν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, καὶ σκέψαιτο πότερον πλημμελῶς ἢ δικαίως, οὐχ ἴσα τοῖς μέρεσιν ἅπασι διένειμεν, ἀλλὰ τοῖς μὲν μείζω, τοῖς δὲ ἐλάττω, τὰς αὐτὰς Ἱπποκράτει, κἂν εἰ μὴ βούλοιτο πάντως φθέγξαιτο φωνὰς, ὡς ὑπαίδευτός τε καὶ δικαία, καὶ τεχνικὴ, καὶ προνοητικὴ τῶν ζώων ἡ φύσις ἐστὶν, εἰ γὰρ δὴ τὸ κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ σκοπεῖσθαί τε, καὶ ἀπονέμειν ἔργον δικαιοσύνης ἐστὶ, πῶς οὐ δικαιοτάτη πάντων ἡ φύσις. Quòd ſi natura, & iuſtiſsima eſt, & perita, & arte prędita, & prouida, quorum nihil ſine rõne eſt: iam rationalis quoq; videbitur, & planè Deus apparebit: ſicuti dolabræ, aut cuiuis inſtrumento fabri, ſi rationẽ, & artem aliquis attribuat, fabri ẽt nomen merebitur. Nimirum aũt Galenus alicubi, vt gentilium vulgus, naturam, veluti ſubſtantiã quandam per ſe; aut numen quoddam exiſtimauit: nam ſub finem libri 17. de vſu partiũ, mentẽ vnã per oĩa diffuſam, q̃ in cœleſtibus corporibus nobiliſsima, & ſumma ſit, ignobilior verò in terreſtribus, naturam facere videtur, eamq; rationis compotem, ſeu participem (quam aliqui veterum philoſophorum aĩam mundi appellarunt) & huius ſubſtãtiam in corporibus ſolidis, eſſe putat cum Hippocrate calorem innatũ, aut calidi, frigidi, humidi, & ſicci temperaturã: & Platonem quoq; ait naturam appellaſſe creationis noſtrę authorem, de ſubſtantia verò eius nihil auſum eſſe pronunciare. Et huic ſępius opificium, artificiumq; omne, quod in noſtris, & aĩalium corporibus eſt, adſcribit. Alibi verò (vt libro 11. cap. 14. De vſu partium) disertè duo principia, Deum, quem opificem κατ᾽ ἐξοχὴν nominare ſolet, & naturã diſtinguit: ita vt Deum, ex ijs, quæ ſecundùm naturam fieri poſſunt, vbi. ſ. materia adeſt, eaq; commoda, id quod melius eſt, ac ſimul materiam ad id aptam eligere, ac expetere, dicat: quę verò natura facere non poteſt, vt vbi materia deeſt, aut nõ eſt apta, ea ipſum ne aggredi quidem, medium quodammodò inter Epicuri, & Moſis ſententiam ſe eſſe profeſſus: qm̃ hic Deum ſimpliciter oĩa poſſe, & facere dixerit, ille verò prorſus ocioſum fecerit: tanquam Deus non quidem potentior, quàm natura ſit, ſed ſapientior ſolùm; cum interim non rarò naturam nihil prorſus ſine cauſa, aut temere facere ſcribat, ſed oĩa ſumma cum ſagacitate, ac prouidentia. Verùm de his copioſius dicendi locus non eſt. Nos qui meliorem, q̃ ratio noſtra per ſe conſequi potuiſſet, doctrinam hauſimus ab vnigenito Dei filio, qui oĩa parentis ſui ſacra myſteria nobis reuelauit, Deum non omniũ ſolùm ſecundùm naturam rerum, ſed ipſius quoque naturæ totius, ac materiæ omnis, creatorem dñm, & opificem eſſe, & veluti organum mouere naturam, informare verò materiã quamuis, qua ipſe voluerit, forma, & miracula edere poſſe (hoc eſt, ſupra, contraq; naturam, aliqua cum voluerit efficere) vt verè ſit omnipotens, & à natura, & artificibus reliquis differat, qui ſine idonea materia perficere nihil poſſunt, didicimus, atq; credimus: & vt in rebus naturalibus, atq; medicis ingenium, ac doctrinam Galeni ſuſcipimus, ita in ijs, quę ad Deum ſpectant, qm̃ Deum ex ipſa natura, & ratione humana (ſutor, quod aiunt, vltra crepidam) inueſtigari poſſe exiſtimauit, neutiq̃ approbamus. Non extendimus quidem omnipotentiam Dei ad mala, & falſa, vel quæ inter ſe pugnant, ita vt ſimul conſiſtere nequeant: quę quidem ideo non poteſt Deus, quia ne vult quidem, ne ſecum ipſe, qui ſummum eſt bonum, & ſumma veritas, pugnet. At quæcunque vult, & voluit, ea potuit, poteſtque, omnia: vt ſunt non ſolùm, quæ ſecundum naturam ſunt: nam hæc quoque omnia in ſuo genere bona ſunt, & in aliquem mortalium vſum diuinitatis bonitate conceſſa: ſed etiam ſupra, contrave naturam aliqua, quæ ſcilicet ijs, quæ ſecundum naturam ſint, meliora fuerint, vt noſtra etiam mens in nobis ad Dei imaginem condita, ſæpe, quæ contra naturam (corporis ſaltem) ſunt bona, naturalibus præfert. Vt verò naturalia, vt plurimum vult Deus, neque ſolitum, & inſtitutum à ſe naturæ curſum ſine magna cauſa abrumpit: ita veritati, & iuſtitię conſona perpetuò, & ſine vlla exceptione vult: & mala quidem vniuerſalia nunquam: particularia verò non rarò, modò ad bonum vniuerſale referantur. Naturæ aũt dñm idcirco oſtendere ſe voluit, vt cũ ſolis eclipſim fecit cõtra naturam, cũ pateretur vnigenitus eius, vt hoĩes inde naturam non eſſe Deũ, ſed aliquod ea prius, meliusq;, principiũ intelligant. Hac ratione à Chriſto noſtro, & mortui excitati ſunt, & à morbis deſperatis ægri reſtituti, & multa cõtra naturã facta miracula, vt, per hæc ipſa naturę

dominum

Nemeſius in lib. de natura humana com pluribus argumentis cõfutare Galenum conatus eſt, tanquàm is animam nil aliud quã corporis temperaturam eſſe cenſuerit.

dñm ſe nobis approbaret. Verùm hęc melius explicanda relinquimus illis, qui meliorẽ, q̃ rerum naturæ ſcientiam profitentur. Temerè certe, ac impiè Galenus libro ſecundo de differentijs pulſuũ Moſis, ac Chriſti ſcholas repudiat, ceu nulla ſtabilitas demonſtratione; quaſi verò miracula, quę plurima, & verè diuina in vtroq; teſtamento factitata legimus, atq; credimus, non oẽm demonſtrationem ſuperẽt. Hæc ſi perpendiſſet Gal. & æqua mente ſibi inſinuari à numine profecta paſſus fuiſſet: tum ea, quæ ſanctiſsimi viri de Deo, ac rebus diuinis dixerunt, ceu principia, minimeq; demonſtranda axiomata, eſſe accipienda, perſuaſus fuiſſet: aut ſaltem per hypotheſin admiſiſſet, donec ea, quæ ſequunẽ intellexiſſet melius, omnia tempe ad Dei ſolius honorem, ac gloriam, proximi verò vtilitatem, deniq; euentus multis deinceps ſeculis ita, vt multò antè prędicti fuerant, ſemper rñdiſſe animaduertiſſet, & unam hãc religionem, vt antiquiſsimam omnium, ita ſibi ſimilẽ ſemper, & perpetuam fuiſſe: nimiam certè illam de ſua intelligentia opinionem depoſuiſſet, neq; ceu lineares, & geometricas demõſtrationes has in religione noſtra deſideraſſet. Quod quidem, vt faceret, vel ipſa Chriſtianorum in omnibus aduerſis ad mortem vſque conſtantia, quæ ipſum minimè latuit, mouere debebat. Huius autem conſtantiæ libro tertio de pulſuum differentijs meminit, cum ſcribit: Citius aũt Moſis aſſeclæ, & Chriſti ſua deſerant dogmata, quàm qui ſectis addicti ſunt, tum medici, tum philoſophi. Conſiderare ẽt debuerat, creſcentem in medijs perſecutionibus Chriſtianorum religionem: decreſcẽtem verò, nulla vi ſenſibili reſiſtente ſuam, & ethnicorum, & deficiẽtia iam oracula, carmine præſertim.

Hęc de Galeni circa noſtram religionem ignorantia inuitus dixi: & quidem pluribus, q̃ vel propoſuerã, vel qui hactenus eius vitam nobis deſcripſerunt alij: qm̃ id fidei noſtræ profeſsio poſtulare videbatur. In hoc ſaltem non vulgaris, vt inter Gentiles, eius pietas apparet, ꝙ Deum, vt diximus, vnũ, rerum oĩum opificem, motorem, ac conſeruatorem, & naturæ principem agnoſcit, eiusq; magnitudinem, & prouidentiam, magna cum alacritate plurimis in locis prædicauit: & vt naturæ cauſam, opificem, ac gubernatorem inquirant hoĩes ſtudioſos ſeriò hortatur: modeſtia verò, ꝙ licet ab adoleſcentia opifex ille rerum, quis nam eſſet, à philoſophis addiſcere cupiuerit, de eius tñ ſubſtantia, vt ẽt aię, nunq̃ pronunciare auſus eſt. Habuiſſe quidem ipſum inſomnijs quoq; fidem, veluti diuinitus, aut ab Æſculapio ſuo miſsis, aliquot ex locis librorum eius apparet: vt primum cum medicinę operam dare cępit, parentis inſomnio: deinde, cum ſomnio monitus, arteriam ſecuit, &c. Ad pietatem quidem in Deum hoc ẽt referendum videtur, ꝙ neq; circa amuleta (quæ ne Chriſtiani quidẽ multi, ſed nomine magis, q̃ re, deuitant) nec alijs in rebus abſurdis, ſiue illicitis, ſiue ratione ſaltem carẽtibus, ſuperſtitioſis fuerit: vt palàm profiteẽ, & nos ſupra quoq;, vbi inter eius virtutes de prudentia mẽtio facta eſt, aliqua ex parte diximus. Sed nunc de eius in hoĩes pietate dicendum ſupereſt.

Pietas in parentem.

Parentem ſuum nuſquam nõ ſine magno honoris titulo appellare ſolet: & id in locis permultis, ac prolixè ſemper facit, vt appareat nunquã ſuauiorem ſibi vocem edere viſum fuiſſe, q̃ quæ parentis ſui laudes decantaret. Maximè verò in Cõm. de cognoſcendis, curandisq; animi affectibus, illum commẽdat vnicè: quod ſanè opus veluti encomaſtiaſticum paternarum virtutum eſt.

In patriam.

Patriã verò & ciues ſuos tãto amore proſequutus eſt, vt tanq̃ exemplo Vlyſsis quodam, præ horũ amore maximorũ Imperatorum fauores, ac ſtudia negligeret. Neque.n. cæterorũ more ſtulta ambitione illectus (quod ſæpenumero inſectari, & damnare in artis profeſſoribus ſolitus eſt) neglecto ſtudio veritatis, aſſentationibus, & reliquis impoſturis principũ fauores venari tẽtauit. Et quanq̃ maiori ex parte nemo ſit patrię acceptus (ſic.n. natura ferè comparatũ inter hoĩes eſt, vt peregrina quidẽ, & aduentitia ingenia admirenẽ: ſua verò, domeſticaq; ob familiarẽ vſum deſpiciant) Galenum tñ Pergamenſes ſui tã ſtudioſè redamabant, colebãt, & obſeruabant, vt ipſum, & ſeruatorẽ ſuum, & patrẽ patriæ, oẽs cõi ore vocarent, neq; id iniuria: ſiquidem non modò curabat ſedulè, vt ſuorum ciuium rectè valerent corpora: ſed quemadmodum legiſlator, atq; philoſophus ſummus, ẽt erat ſolicitus: vt eorum animi optimis documentis inſtituerẽtur. Quo circa varios commen. ſcripſit ad excolenda iuuentutis ingenia admodũ ſalutares.

In pauperes, & egenos.

Conciliauit aũt ſibi maximè plebis, & tenuioris fortunæ hoĩum animos, ꝙ medicamentis ſimplicibus, vulgaribusq;, & paratu facilibus plurimum vtens, & recta victus rõne ſine pharmacis, vbi id fieri poterat, curans, eorum, quos ſuſcipiebat, facultates minimè opprimeret: contrà q̃ faciunt plurimi noſtra ætate medici, qui in aggerandis plerunque pharmacis oſtentationi ſuæ indulgent, & ſi ægrotos ijs non lædunt, pharmacopolarum certè (à quibus ſæpe vel muneribus corrumpuntur, vel lucri partem habent communem aliqui) maiorem, quàm ægrotantium, rationem habent: aut ſi etiam iuuant, poterant tamen, & debebant, præſertim anguſtioris fortunæ ægros ſimplicius, minoreq; ſumptu iuuare, ſi qua in ipſos pietate mouerentur: quæ in Galeno certè erga pauperes maior fuit, quàm in pleriſque hodie Chriſtum ore, non opere, profitentibus medicis. Itaque ſeplaſiarijs, aromatarijs, & inſtitoribus eiuſmodi (qui, vt aliud nihil dicam, ſæpe viliſsimis calculis, aut vitro gemmas, & pretioſiſsima quæque nullius, aut minimi pretij adulterinis mentiuntur, ſiue ſponte, ſiue per imperitiam) relictis Galenus, vt melior fide, ac ſumptu minore medicamenta haberet compoſita, ſuis manibus plerunque confecta, officioſiſsimè ægris adminiſtrabat: in egenos interim non exiguam ſuarum facultatum portionem, erogans: artemque ipſam non auaritia ductus, aut quapiam cupiditate, ſed propter ſolam virtutem piè ſimul, & religioſè exercens. Quòd, ſi qui minus locupletes ſunt, quàm Galenus fuerit, medici, nec eis redundat fortè, quod ęgenis largiantur, tanto maiore ſtudio illi hoc agere debebant, ne ſuis etiam facultatibus

cultatibus eos defraudarent: ſed victus in primis ratione, & medicamentis minimi ſumptus, illis conſulere. Iam quod ſæpius die noctuque ad eundem quandoq; ęgrum, vt ipſe de ſeſe ſcribit. Galenus acceſsit, diligentiæ ſimul eius (qua ſubinde magis magisq; in arte profecit, & hominũ erga ſe amandum animos conuertit) ſimul, & pietatis in ægrotos argumentum eſt. Quin, & pernoctare interdum apud ægrotos ſolebat, cum miniſtrorum diligentia ei ſuſpecta erat: & domum ſuam aliquando curandos deducebat. Eadem pietate nihil vnquam (ex validioribus præſertim auxilijs) ægrotis exhibuit, cuius vis, & vſus per experientiam ei non conſtaret, vt ipſe ſcribit in primum Epidemiorum Hippocratis Commentario ſecundo, numero 50. & hoc in primis ſtuduit, vt ſi non multum iuuaret ęgrotum ſuis conſilijs, ſaltem non læderet. plerorũq; autem experientiam ipſe in ſeſe fecit, non ſolùm guſtando oĩa, & ex odore, ſaporeq; iudicando, ſed etiã cuti ſuę imponendo: ſic de aceti potentia, vt accuratè experiretur, in ſeipſo periculum fecit: & oxyrhodino ſępe perſuſus eſt, vt eius vim certiùs teneret. Et ab initio cum iuuenis adhuc multa egregia, & laudata à præceptoribus, alijsq; pharmaca nactus eſſet, vt citius, certiusq; de omnibus ei conſtaret, nulla inuidia, ſummo candore, amicis medicis, vt experirẽtur communicauit. Libro etiam quinto de morbis curandis: Horum (inquit) quæ retuli, vel modò, vel antè, ſiue ea inueni ipſe, ſiue iuxta Hippocratis viam vſurpaui, nihil ſanè non examinatum, ac iudicio comprobatũ eſt: ſed per experientiam omnia iudicata, in quibus erroris pericula ipſi pertulimus. Eandem verò diligentiam, & fidem in ſcribẽdo quoq; obſeruauit, vt paulò poſt dicetur.

In amicos.

Ceterũ eodem, quo in ciues ſuos ſtudio, & obſeruatione eum fuiſſe diximus, fuit etiam in amicos, quorum gratia, tum in obeundis curationibus, tum in conſcribendis libris tot labores, ac vigilias, nec ſine periculo vitæ non nunquam, ſuſtinuit: neq; enim ob aliam cauſam vllam, non honoris, non ambitionis, qui gloriæ adeò fuit negligens, vt libris proprijs nomen ſuum inſcribere non ſuſtineret.

In præceptores.

In præceptores aũt ea fuit obſeruatione, ita reuerenter habuit, vt nuſquam non magna religione illorũ mentionẽ faciat, idq; frequenter, & non ſine magno affectu: ſic libros quoq; eorũ deſiderat non nunquam, tametſi nõ par tantum illis omnibus eſſet, ſed, & longo interuallo in arte ſuperaret. Hippocratẽ verò peculiariter ita admiratus eſt, vbi per obſeruatiouẽ, experientiamq; eorum, quæ tradidiſſet fidẽ eius viri cognouit, vt religioſiſsimè ſemper coleret: omniaq; eius inuenta ingenuè agnoſceret, & raròo, & nõ niſi veritate coactus, & honorificè ſemꝑ ab eo diſſentiret. Hunc paſsim prudentiſsimũ, & ſapiẽtiſsimũ ſenẽ, ſummũq; medicinæ parentẽ, autoremq;, & largitorem bonorũ omniũ inſtitutorũ, prædicat. Viſusq; eſt artem totam in illum autorem referre, q̃uis non minus ipſi Hippocrates, quã ipſe illi debeat. Sunt hæc oĩa igenui candoris, & magnæ pietatis indicia. Poterat enim, vti priores medicorũ illuſtres fecerant, nouam ſectam inſtituere, & ſe hæreſeos alicuius, proprij nominis authoramento, principẽ facere, in qua ſolus ſcilicet imperaret: ad ꝙ efficiendũ, ſi voluiſſet, nihil eorum ſanè, quibus ad id erat opus, ei deerat. Verũ hoc facere noluit, quę ſumma eius modeſtia eſt. Sed, quemadmodũ Traianus olim oẽs Italiæ vias inacceſſas, pręruptasq;, aut ruptibus inuias, refecit, inſtaurauitq;, quò faciliùs peruadi poſſent: ſic ille fatetur ſe, non quidẽ artem condere, (quam tamẽ laudẽ iure ſibi vendicare potuiſſet) ſed iam ab Hippocrate inuentã, incultam tñ, & aſperam, explanare, vt ab oĩbus intelligi, ac percipi queat. Sed, vt pręſentẽ de Galeni moribus ſermonẽ claudamus, virũ illum fuiſſe dicamus, prudentem, ingenioſum, ſolertẽ, frugalẽ, temperantẽ, magnanimũ, liberalem, humanũ, iuſtum, innocẽtẽ, integrũ, veracẽ, vndiq; bonum: & non ſolùm patrię, & amicis, ſed toti humano generi iuuando natum.

Doctrina Galeni.

Nunc de doctrina eius verba faciemus, nõ quidẽ primę inſtitutionis, de qua ſatis dictum eſt ſupra: ſed eius iam adulti, & iam tum verbis, ſcriptisq;, tum opere ipſo ſuã declarantis in philoſophię ſimul, ac medicinæ cognitione præſtantiam. Ad hanc verò tantum eum perueniſſe minus mirum, eſt tum propter aliquas iam expoſitas cauſas, tum quoniam per omnem vitam veritatis ſtudio, demonſtrandique ſcientiæ vnicè deditus fuit: alia verò negotia, quibus diuitias, voluptatem, aut gloriam plerique venantur, prorſus neglexit. Itaque in libro de ſubfiguratione empirica, negat ſibi occupatiſsimo in muneribus artis, tantum ocij ſupereſſe, vt nugis ſuperuacuis, fabuliſque differendis, bonas horas amittat. Animaduertit enim non in alia diſtractum eſſe negotia opertere illum, qui medicam artem exercere ſtatuerit, rem adeò per ſe immenſam, & amplam, vt præclare agni nobiſcum exiſtimare debeamus, ſi vel in primo ſenectutis limine hãc ipſam, quod ſatis ſit, fuerimus aſſequuti, nedum liceat alijs, ac diuerſiſsimis diſtineri occupationibus. Quapropter fugere hæc omnia oportet, cumque his ebrietates, comeſſationesque nimias, illas turpiſsimas libidinum, ventriſque, & gulæ illecebras. Itaq; non ſolùm mala illa negotia vitauit, omnis virtutis impedimenta: ſed etiam omne in literarum, & rei medicæ amplificandæ ſtudijs aſsiduè collocauit: quo conſilio non eſt aliquando veritus, ne Cæſarem ſequi in Germaniam cogeretur, armorumque experiri ſtrepitum, religionis apud eum vti cuiuſdam excuſatione. Continuo certè ſcribendi, legendiq; labore valetudinis etiam interdum contraxit non nihil damni: nam & diaria aliquando correptus eſt febre ob vigilandi conſuetudinem: & ob hoc ipſum, quum iam cõſiſtere ætate cœpiſſet, ſomnum amiſerat. Hac tam aſsidua, & indefeſſa diligẽtia ſua, plurima ſanè cõſecutus eſt: quæ arti adiecit. Scribit alicubi, ſe pulſum cuidã tetigiſſe ſex menſiũ ſpatio: & cũ per multos incertus fuiſſet de arterię cõtractione, & alijs quibuſdã, improba in perquirendo conſtantia tandẽ reperiſſe. Sic etiã ab adoleſcentia dies decretorios obſeruare incœpit. Hoc ſtudio omnem ferè ſimplicium medicamentorũ, de quibus veteres aliquid ſcripſerant,

Aßiduitas.

† 4. de loc. affect. cap. ult. id in Antipatro medico ſe factitaſſe ſcribit.

materiam

materiam videre, & cognoſcere voluit: eamque ob cauſam de ſimplicibus medicamentis conditos à ſe libros annis preſsit vndecim, donec incóperta quædam ſibi adhuc exploraret. Et: vt tum noua quædam videret, & exquiſitiſsima in vno quoq; genere ſibi compararet, ſicut iam ſuprà diximus, nauigauit in Cyprum, Lemnũ, Cretam, & Palæſtinam Syriæ, vt pluribus indicauit ſuprà in peregrinationum eius mentione. ad quæ verò loca proficiſci ipſe non potuit, inde ſibi adſerri curauit. Itaque in opere de componendis medicamentis ſecundum genera: Adhortor (inquit) amicos omnes, ſi artis opera pulchrè obire voluerint, vt me imitentur; qui ex omni natione quotannis præſtantiſsima medicamenta, vt mihi adſerantur, curo: eò quod perditi illi omnigenarum rerum coemptores, illa in dies adulterijs contaminant.

Verùm in ſimplicibus medicamentis in vniuerſum quidem apprimè eruditus fuit Galenus; in ſingulis autẽ non adeò exercitatus, vt mea coniectura fert: quoniam nullum ferè medicamentum ne nominat quidem, quod à Dioſcoride, & alijs ante ipſum non fuerit nominatum: & in viribus deſcribẽdis aliud nihil ferè docet, quã, quod ante ipſum Dioſcorides docuerat: niſi quod particulatim ab illo dicta, ad vniuerſalia quædam redigit, & graduum differentias aſsignat, in quo certè plurimum iudicij, diligentiæq; adhibuit, in ijs præſentim, quæ guſtare, & iudicare accuratius voluit, & auſus eſt quædã enim vehementiora guſtare non ſuſtinuit, vt thapſiam aliaq; erodentia, ſicuti ipſe ſcribit: &, vt cõijciunt noſtri temporis quidam non indoctè, vniuerſales, primaſque facultates, ex poſterioribus, & effectibus aliquando collegit id, quod non ſemper ſuccedit: quædam enim tota ſubſtantia agunt, aut viribus quibuſdam occultis: aliqua per accidens: & idem aliquando à diuerſis cauſis produci videtur.

Linguarũ diuerſarum cognitio.

Hac eadem diligentiæ ſuæ improbitate, linguas ſeu dialectos Græcas ferè omnes perdidicit: & exquiſitius quidem Atticam, ac Ionicam: minus verò, Doricam, & Aeolicam: in his enim duabus plura ſe ignorare, quam ſcire fatetur, in Attica verò contra. De Ionicis quidem nominibus, libro ſecundo de differentijs pulſuum alicubi, ſe ſcripturum promittit: quod an plenè præſtiterit, neſcio: pręſtitit autẽ ex parte, interpretatus gloſſas, id eſt obſoleta vocabula Hippocratis Ionici ſcriptoris. Quãquam verò, tum puritate linguæ Grecę plurimum excelleret, nunquam, vel barbariſmum, vel ſolœciſmum. vel parum bene, ac propriè dictum cuiquam obiecit: ſed omnibus loqui, vt volebant per ipſum licuit: tantò rerum, quã verborum ſtudioſior erat. Latini ſermonis peritus an fuerit, ambigitur. Ioannes Guinterius vir ſummæ eruditionis, in oratione de veteris medicinæ interitu, Latini ſermonis Galenum (inquit) non imperitum fuiſſe declarant cõpoſitionis medicamentorũ ab eo translatæ è Largo, Antonio Muſa, alijsque Romanis ſcriptoribus. Sed potuit compoſitiones illas ab alijs translatas accipere, & aliorum opera vti. Libri quidem primi de differentijs pulſuum ad finem ſecundi capitis, cùm tardi, & velocis, rariq;, ac denſi ſignificationes deſtinxiſſet, & hęc propriè de interuallis, illa de motibus dici docuiſſet, ſubdit: Quod, ſi quis aliter hæc accipere velit, neq; Græcos, neq; Latinos ſequi dignatus, illi permittendum eſt, vt Cadmeam victoriam vincat. Sed hic quoq; idem reſpõderi, & retorqueri poteſt, quod ſupra, aliorũ amicorũ, vel familiarium opera fortè Galenum illa didiciſſe cũ hæc ſcriberet, & commentaretur: aut ſi prius ipſe intelligebat, non tamen pauca vocabula Latina intelligentem, Latini ſermonis peritum dicemus. Certum eſt eum ſemper animum ad patriã adieceſſe, & nunquam in Italia manere propoſuiſſe: iamq; grandiorẽ natu Romam veniſſe, & lucubrandi, medendiq; negocijs ſemper occupatiſsimũ fuiſſe: vt neq; conſultò, neq; obiter, vt iuniores ſolent, linguã latinam cum didiciſſe probabile ſit, præſertim cum nulli ferè neq; medicinales, neq; philoſophici libri Latinè conditi extarent, quorum gratia operę pretium hanc linguam ſibi addiſcendam exiſtimare potuerit: &, ſi quę extabant, ex Gręcis pleraq; deriuata erant: aut in eodem argumento, non minus egregij libri Græci legebantur. Interim illum parum aliquid Latinè intellexiſſe non dubito, propter diutinam in vrbe morã. Si tamen linguam illam probè intellexiſſet, pręedicaſſet id proculdubio de ſe alicubi in ſcriptis ſuis, ſicut Atticæ, & Ionicæ linguarũ plenam cognitionẽ, Aeolicæ verò, & Doricæ minùs quam mediocrẽ, de ſeſe prædicat. Cũ Antonino quidẽ Imperatore, & alijs Romæ proceribus, quorum valetudini, curãdæ, in primis operam nauabat, Græcè colloqui potuit: vt nihil opus ei fuerit propter illos Latinè loqui diſcere: nam propter plebem, vt publicè plebeijs hominibus mederi. poſſet, Latinæ linguæ vacare eũ voluiſſe, non eſt veriſimile, nec rationi conſentaneum, cum & fortunæ beneficijs, alijſq; cõmoditatibus, & diuitijs abundaret, & à nimis populari vſu medendi, propter perpetuas lucubrationes ſuas, & aſsidua ſtudia, alienus eſſet. Mecũ ſentit, & facit in epiſtolis ſuis doctiſsimus Manardus, his verbis: Galenus Latinam linguam non æquè, vt Celſus aut nequaquã norat.

Doctrinæ pręſtantia.

Sed his iã reliqua de eius doctrinæ præſtantia addamus. Neq; verò ſcribendo ſolùm (ita, vt nec in oratione puritas, & elegãtia, nec in ſententijs, & tractatione, vel oratoria, vel dialectica virtus deſiderentur) ſed etiã dicendo, diſſerendoq;, adeò ſemper valuit, vt propoſitis in æde Pacis de more quæſtionibus improuiſis. publicè ſæpiſsimè ad omnia reſponderit: idque iuuenis, quum Romæ degeret. Annũ agens nonumdecimũ, vt ſuprà diximus, Athenæi ſectatorẽ conuicit: & poſtea aliquãdo Stoicos, & Peripateticos de ſede animæ diſputando ſuperauit: & ſæpenumero apud eruditos viros, extẽporales ſermones habuit. Annũ agẽs triceſimũ publicè docuit. Sophiſticã ſemper odio habuit: nihilq; tam ſluduit, quàm demonſtrandi primũ ſcientiã tenere, deinde ſummo ſtudio eam exercere: quod ei facilius fuit, quàm in mathematicis, & ſcientiã facientibus diſciplinis verſatus erat. Quinimo veluti furo-

re quodam

re quodam percitus, & diuino inſpiratus afflatu, ad veritatis ſtudia perſequenda, & vulgi famam fortiter contemnendam, vt ipſe profitetur Methodi ſeptimo, ferebatur.

Hippocratis doctrina ab eo exculta.

Porrò quantopere Hippocratis doctrinã, omnis ſolidioris medendi artis fundamẽtum, & vniuerſam veterem medicinam, excoluerit, ac illuſtrarit multifariam, ordine, methodo, pręceptisque: & argumentis cõfirmarit diſertiſsimè, oratione verò diſerta, ac eleganti expoſuerit vberrimè, & remediorum ſimplicium, compoſitorumq; deſcriptionibus locupletarit copioſiſsimè, tanquam medicorum, qui ſunt, quiq; fuerunt omnium διαλεκτικώτατος, ἢ φιλοσοφώτατος μᾶλλον ἅμα τε ῥητορικώτατος, καὶ λόγῳ καὶ ἐμπειρίᾳ ἐπιστάτατος, res ipſa, & omnium eruditorum cõſenſus loquitur clariùs, quàm, vt multis ad id explicãdum ſit opus verbis, niſi quis in ipſam meridiem lumen inferri poſtulet. Pauca tamen, vt in ipſius laudibus, & encomio animos paſcamus, tantiq; beneficij grata cõmemoratione nos oblectemus, & ad eius exempli imitationem optimum, ac ingenioſiſsimum quemq; inuitemus, dicenda fuerint. Cum igitur olim principes tantùm viri philoſopharentur, Hippocratis præſertim ſeculo, & ante id, ipſe etiã Hippocrates è magna gente, vtpote Heraclide filius, ab Hercule, Æſculapioq; genus ducens, genere, & opibus præclarus, ad philoſophiam, ac medicinã acceſsit. Et quanquam gentiles eius Aſclepiadæ artem intra ſuam familiam detinerent, nec exteris cõmunicarent: ipſe literis, non ſolùm particulares hiſtorias, & remedia ſingula, ſed artis etiam methodum, pręcepta, & pręcipua capita mandare cœpit, ingenuo nimirum candore, & magna liberalitate, quaſi hoc ipſum ageret, vt nõ Aſclepiadæ ſolùm, qui degenerare poterant, & genus eorũ ceſſare, ſed optimus quiſq; ad artis communicationem omnibus neceſſarię, ideoq; in mediũ proponendę admitteretur. Sed, vt nihil inchoari ſimul, & perfici à mortalibus põt, ita & medica ars ab Hippocrate (qui natus eſt anno primo nonageſimę olympiadis) inchoata, & ſcriptis tradita primùm, rudior adhuc, & in multis incertior, ac incõſtans, & multis poſtea ſeculis veluti vaga, varijsq; diſtracta ingenijs, à Galeno demũ tanto tempore pòſt, veluti altero Hippocrate, quem in illo ἀναβιῶναι, dixeris, expolita, & confirmata, perfectaq; propemodũ tota eſt. Nam cum ſimiliter, vt Hippocrates in philoſophia pręclarè verſatus, & ingenio liberali prędıtus eſſet, rebusq; ad hoc efficiendũ, quantum quidem in vnũ hominẽ cadere poteſt, omnibus inſtructus, opus tam eximiũ, & conari voluit, & perficere (Deo iuuante) potuit. Videntur aũt primi illi circa Hippocratẽ medici, & ipſe in primis, in ſingularũ tantummodo rerũ inquiſitione, quę demonſtratione peragebatur, verſati. Qua ratione etſi per multa problemata ſubtiliter inuenirentur, ac diſſoluerentur, nõ tamen per illã conſtabat modus vllus totam diſciplinam conſtituendi ex ſuis partibus in proprium ordinẽ digeſtis: ſed ſparſim, & abſque arte plerunque tradebantur, ꝙ pręcepta artium tradendarum nõ dum haberentur: adeoq; ne demonſtrationum quidem regulæ pręſcribebantur: ſed vtebantur quidem demonſtratione illi ad inquiſitionem rerum, artem verò demonſtrandi, quę pręceptis conſtaret, nullam tradebãt: vt eodem tempore in philoſophia etiam à Platone factum videmus, apparet enim ex eius libris, demonſtratiuæ artis precepta eum non ſatis calluiſſe, aut certè non abſoluiſſe (& ea interdum pro indubitatis principijs poſuiſſe, quę è ſacris literis, aut maiorum authoritate petuntur: quę ſi è ſacris ſumenda ſunt ad demonſtrationes, eadem opera quęſtio ex eiſdem ſumi poterat, vt demõſtrari eam nihil neceſſe ſit) & ſcientiarum limites non obſeruaſſe, vt, qui multa è diuerſis ſcientijs, in eundem librũ cõgeſſerit. Sed philoſophiam ſtatim ſecutus Platonem Ariſtoteles perfecit, pręcepta demonſtrationũ reliquit, ſcientiarum limites circunſcripſit: & ne quid ad perfectionem totius artificij in docendo deeſſet, quo diſciplinarum quęſtiones per inquiſitionem ἀποδεικτικὴν inuentę, ac diſſolutę, aptè connecterentur, poſtremò ipſarum ordinem pulchrè digeſsit, quatenus iubet ab vniuerſalibus incipientes ad ſingularia deſcendere, idque cum alibi diſertè, tum clariſsimè libro primo de generatione animalium oſtendit. Sic in Phyſiologia affectiones τὰς καθόλου, quęque rebus naturalibus vniuerſis conueniunt, primo loco expoſuit: deinde ea, quę ſunt minùs communia, & in pluribus rebus naturę, non tamen omnibus cõſpiciuntur: vltimo loco, quę ſingulis ſpeciebus peculiariter inſunt. Iuxtaque hunc modum totam Phyſiologiam in totidem libros diuiſit, quot ſunt affectionum differentię. Cum igitur vniuerſa methodus diſciplinarum, aut conſiſtat in ſingularium quęſtionum inquiſitione, quę demonſtratione fit: aut in poſitione, atque ordine partium totius diſciplinę, vbi demonſtratione fuerint inuentę: illam totam abſoluit Ariſtoteles, acceptis quibuſdam ſeminarijs à maioribus, hanc autem primus ipſe commonſtrauit: & inſuper obſcurè ab illis, aut etiam ęnigmaticè dicta, tanquam vel oſtentatione, vel inuidia quapiam, ipſe clarè, & dilucidè expoſuit. hoc ipſo autem, καὶ δὴ τὴν ἀκρίβειαν τὴν τοῖς ἀποδείξεσι προσέθηκε, Simplicius cum antiquioribus philoſophis pręfert: Platoni verò, καθόσον διὰ τῆς ἐπιστήμης τίθησι τὰς τῶν ἀποδείξεων ἀνάγκας, καὶ τὰς ἀρχὰς αὐτὸς ἀπό τε τῆς αἰσθήσεως, καὶ ἀπὸ τῶν προχείρων δοξῶν συνάγει λαμβάνειν. Cęterum eadem ferè Galenus in re medica, pręſtitit, effecitque primus, quę in philoſophica Ariſtoteles. Nam pleriſque pulchrè inuentis ab Hippocrate, ſed remiſsiùs, atq; debiliùs traditis, rationes validiores adiecit, & multas rerum cauſas aſsignauit, ab illo pręteritas, aut nondum forſitan cognitas, aut exiliter ſanè, atq; obſcurè traditas. Deniq; non modò demonſtrationes quęſtionum ſingularum perfecit: ſed ordinẽ quoq; methodi addidit, ita, vt triplicis methodi, neq; enim plures laudatę inueniuntur, vſum & tractationem in arte medica copioſè oſtenderit. In pleriſq; enim ſuis libris Analyticã ſequitur metho-

Potius reſolutiuam.

dum, in libro autem de conſtitutione artis, Compoſitiuam, vt Definitiuam in arte parua: de quibus omnibus, & quomodo à Galeno ſunt obſeruatæ, aut animaduerſæ, qui plura noſſe deſiderat, doctiſſimam Gemuſæi præfationẽ in Græca Galeni opera Baſileæ olim excuſa adeat. Interea verò, dum tantopere laudamus Galenum, Hippocratis medicinæ parentis laudibus, ac dignitati nihil detrahimus. Principij enim vbique vis maxima eſt, etiamſi re ipſa perexiguum ſit. Et religio quædam, ac reuerentia, rerum bonarum omnium cauſis, ac principijs debetur. Itaque, & veteribus, qui nobis occaſiones, ac rudimenta aliqua tradiderunt, & poſterioribus, qui abſoluere niſi ab illis aliquid accepiſſent, nunquam potuiſſent, plurimum nos debere, gratis animis fateri, & agnoſcere par eſt. Tantum profectò Galenus lucis addidit arti poſt Hippocratem, vt, niſi medicinę is diu iam, multumq; laboranti medicinam adhibuiſſet, & tradita ab Hippocrate principia illuſtraſſet, iaceret fortè adhuc neglecta: nunc verò, quòd ars eſt exculta, quodque Hippocrates legitur, ac intelligitur, quód eum ex illo fructum capimus, quem ſentimus; hoc beneficium Galeni totum eſt. Cætera nunc, vt omittam, de arteriarum certè pulſibus nihil, cum pertractaſſet Hippocrates (ſiue hoc ad medicinam nihil pertinere ratus, ſiue id etiam rem ignorans omnem ſecerit) de harum differentijs, cauſis, & ex ipſis dignotione, prolixè confecto ipſe opere, hac quoque ex parte medicinam auxit, & locupletauit.

Porrò præter Hippocratẽ, & Galenũ Medicinæ principes, cæteri ferè oẽs, tũ Græci, tum Arabes, eorumq; ſectatores, nihil ad artis conſtitutionẽ contulerunt: & ex illorũ libris ferè, quicquid aut lectione, aut imitatione dignum habent, tanquã puriſsimis fontibus, exhauſerunt, doctiſsimo noſtri ſeculi viro Iac. Syluio teſte. Adeò, inquit, ingenioſa, & ſtudioſa, & dijs accepta fuit veneranda illa antiquitas. Pauca quædã tñ, non ignaua omnino poſteritas, rudis quidẽ, ſed exemplorũ fide plena, aut clariora reddidit, aut vſu, experientia'que frequenti certiora. Quæ vnuſquiſq; etiã mediocriter inſtitutus, his velut fundamentis adiungere potuit, hoc eſt Hippocratis, Galeniq; placitis. Quibus de medio ſublatis, medicina ſit velut chaos antiquum, & certè hominũ carnificina: & id oẽ, quod in ſtupidos ſuæ ætatis medicos iuſtiſsimè Plinius inclamat. Etſi verò, vt toties diximus, Hippocrati tanquã parenti, & conditori artis ſummũ honorem deferat Galenus, adeò tamen ſolius veritatis ſtudioſus ſine vlla diſsimulatione fuit, vt multis in locis ipſum, hoc eſt ſermonẽ eius, & ſcripta, arguat, veluti nõ exactum, improprium, obſcurũ, inconditũ, indiſtinctum, & modò imperfectum, modò cõtrà ſuperfluũ: eſt quando diligentiã in eo deſiderat, confuſam, & inordinatam traditionem reprehẽdit: nonnunquam ineptitudinis, obliuionis, immò etiã erroris, & mendacij accuſat. Commentario ſecũdo de victus ratione in morbis acutis, circa pharmaca pleuriticis danda, ab eo diſſentire videtur. In quibus tamen omnibus aliquo modo excuſari poteſt Hippocrates, aliqua enim ignoraſſe eũ, aut etiã erraſſe in aliquibus, mirum non eſt, cũ à nullis propemodum ante ſuũ ſeculum ſcriptis fuerit adiutus: ꝙ verò negligentiùs quædã ſcripſerit, hoc enim nomine, ſi ignorantiã, atq; errorẽ demas, cætera comprehendi poterunt, id factum, quoniam ſibi tantùm, non ad editionem quædam ſcriptis mandarit, dici poteſt: Deniq; corrupta quædã, & deprauata à librarijs, aut alijs quibuſdam eſſe: & ſpuria quędam ei attribui.

Hippocrates à Galeno notatus.

Solertia eius, & inuenta in arte.

Non verò diligens ſolum, & eruditus fuit Galenus, ſed ingenij quoq; ſolertia, & promptitudine minimè vulgari præditus, *ἀγχίνους καὶ εὑρετικός τις παῖς*. Itaq; multa ex ſeſe didicit, ſine pręceptore: ſeptimo quidẽ Methodi, omnia ſe per ſe ipſum inueſtigaſſe ſcribit. Hoc ingenio, & vniuerſales morborũ curationes, ſiue curandi indicationes excogitauit, & particulares quaſdã, vt de ſanandis oculorũ doloribus: itẽ neruis fauciatis, primus in hac curatione auſus modum priùs vſitatũ immutare. Hac ingenij ſagacitate ſæpe aliqua circa ægrotos obſeruauit, quæ ab alijs nõ animaduerſa admirationẽ ei cõciliarunt, tanquã ex arte diceret, aut diuinaret: quædã, quę tamen ſola induſtria, & diligenti animaduerſione, à quouis mediocriter ſolerte intelligi poterant, quale eſt, quod libro primo de ſanitate tuẽda circa animaduerſum pueri plorantis deſiderium de ſe ſcribit. Inuenta eius in arte fuerũt, neruorũ curatio: locorum affectorũ agnitio, quam primus in artem redegit: medendi ratio methodica, & ſanitatis tuendæ pręcepta: in ſectionibus itidem non pauca, circa neruos, & muſculos pręſertim, veluti thoracis muſculorum anatome, & inſtrumẽtorum reſpirationis: & partium quarundam vſus: dignotio pulſuum, & ex eis pręſagia: ac pleraq; alia conſimiliter, quæ non exiguę, & momẽtaneę tantùm, ſed iuſtę, & maximę totius artis partes ſunt: adeò, vt ante ea tempora manca adhuc, & non dum integra fuiſſe medicina rectè videatur. Quin, & rebus quibuſdam nomina primus impoſuit, vt ſolutioni continui: & inter ſuccos glutinoſo contrarium vocauit rhypticum, id eſt, abſterſorium. Curationum, quas feliciter peregit hiſtorias aliquot, iam ſuprà memoraui, vt hic repeti nihil attineat.

Curationes & præſagia.

Neruis quidem vulneratos omnes ſanitati ſe reſtituiſſe profitetur: iuniorem adhuc à nullo edoctum, deperditam memoriam curaſſe: deniq; in artis operibus conſenuiſſe: ſexcenties pręſagiuiſſe in ęgris, diaria'ne febri laborarẽt, an ea, quę tertio quarto'ue die aliquam acceſsionem eſſet habitura. Prima enim ſtatim viſitatione, omnia febrium genera (quotidianam, tertianam, quartanam, ſemitertianã, *καύσων*) mirè diſcernebat: ſicut & alios affectus plerunq; primo die: ſic & hecticam febrim incipientem vnà cum putrida agnouit: & aliquando ex ſolo colore locum in viſceribus affectum deprehẽdit. Denique ſemper ſummo ſtudio in curando ſimul, & pręſagiendo ſe exercuit: tantumq; profecit, vt aliqui eum vatem eſſe dicerent, tanquam diuinatrice arte, non medicinę ſcientia, futura pręduceret.

Chirurgia.

Non ſolũ verò interiorũ morborũ curationẽ, vt pleriq; hodie medici, ſed exteriorũ etiã, & omniũ,

quæ

quæ ad Chirurgiam pertinent, tractationem profeſſus eſt. itaque, vt neruorum, ita omne genus ſolutæ vnionis curandæ viam, ac rationem expleuit: & cum in Aſia maneret, aliquando chirurgiam exercuit: cum verò Romæ ageret: ciuitatis morem eſt ſecutus, permiſſa ijs, quos chirurgos vocant, maxima eiuſmodi operum parte. Quantum autem in chirurgia, & ea medicinæ parte, quæ manu adminiſtratur, valuerit, tum hiſtoriæ quædam, tum inuenta ab eo pharmaca, & emplaſtra teſtantur: quorum non nulla propter inſignem vtilitatem nuper etiam in vſum reuocari apud Italos cœperunt: ſicut, & alia quædam medicamenta compoſita ab ipſo inuenta, quæ intra corpus dantur.

In Aegypto primum, pòſt Romæ antiquitus medicina chirugica, & clinice vocata à diuerſis profeſſoribus, vt nunc fit, exercebatur: tempore autem Hippocratis vtranque ijdẽ profitebantur ſimul'que exercebant.

Quin, & Pharmacopœi interdũ officio fungebatur, vt cũ Imperatoribus, eorumq; amicis, & opulentis viris antidotos componebat: cumq; oleũ, & adipem recondebat, vt inueteratis vti poſſet. Mirum aũt, quo'nam fieri tandẽ pacto potuerit, vt vnus tot negotijs abunde ſufficere poſſet: idẽ quippe erratorũ caſtigator acerrimus, idẽ rerum multarũ inuentor acutiſsimus, idem diſceptator ſubtiliſsimus, grãmaticus idem, rhetor, dialecticus, mathematicus philoſophus, medicus: nec verbis tantùm medicus, ſed medendi idẽ vſu exercitatiſsimus, ingentique ægrotorũ frequentia à ſtudijs plerunque diſtractus: inter medicos eloquentiſsimus, inter eloquentes medicus acutiſsimus, inter vtroſq; diligẽtiſsimus, inter omnes deniq; maximus: & cũ ipſius ſeculo philoſophi, mediciq; nomen pleriq, non diſtinguerent (vnde & logiatri fortè, & iatroſophiſtæ nomina ſunt facta) ipſe quanquã medicus ſimul, & philoſophus eminentiſsimus fuit vel Antonino Imperatore, ac Philoſopho teſte, plurimum tamen alterũ ab altero differre, tum docendo ſcribendoq;, tum re ipſa oſtendit ita, vt facilè iam cuiuis appareret optimum medicum, eundẽ eſſe philoſophũ oportere, non autem contrà. Quanquam verò talis tantusq; fuit, propter immenſum tamen artis medicæ pelagus, quod (ſi vlla alia) lõgè lateq; patet, minimè mirum eſt, ſi non omnia, præſertim particularia (quæ infinita eſſe ſolent) ſit aſſecutus: ſi dubitare ſe alicubi fateatur, & iam ætate prouectus etiam non nulla addiſcat: ſi etiam alicubi erret, atque fallatur, in ijs nimirum, quæ non ad præcipuas, & vniuerſales curandi indicationes, vnde ars conſtituitur, pertinent, ſed alijs modis ad artem eruendam, aut perficiendam referuntur. De cauſa quidem opifice fœtus & animę ſubſtantia, quorum vtrunq; ſupra medicum eſt, dubitat: prima die febrem cõtinentem ſine putredine, fatetur ſe non planè percepiſſe, cuius generis eſſet: in leguminibus aliquando hæſitat, vt notauit Manardus. Et quanquam ex frequẽti anatomes ſpeculatione multa, quæ prius neutiquam ſibi viſa erant, aliquãdo animaduertit: multa tamen ipſum effugerunt, eam præſertim ob cauſam, q, vt doctiſsimus, & princeps in Anatomicis noſtra ætate Veſalius animaduertit, hominem nunquàm ſecuit: & ſimiarum ſectionis, quàm hominum ſtudioſior, vtrorumq; anatomen confudit: vnde crebri eius in hoc argumento lapſus deprehenduntur {Homines ipſum non diſſecuiſſe: quæ verò in humano corpore obſeruauit, ea, vel à ſimijs tranſtuliſſe, vel in abſceſsibus quibuſdam, aut chirurgicis operibus vidiſſe, ex libri de venarum, arteriarumq; diſſectione capite ſeptimo apparet} Libros quidem de vſu partium emendare aggreſſus, nõ plenè id præſtitit: nec pauca, in his pręcipuè libris, cenſore Veſalio, imaginatus eſt tantùm, in animalibus non viſa. Eidem in Ariſtotelem videtur iniquior, eiusque carpendi ſtudio, ſui ipſius oblitus interdum. Interea tamen idem Veſalius tantum tribuit Galeno, vt medicinæ parens, rarum naturæ miraculum, ſummus naturæ admirator, & omnium bonorum author ab eo appelletur. In prima fœtus è geninira formatione, cor aliquando putauit vnà cum iecore ſtatim ab initio gigni, poſteà verò re maturiùs perpenſa, omnino hepate poſteriùs formari ſtatuit. Porrò non ſolùm eruditus, ſagax, & diligens in morborum curationibus, ſed etiam fortunatus fuit, vt ipſe de ſeſe prædicat. Mihi quidem cum Satyrico fortuna rationem, & prudentiam ſequi videtur, non ſeparata aliqua vis, vel cauſa eſſe.

Pharmacopœia.

Galenus alicubi dubitat, diſcit, fallitur.

Anatome.

Fortunatus.

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia: ſed te
Nos facimus Fortuna deam, cœloq; locamus. De ijs, quæ ſecundum naturam, aut artem fiunt, idq;, vt plurimùm, loquor: nã, ſi prouidentiæ diuinæ, hominis alicuius vitã, & actiones beare placeat: etiam ſi multa præter rationem fiant, & humana prudentia ceſſet, impediri non poteſt.

Dogmata.

Dogmata, ſiue placita quædã peculiaria Galeni, quæ tum in philoſophia, tum in medicina approbarit, nõ eſt, q operoſius hic vnũ in locum conſcribam: in pręcedentibus enim ſparſim pleraq; expoſita ſunt: & hoc in primis, q ſectę nulli fuerit addictus. hoc enim à patre acceperat, ne ab vlla ſecta denominaretur, ſed longiſsimo tẽporis ſpatio, & ſectas pręcipuas addiſceret oẽs, & de illis iudicium ferret. Pyrrhonijs quidẽ maximè ſe oppoſuit, & Epicuręis. Et quanquam in arte medica, veriſsima Hippocratis dogmata ſequi ſoleret: ſeruos tamen appellabat, quicũq; ſe, vel Hippocraticos, vel Praxagoricos, vel ab alio quocunq; viro nominabant, eligenda autẽ ex ſingulis cenſebat, quę pręſtãtiſſima eſſent. De ſubſtãntia deorum, & animę nunquam pronunciare voluit. De triplici verò animę principatu pro Platone contra Ariſtotelem ſtetit. Nec tres animas, nec facultates animę tres, ſed tria principia dici debere, ei placuit. Inſomnijs non parum tribuit: eorumq; alia diuinitùs mitti, alia in natura ſuas hãbere cauſas cenſuit. Hepar venarum, ſanguinis, & nutricationis principiũ eſſe oſtendit, non cor aduerſus Ariſtotelem: & cerebrum neruorum, ſenſus, motusq;: teſtium quoq; naturam primus inuenit, totum alterare corpus: de generationis primordijs noſtrę contra Ariſtotelem defendit Hippocratem, & alia in humani corporis fabrica complura. Chryſippum philoſophum acutiſsimum ignorantię plerunq; reum peregit, cum alibi, tum in libris de placitis Hippocratis, & Platonis.

 Libros

Scripta ingenere: & primū cur ſcripſerit libros.

Libros autem conſcripſit, perpaucos quidē eo cōſilio, vt euulgarentur: ſed tres ob cauſas ferè: quarum prima eſt, vt amicis, & familiaribus, præcipuè longā profectionem ſuſcipientibus, gratificaretur, ſiue ſponte rogantibus illis, ſiue inuitus propemodum, exoratus: eiuſmodi ſunt omnes, quos introducendis compoſuit: & inter alios hi: Quòd animi mores corporis temperaturā ſequantur: De optima corporis noſtri conſtitutione: De bono corporis habitu: De diebus decretorijs. In Epidemiorum libros Commentarij: De medicamentorum facultatibus: Contra Iulianū: Aduerſus Lycum: De differentijs pulſuum: Methodi medendi libri priores ad Hieronem, & eo defuncto reliqui ad Eugenianum: Commentarius in Prorrheticum Hippocratis. Sic in Glauconis philoſophi, Boethi viri conſularis, & aliorum quorundam primariorū gratiam multa ſcripſit: multa etiam in communem amicorum, aut inferioris quoq; conditionis hominum vſum: quod eum facere adeò non piguit, vt voce vti interdum non dubitarit humaniſsima illa, ſe vel vnius tantùm gratia, quē modò veritatis ſtudioſum cognouiſſet, dicturum, ſcripturumq; omnia. Altera ſcriptorū eius cauſa fuit, vt cōmentādo ad rem aliquam profitam ſeſe exerceret, & ingenium non fineret ocio languere, ſed lucubrando excitaret. Tertia deniq;, ſtudiorum ſuorūm cōmoditas, cuius gratia breuiter tantùm capita inuentorū à ſe cōſignare ſolebat (amicis verò rogantibus poſtea elaborabat, & pleniùs explicabat,) & vt Plato inquit,

Quomodo.

aduerſus obliuionem ſenij commentarios reponebat. In primis autē operam dedit, vt quæ ante ipſum ab alijs obſcurius, aut imperfectiùs tradita erant, ipſe dilucidiùs, & pleniùs exponeret. Veritatis quidem, vt vnicè ſemper ſtudioſus fuit, vel ad furorem vſque diuinum quendam, vt diximus: ita neque loquendo, neque ſcribendo, gratiæ, aut odio quicquam dedit: &, vt quàm veriſsimè omnia literarum monumentis traderet, ſummopere curauit: mētiendi verò ne cauſam quidem ſe habuiſſe, alicubi teſtatur: quinimo ſibi etiam ne quis credat, niſi accedēte ratione, hortatur: id verò eſt veritatem magis, q̃ ſeſe amare, quo nihil pulchrius, nihil diuinius, neq; φιλοσοφῶντες quicqnā homini contingere poteſt. Hinc adeò nihil niſi in ipſo medicandi actu à ſe declaratum, aut aliter examinatum, probatumq;, in ſcriptos à ſe libros retulit: Qua in re medici priores pleriq; peccauerunt, & Eraſiſtratus, vir alioqui non illaudatus, reprehenditur, & Dioſcorides Anazarbenſis, notatur: & noſtro quoq; tēpore factitare ſolent homines, quibus domi deſidētibus quicquid in mentē venerit, promulgare ſtatim non verentur: & de remotiſsimi etiā rebus, quæ fortè nunquam ad eas, in quibus ſcribunt regiones, peruenient, vt hipopotami, aut elephantis ſanguine, alia've huiuſmodi re, aut nimirùm peregrina, aut etiam abominabili, ſine experientia, nulloq; cum fructu aliqui nugantur. At Galenus dierum criticorum diligentem explorationem fecit, prius quàm artem traderet. Nō eum ita mouit ſenis autoritas, vt fidem illi abſq; confirmatione ſenſus de rebus omnibus ſimpliciter haberet. Et medicamētorum ſimplicium cōmentarios, cum lōgè prius cœpiſſet, vndecimo demū anno pòſt in lucē edidit, q; pharmacorum quorundā naturam ipſemet adhuc non cōperiſſet: vt cōperiret autē, diuerſa remotaq; loca adijt, vt alibi diximus. In vſu etiā artis, vt ſupra dictū eſt, non adhibuit alia remedia, quàm de quibus experientia ipſi conſtaret. Nos quidem de illis Galeni experimentis, quibus peculiare teſtimonium experientiæ ſuę adſcripſit, libellum olim edidimus. Ab ambitione autē, cum aliàs, tum ſcribendo, quàm fuerit alienus, vel hoc vnum clariſsimè oſtendit, quòd nulli librorum ſuorum ſuū ipſe nomen inſcripſerit: quę inter alias fortè cauſa eſt, cur ſpurij quidam pro genuinis ſint admiſsi.

Commotica:

Itaq; verè, fideliter, candide, ac diligenter, eum oīa tradidiſſe conſtat. Quæ verò ad comptoriā artem attinent, & pulchritudinē non verā inducunt, & ſi quædā nec inutilia, nec iniucunda ſcitu, in eis contineantur, & principes viri, ac matronę ea aliqñ à medicis requirant, & apud alios ēt homines honeſtos aliquando eorū vſus eſſe poſsit, quamuis ea optime noſſet, ſcribere per verecundiā omiſit: frequentior enim malus eorum, q̃ rectus vſus eſt.

Venena.

Venenorū verò ſemper malus: quamobrē arcanas, & exquiſitas eorū cōpoſitiones minimè publicari oportere exiſtimauit: tantū in eo honeſtatis, vitæq;, & ſalutis hominū amor valuit. Vtile quidē fuerit hæc etiā cognoſcere, tum philoſophos, tum medicos homines, ſed optimos duntaxat, & qui nunquam abutātur, hos, vt ijs, qui veneno quocunq; læſi ſunt, meliùs ſuccurrant: illos, propter ſcientiā ipſam naturæ: ſed literis mandari tutū non eſt, ac inter Chriſtianos præcipuè nefas. Per manus autem tradi amicis, optimis duntaxat, & ætate, iudicioq; maturis, ſat fuerit. Philtrorum (inquit Galenus de ſimplicium medicamentorū facultatibus libro decimo capite primo) & eorum, quæ ἀγώγιμα, ὀνειροπομπὰ, ac μίσητρα vocant quidam, planè, nec ſi abunde illa ſorem expertus, mentionem facere in animum inducerem: ſicuti nec letalium medicamentorum, aut, vt ipſi loquuntur, παθοποιῶν. Nam illa ſanè ridicula ſunt, conſtringere, ac vincire aduerſarios, vt in iudicio nihil poſsint eloqui, aut grauidę abortum afferre, aut, vt ne vnquā deinceps cōcipiat, efficere, & quæcunq; eius ſunt generis, vel impoſsibilia, vel certè mortaliū vitę noxia, &c.

Qua ætate quid ſcripſerit.

Hac ratione putāt viri docti librum de theriaca ad Piſonem non prorſus eſſe à Germanis Galeni libris ſeparandum.

Porrò cum adoleſcens adhuc quædam condiderit, exercendi nimirum ſui cauſa, potius quàm alios docendi: & ætatis progreſſu ad vltimā vſq; ſenectutē, nunquam à lucubrādi labore deſtiterit, magnum ætatis ratione, qua ſinguli ab eo perſcripti ſunt libri, in eis diſcrimen eſſe, quis dubitēt? Fatetur ipſe ſe iuuenem, ante annum ætatis ſuæ 43 curioſius, & ambitioſius quædā ſcripſiſſe, quid igitur de illis ſentiendum, quæ in adoleſcentia, & ferè puer adhuc exarauit: ſed ea forſan pleraq; non amplius extāt. Tradit alicubi, ſe anno ętatis ſuę 34 multos iam libros ſcripſiſſe: & rurſus eo tēpore, quo Romę fuerit ſecundò (circa ętatis ſuę annum 35, & 36) expectans Antonini è Germanico bello reditum, mul-

tos ad philoſophiam pariter, & medicinam (de pulſibus præſertim, & alijs ſignis, criſi, diebusque criticis, & de differentijs febrium) ſpectantes libros conſcripſiſſe: quos poſtea amicis flagitantibus legendos permiſerit: & apud illos tantùm futuros ſperauerit, nam ſi dandos, inquit, indignis (qui non, vt diſcant, ſed vt calumnientur, legunt) ſciſſem, ne amicis quidem eos præbuiſſem. At librum de locis affectis in ſenectute compoſuit. Scripſit autem plurima, non ſolùm in medicina: ſed & in philoſophia, grammatica, geometria, vt author Suidas eſt, ſed & ipſemet librorum ſuorum, & numerum, & rationem, ac modũ exponit, dubuos operibus huic rei dicatis, quibus partem eorum iam tum interiiſſe, docet, incendio templi pacis (quo ſimul omnes etiam Bibliothecæ Palatij conflagrarunt) in quẽ locum reponere labores ſuos conſueuerant eius temporis ſcriptores. Porrò, qui Galenum ſcribẽdi, commentandiq; diligentia vicerit, ſcriptorum'ue in ſingulis propè artibus numero ſuperarit, inuenias neminem. Ad quingentos enim omnes ſcripſit: quot vix ſcribendo tantum abſoluere quiſquã, nedum meditari ſimul, ac literis mandare potuiſſe credatur: quorum tamen vix dimidia ad nos peruenit pars, vt doctiſsimus Iul. Alexandrinus animaduertit. Horum autem alij, vt dictum eſt, incendio ſunt conſumpti: alij propter barbariem temporum ſecutam in Aſia, Græciaque, aliasque ob cauſas, perierunt: aliqui fortè, quòd declamatoriè, & iuueniliter conſcripti eſſent. Ioan. Fernelius verò in medicinæ ſuę præfatione, præter ducentos & quadraginta inquit, quos de alijs diſciplinis, de medicina ſupra quadringentos conſcripſit. Galenus (inquit Athæneus dipnoſophiſta) tot philoſophica, & medicinalia volumina condidit, vt ſcriptores ante ſe ſuperarit omnes.

Quàm multa.

Libri Galeni ĩ ſcholas medicorũ recepit.

Hanc Galeni ſcriptorum excellentiam, non ita multò pòſt, agnouerunt doctiſsimorum hominũ ſcholæ oẽs: qñ relictis ſectarum nugamentis, veram Hippocratis artem, ita tum ſtabilitam, vt nulla ſophiſtarum iniuria ſubuerti poſſet, amplecti ſolam, & ſynceriter colere cœperunt: quo tempore ex ea ipſa certã opem, & auxilium tutum mortales homines percipere potuere, cum prius non minus periculi ab arte ſępe, q̃ ab ipſo morbo extitiſſet. Agnouerunt quoq; minimè poſtremi, viri Arabes diſciplinarũ impigri cultores: qui monumenta eius vniuerſa in ſuam linguã conuerterunt, & in manibus magno ſtudio verſarunt, donec ſublatis iniuria temporũ, aut certè ſuppreſsis, Græcorũ exemplaribus, Latinorum quoq; hominum ſcholis interpretationes ſuas cõmodarent, non quidem tanta cum fruge, quantã ex ipſo haurire ſtudioſo licebat: attamen non ſine ſua quoque vtilitate. Præſtitit enim ex illorum monumentis ita philoſophari, quã ad priſtinam ſectarum incertitudinẽ relabi rurſus. Sed redijt ille tandẽ nobis, & in gymnaſijs audiri geſtit iterũ: Italicis aũt ſcholis vehemẽter gaudet: quarum ſcholarum ſoliditatem, integritatemq; in diſciplinis vtinã noſtra iuuentus ſtudioſius æmuletur.

Arabes.

Stylus.

His de ſtylo eius, & elocutione, tractationeq; ipſa ſermonis, pauca adijciemus. Apparet ſanè ſumma in eo paſsim eloquentiæ vis: oratio & fœcunda, & elegans, non perplexa, non accerſita, ſed ſpõte lateq; fluens: admiranda quædã eloquendi quæcunq; animo concepit facilitas, ſiue doctrinã ipſe explicat ſuam, ſiue quæſtiones diſſoluit, ſiue ambiguitates enodat. Dialecto Græcæ linguæ vtitur communi, ſed elegantiore, & ad atticam deflexa, vbicunq; citra affectationẽ (à qua prorſus alienus eſt, ita vt minimè Atticus videri, q̃ affectator malit) fieri potuit. Quàm verò Atticę, & Ionicæ dialectorũ fuerit peritus, indicauimus ſuprà. Athenęus certè de ipſo teſtatur, ὅτι οὐδενὸς τῶν ἀρχαίων τὴν ἑρμηνείαν ἀδυνατώτερος γέγονε Proprietati vocabulorũ vehementer ſtuduit, ita, vt inpropriè locutos non rarò notet: & interdũ, rariſsimè tamen, rerũ, aut affectionum, quibus vocabula nondũ propria erant poſita, ipſe cõminiſcatur. Vtinã verò, quantum patrij ſermonis puritate, elegantia, & cęteris laudibus valuit: tantum etiã interpretum, quorũ magna in eius libris vertẽdis diuerſitas, oratio valeret Latina, ac non multum venuſtatis, gratiæ multũ ſubitò amitteret Latinus factus. Quod in interpretũ ſugillationem minimè dictum intelligi volo: ſed in arduam potius quandam interpretandi difficultatẽ, figurarum diuerſitatem, & linguę verborũ in illo copiam, paupertatem in hac. Verum ſic quoq;, quàm non impolitus, neq; inelegans, immo verò, quàm nitidus, quàm lacteus totus fluit? Vt quicunq; poſthabito hoc, Arabum malunt, atq; horum ſimilium quorundam, meram ſequi barbariem, hos ego eo natos ingenio exiſtimem, vt obſcura manifeſtis, perplexa explicitis, aſpera nitidis, tenebras luci præponere eodem exemplo poſsint. Quanquam autem vbiq; magnã in oratione perſpicuitatis curã adhibuit, adeò, vt qui ſcripta eius præcipua eo, quo par eſt, ordine legunt, vel ſine præceptoribus artem addiſcere poſsint, modò neq; ingenio tardiores ſint, neq; in primis diſciplinis nimium rudes, & perexiguum aliqusd adiumenti à pręceptoribus, aut alijs in arte peritis, aliqua demonſtrantibus ſentiant: non tamen humi repit ipſius dictio, nec artificio caret collocatio: vt neq; contra nimiùm, vel aſcendit, vel affectat, vel παθητικοτέρα eſt iuſto: ſed auream planè mediocritatem ſeruat, & modò κάλλος modò σεμνότητα, modò alias opportunas ideas, & laudatas in oratione virtutes repræſentat. Hinc neſcio, quæ dulcedo ex doctrinæ ſimul, & elocutionis eius temperamento oborta, mirificè legentiũ omnium animos allicit, vt quis ſemel guſtarit, abſtinere amplius ab eius ſcriptis non poſsit. Librum quidem de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratæos, humiliore ſtylo à ſe ſcriptum conqueritur.

Interpretes Latini.

Perſpecuitas.

Idea orationis.

Prolixitas.

Accuſant in eo multi prolixitatem, cuius tamen iuſtas videtur interdum cauſas habuiſſe: non enim vnum in omnibus libris ei conſilium fuit. In multis ſe accommodat introducendis, & illorum captui, atque vſui priuatim, in quorum gratiam aliqua ſcribebat, quorum aliqui pręceptoribus carebant, & procul etiam ab eo proficiſcebatur. Itaque his in libris quędam alibi copioſius explicata

contrahit, alia verò fuſius exponit. Galenum (inquit Fernelius in præfatione ſuæ medicinæ) multi Aſiaticæ redundantiæ inſimulant, quòd πολύγραφος nimiùm multa artium, librorumq́; congerie, multorũ ſtudia reſtinguat, & ad rem properantes diſtineat. Eum quidẽ fatemur mira perſuadendi neceſsitate diſputaſſe ſubtilius: ſed, quòd initiò minime ſtatuiſſet vniuerſam artem complere, breuẽ præcipiendi legẽ non obſeruaſſe: eadem identidem locis compluribus inculcaſſe, nunc huc nũc illuc ſtudio reprehendendi auidè ferri, ſicq́; ſæpius ambiguitate lectoris animũ diſtrahere. Hæc illæ. Sed vtcunque eſt, ij certè, qui præceptoribus deſtituuntur, plurimùm debent Galeno, quòd fundamenta, & præcipua capita artis tã plenè, & διεξοδικῶς ſit perſecutus. Eſt vbi ſeculi eius mores, & in re medica ſectarũ peruerſitas, aut philoſophorũ quorundam pertinacia, hanc prolixius quædã diſcutiendi abundantiam ei extorſerint. Accedit huc, quòd natura ipſe, vtpote Aſianus, in dicendo copioſior erat: & inſuper ingenij bonitas, qua præditus cupiebat ſummo candore, & optima fide, oẽs omnia quam

Breuitas.

liberaliſsime, καὶ ὡς ἀφθονώτατα, edocere, ita, vt ne hebetiores quidẽ deſiderare in eo quicquam poſſent: atq; ita factum eſt, vt plerunq; ſit prolixior, in ijs præſertim libris, quos iunior adhuc cõdidit. Sed, vt in multis quantũ dicendi copia poſsit, oſtẽdit, ita in duobus ad Glauconẽ therapeuticis, Arte medica, & alijs fortè paucis, quantũ artificioſa breuitate valeat, declarauit. Libro tertio de difficultate reſpirationis, malle ſe eſſe loquacem, ſcribit, quàm ſuſpicionem falſi dogmatis incurrere, huius.n. nulla ſolatia eſſe ait, loquacitatis verò aliqua, deinde hortatur eos, qui & pauca faſtidiũt, vt, quæ voluerint ſibi deligant, reliqua ceu non ſcripta tranſgrediantur. Quemadmodũ (inquit) in ſplendida epulatione, cum multa ſint apparata, alius aliud eligit, hoc quidem, vt dulce, aliud verò, vt ſalubre: ſic etiã ſermonum apparatum, opiparum eſſe oportet, electionem autem in vtentibus. In fine tertij de pulſibus dignoſcendis, cum taxaſſet eos, qui φιλοερισίας, ceu morbo laborãtes, omnia definire volunt, & manifeſta, & de quorum recta ſignificatione nulla eſt dubitatio, cum interim veras definiendi rationes non didicerint: Ego (inquit) de quauis re ad definiendum propoſita demonſtraui dici poſſe totum diem: nec alios hac in re nimios accuſo, quòd ipſe verbis ad definiendum accommodatis deſtituar: ſed, cũ omnium me ad eam loquacitatem eſſe inſtructiſsimum intelligerem, humanitatis duxi eſſe, ſi artibus inſudantium haberem rationem, veritatemq́; ſine oſtentatione apperirem & eorũ, quæ cognouiſſem, ſemper diſtinguerem vtilia ab inutilibus. Et libro ſeptimo Methodi: Neq; enim (inquit) grauari debemus, iterum, atque iterum ſermonem repetere, quò nunc ſaltem medicorum vulgus verã methodum condiſcat. Et libro tertio de differentijs pulſuũ: Vbi ergo (inquit) homines, qui nec logicam ſpeculationem exactè tenent, nec interpretari valent ad res aſpirare, quæ ſuperant ipſorum facultatem, audent, cum ipſi verba funditant: tum reprehenſores impellunt, licet maximè ſtudeãt breuitati, in eandem orationis prolixitatẽ: id ſcilicet, quod mihi nunc vſuuenit. Siquidem à mea perpetua breuitate diuellit ipſorum me numerus erratorum, tamen faciam etiam hic, vt ſim, quãtum poſſum, breuis. Breuitatis quidem ſtudio plerunque minoris momenti quædam præterit data opera.

Galeni libros alijs etiã vtiles eſſe, quàm medicis.

Iam ne quis exiſtimet Galeni librorum lectionẽ ad ſolos pertinere medicos, aliarum verò artium, ac diſciplinarum ſtudioſis inutiles eſſe, quanquã ex ijs, quæ hactenus expoſui ſparſim magna, & multiplex eorum vtilitas percipi queat, operæ pretium tamẽ duxi me facturum, ſi id paulò copioſius hic vno in loco declarem, & quæ par eſt adijciã: idq́; diſtinctè: nam in Catalogo librorũ Galeni noſtro, quem huic ſermoni ſubiũximus, ea, quę non ad ſolos ſpectare medicos ex eius ſcriptis, ſed alios quoque lectores diuerſos, tum voluptatem, tum emolumentum aliquod ex ijs capere poſſe iudicabã, aſteriſco notaui, ſine vlla diſtinctione, quæ, quibus potiſsimùm cõueniat. Primùm igitur, homines Græcæ linguæ ſtudioſos, grammaticos, philologos, rhetoras ad puritatẽ, delectũ, & copiã vocabulorum, ad ſtyli elegantiam, ſententiarumq́;, & argumentorum vim plurimum his legẽdis iuuari poſſe, tum ex prædictis, tum re ipſa, vel me tacẽte, clarũ eſt adeò, vt ne verbũ quidẽ addere libeat: ſicuti hoc etiã, dialecticæ, ac methodi cupidos, & demonſtrationum exempla (vnde maiorẽ plerunq; fructũ, quàm ex nudis præceptis conſequimur) luculentiſsima non aſpernantes, theſaurum his in libris incõparabilem reperturos. Quòd, ſi quis non tamen eruditionem, & vocabulorũ, orationisq́; vim in eo requirat, quàm præſentem vtilitatem, & res ipſas ſectetur: quid'nam aliud iucundius, & vtilius ſanitate, optarit: ſine hac enim mediocri ſaltem, animi & ingenijq́; actiones pleræq; non conſtant: & externa etiam bona ſine hac gratia omnem amittunt. At ſuam quiſq; ſanitatem tueri meliùs poterit, ſi in illis interdum libris, quos huius argumenti Galenus ſcripſit, verſetur, vt, qui de ſanitate tuenda inſcribũtur, & de alimentorum facultatibus, ac cibis, boni maliq́; ſucci. Et hoc quidem, vt faciãt, ſuiq; aliquã habeant rationem, & victu accuratiore vtantur, homines literarum ſtudioſi, cùm minus exerceãtur, magis, quàm cæteri, opus habẽt. Decet ſanè phyſicum in primis, deinde philologũ, & vnumquenq; doctum, & criticum virum, medicum doctum, & peritum, ab indocto, imperitoq; diſcernere.

Cuilibet literato.

An non enim turpe fuerit, probè verſatum in reliquis, quæ ad hominem minus attinent, de hoc ſolo non poſſe iudicium ferre: In nulla arte faciliùs latere, quis poteſt, quàm ea, in qua maximo cum periculo impoſtura fit. Muſicum cantu diiudicas, num bonus ſit artifex, pictorem quoque ex ſuo opificio ſtatim agnoſcis: ac reliquarum artium ſingulos artifices, quales ſint, deprehendis facile; de ſola medica arte rectè iudicare nequit, qui eius omnino ſit ignarus, quantumuis in reliquis probè verſatus. Atqui turpe eſt more vulgi, vel in hac parte aberrare illum, qui cæteris in rebus ſuperior ſit in-

doctis

doctis hominibus. Quamobrem, vel hoc nomine, ſi cuiuſquam, Galeni maxime libri philoſopho, philologo, & erudito cuiuis deguſtandi fuerint. Rationem certe valetudinis tuendæ nullus frugi pater familias ignorare debet: exemplo ſit nobis Cato, qui, quamuis iniquus eſſet ſui temporis medicis, artem tamen ipſam vſurpabat diligenter.

Philologo. Priuatim ſane philologi homines, qui vocabula magis, ceu vmbras rerum, quàm ipſas, captant, & veluti venātur, οἱ ὀνοματοθῆραι οἱ πολυΐστορες, magnam nominum ſyluam ex his libris hauriēt, vt omne genus ſtirpium, ac ſimplicium medicamētorum, morborum & humani corporis partium, & alia quædam medicę artis, eiuſque partibus Chirurgicę, ac Therapeuticę, peculiaria: varię autem cognitionis miſcellaneam farraginem ex aphoriſmis, & alijs quibuſdam: ita continget, vt eruditione inſtructi multiplici, quouis in loco apud quoſuis homines de qualibet re doctius, & elegantius vulgo hominum diſſerendi materia eis non deſit.

Philoſopho. Ad philoſophiā venio, quę non vmbras, vt vaga philologia, ſed certis rerum, ac ſcientiarū circūſcripta limitibus, res ipſas ſolum, & illuſtria veritatis lumina ſectatur. Huius parte ferè tres conſtituūtur: vtiliſſima, quę mores, actiones, & ſtudia vitę priuatim, publiceq; informat: pulcherrima, quę cōtemplatur naturam: diuiniſſima verò, quę Deum, & res diuinas. Ad has verò omnes, vt ars medica in vniuerſum, ita conditi in primis à Galeno libri, plurimum momenti conferunt. Is certe, qui morum, & affectuū animi, ſiue perturbationū cauſas intelligit, &, quòd animi mores corporis temperaturam ſequantur (quod argumentum ex profeſſo tractauit) &, quæ ſingularum animę partium in hominis corpore ſint inſtrumenta, quantumq; ſecundū diuerſa tēperamenta varient: &, qui ex nimijs perturbationibus quāta oriantur ſecundū naturam quoq; mala, animaduertit: is & melius de his diſſerere, ac docere alios, & ſibi ſapere, ac ipſa vita, agendiq; ſtudijs, verā doctrinam, & virtutem præ ſe ferre poterit. Extant inter alios egregij duo, & ἠθικώτατοι huius authoris libri, De agnoſcendis, & curandis animi affectibus, ac vitijs: vt taceam, quę, quātæq; ipſiuſmet virtutes (præſertim, cū ambitionem, & auaritiam damnat) paſſim in eius ſcriptis, & oratione tanquam ſpeculo eluceſcāt, quas ad imitationem ſibi proponere, ceu perfectum, tanquā in homine, eoq; gentili (multò certe, quàm in plurimis, qui Chriſtiani exiſtimantur, & quidem eximij, abſolutius) exemplar, vnuſquiſq; poterit.

Theologo. Sed ad Theologiam fortè, nihil hoc ſtudiū facere, aliquis putabit, ex illorum numero pręſertim, qui nunquam eius quicquam deguſtarint. Atqui Theologi eſt, in primis Dei cognitionem omnibus inculcare. Deus autem, niſi ipſe ſine vllo ſecundum naturam medio ſe aperire velit, nō niſi ex operibus ſuis cognoſci poteſt, & magis quidem, aut minus ex alijs, atq; alijs: inter omnia autē homo excellit maxime, ſolus omnium, quę ſub ſenſum cadūt, ad Dei ſimilitudinem factus, idq; intelligibili magis, q̄ ſenſibili ſui parte, hoc eſt mēte, & anima rationis cōpote: ſed hęc quoq; cognoſci, niſi actionibus eius animaduerſis, earumq; inſtrumentis perueſtigatis, non poteſt. Ergo, vt nos ipſos, vt animam, vt Deum noſcamus, & agnitū colamus, iuſtis honoribus, veneremur, & pia religione metuamus, amemus, domiciliū hoc animę ab eo conſtructum, vt mens ſancta (quæ ſola Deum capit, templum Dei optimum maximum ſacroſanctum) inhabitaret, admirati, & mirabilem partium omniū ſtructurā, proportionem, & artificium vniuerſum, conſiderare oportet. In hac ipſa verò admiratione, qui copioſius, & eruditius omnia noſtro Galeno inueſtigarit, ante, & poſt ipſum inuenio neminem: in vniuerſum dico, & circa plurimas, nobilioresq; partes. nam, ſi qua forte nō adeo magni momenti, ad hanc pręſertim de opifice commentationem, pręterijt, noſtro demum ſeculo à ſummis diligentia, doctrinaq; viris, Veſalio in primis, Fallopio, & Columbo inuēta, & addita arti, hi ſanè propter hoc laudandi, ille verò reprehendendus minime fuerit. Certe ex inſpectione corporis noſtri fabricę, quę & quanta architecti omniū patris, potentia, ſapientia, atq; bonitas ſit, eluceſcit. vnde proculdubio, ſi vel naturę ductum ſequamur, perfectiſſimū bonum ipſum eſſe, intelligimus: quis autem potentiſſimū non metuat, non reuereatur ſapientiſſimum, non adoret iuſtiſſimum, non amet pulcherrimum ſimul, ac benigniſſimum? Et, quoniam ex vera cognitione, actiones etiam rectę emanant, quis non ad ſummi illius boni (quod tanti facit, vt id vnicum cęteris rebus omnibus, non componat dico, ſed anteponat) imitationem ſeſe comparet: In his autē duobus coniunctis, vt vera theologia, ita etiam recta hominis Chriſtiani vita conſiſtit, cognitione inquam, & actionibus (ſicuti ars medica, & alię plurimę in ratione, & experientia) in his quidem magis, quod ad homines, quibus cū verſamur, attinet: in illa verò, ceu fundamento, cum firma perſuaſione, & fiducia coniuncto, tum magis, tum prius, quod ad Deum. Actio enim hominibus vtilior eſt, animus vero Deo acceptior: vt in arte medica vtilior eſt experiētia, prior vero, & nobilior ratio. Sed reuertor, vnde digreſſus ſum. Ergo, ſi ad Dei cognitionē ſimul, & ſecundum eam actiones non politicas ſolum, ſed etiā meliores, & noſtrę religioni cōgruentes, corporis noſtri, eiusq; partium cognitio, ex Galeni libris potiſſimum petenda, vtilis eſt: ad theologiam profectò plurimum confert: quod ipſe etiam Galenus, quamuis à noſtra religione alienus, intellexit, ſub finem librorum de vſu partium, ita ſcribens: Nam, ſi quis nulli ſectę addictus, libera ſententia rerum conſiderationem inierit, conſpicatus in tanta carnium, & humorum colluuie, tantam mentem habitare: cōſpicatus item, & cuiuſuis animalis conſtructionē (omnia enim declarant opificis ſapientiam) mentis, quę homini (κατὰ τὸν ἄνθρωπον, alia lectio habet οὐρανῷ, i. cœlo) ineſt, excellentiam intelliget: tum opus de partium vtilitate, quod prius exiguum ſibi

eſſe videbatur, perfectiſsimæ theologiæ rerum principium conſtituet: quæ quidem theologia multò eſt maior, atque præſtantior tota medicina. Non igitur ſoli medico hi libri ſunt vtiles, ſed multò certè magis medico philoſopho: qui totius naturæ ſcientiam ſtudeat ſibi comparare, eumq́; oportet his potius ſacris (quæ perſpicua naturæ opera in omnibus animantibus explicant) quàm Eleuſinijs, aut Samothracijs, nimis, quæ profitentur, obſcurè docentibus initiari. Hæc Galenus. Cuius itidem alia verba ad hunc locum maxime pertinentia, Græce recitauimus ſupra, vbi de ipſius pietate inter cæteras virtutes ſermo fuit.

physica. Verùm his, de quibus hactenus verba feci ſcientijs, ars medica, & Galeni cũ primis libri, veluti per accidens, conducunt, & parcius: Phyſico aũt philoſopho, vt plurimum, ita neceſſariò: cũ ex naturali philoſophia, ceu fonte quodã vberrimo, tum artes q̃ plurimę, tum medica ẽt profluat. Non verò ſolũ naturę cognitio ad medicinam confert, principia, & axiomata ei ſuppeditans tanquã ſubiectæ ſibi, & ὑπαλλήλῳ arti: ſed viciſsim etiã medicina, variarum circa hominẽ rerum tractatione, & exemplis, phyſicã illuſtrat, cum aliàs, tum in eo, q̀, cum tota circa hominem verſetur, à quo ea, quæ alijs omnibus inſunt, vel circa ea contingunt, ſecundũ analogiam quandã ad hominem cõſiderantur: ignotiora.n. ſemper ad id, quod notius eſt referri ſolent: itaq; multarũ rerum cognitio ex poſterioribus, vt, quæ nobis, ac ſenſibus manifeſtiora ſint, magis eluceſcit: vt animę partiũ, ſeu facultatũ ex ipſis actionibus: harum verò ex inſtrumentis, quæ in corporibus noſtris, eis ſunt deſtinata, quæ per anatomen cognoſcuntur. Anatome aũt, & totius corporis, eiusq́;, tum intus, tum foris partiũ, & ſi phyſicæ philoſophiæ opus eſt, & ab Ariſtotele primùm diligenter pertractata, à Phyſiologis tamen ferè deſerta, ſolis exculta eſt medicis, & quidem diligentiſsime omniũ à Galeno, à quo nullius ſanè argumenti plures habemus libros, q̃ anatomici: in quo non ſolũ hiſtoriam ſimpliciter tradidit, vt in animaliũ hiſtoria Ariſtoteles: ſed in alijs etiã libris vſum, & cauſas ſingulorũ adiecit, vt in libris de partibus animalium, eorumq́; cauſis Ariſtoteles: à quo multa certè ſunt ignorata, circa præcipuas etiã corporis noſtri partes, & principum animæ facultatum inſtrumenta. Galenus verò multa imperfectè, aut obſcurè ab Ariſtotele dicta, expleuit, & explicauit: multa etiam falſò redarguit: vnde vniuerſa ẽt animæ, qua viuimus, ſentimus, mouemur, natura, ac vires, multò planius, quàm Ariſtotelis ſeculo, hodie conſtant. Plura de Anatomes laudibus dicere poſſem, &, q̀ eius cognitio mediocris omnibus expetenda eſſet, oſtendere: ſed feſtino: nam alijs quoq; ſui partibus res medica, phyſicam, vel perficit, vel illuſtrat: & & plurima cũ ea habet communia, non enim circa finẽ ſolum totius phyſicæ commẽtationis, quę in hominem deſinit, à cuius naturę circa corpus, & facultatum corpori, animęq́; cõmunium, conſideratione incipit medicus: ſed ſingularum ferè partium, & librorũ phyſicę philoſophię exitus, ad medicam aliquam tractationem ingreſſum prębent, ita, vt vbiq; vbi phyſicus deſinit, incipiat medicus.

1 Nempe primũ de elementis phyſicus agit communius: medicis verò ſumptis ab eo principijs qui-
buſdã, de elementis hominis duntaxat, eius naturam indagaſſe contentus, etiã ſi, vt diximus, quę ho-
mini conueniunt, cęteris etiã pleriſq; animalibus cõia ſint, ita, vt, qui hominis hiſtoriã nouit, anima-
2 lium hiſtoriam magna ex parte norit. Deinde de ijs qualitatibus, quę primę dicuntur, & elementis
primũ inſunt, quibusq́; oẽs rerum naturalium mutationes adſcribuntur, vt calidi, frigidi, humidi, &
ſicci actionibus, ac paſsionibus, tum phyſici docent, vt in quarto Meteororũ male inſcripto Ariſtote
3 les, tum in libris de tẽperamentis, ac alibi Galenus. Tertiò admiſta corpora tranſeunt, quę ex elemen
tis conſtant: quorum prima ſunt, inanimata, vt omne lapidũ, metallorumq́; genus: de quibus paucis-
ſima veteres phyſici, quod extet, tradiderunt: apud Galenũ verò, aliosq́; Gręcos medicos, & nominũ
copia eſt, & deſcriptiones, viresq́; multorũ ſunt explicatę: vnde ſumpta occaſione, noſtro tempore,
doctiſsimus vir. Ge. Agricola medicus plenã eorum hiſtoriam phyſice ſimul, mediceq; conſcripſit.
4 Quartò, vniuerſum ſtirpiũ genus: ſequitur: de quibus etſi Theophraſti libros habeamus doctiſsimos,
ad imitationem Ariſtotelis librorum de hiſtoria, & partibus animalium conditos: ij tamen ne intel-
ligerentur quidẽ, niſi ex Dioſcoride, Galeno, & paucis alijs, pręcipue medicis, veteribus Gręcis, oc-
caſione ſumpta recentiores, & ipſi duntaxat medici, Leonicenus, Fuchſius, Dodonęus, Matthiolus,
Guilandinus, Dalechampius, Conſtantinus, obliteratam ferè penitus omnis ſtirpiũ generis cognitio-
nẽ reuocaſſent: vſq; adeo, & philoſophi phyſici, & oẽs aliarum artiũ profeſſores ceſſant, ſolis verò me
dicis anatomica, metallica, phyſica, & huiuſmodi relinquunt: ita, vt periculum ſit, in tanta hominũ,
tum negligentia, tum luxuria, totã ferè philoſophiã ad ſolos peruẽturam medicos: qui ab initio qui-
dem phyſicis theorematis ſtudent, propter medicam artem, quę ad rem familiarem eorum pleriſque
neceſſaria eſt: multi verò iam prouecti, & acrioris ingenij, ex ijs, quę ferè neceſſariò didicerũt, altius
5 aſcendunt, à gradibus, exẽplisq; naturę, ad virtutes, ad Deum. Quintò ad animalia peruenitur: quorũ
hiſtoria in animã, ac corpus diuiditur. De anima autem, & diuerſis eius facultatibus, naturalibus ſal-
tem, vitalibus, ac animalibus, multa multis in locis ſcribit Galenus, diligẽtiſsime ſimul, doctiſsimeq;:
maxime verò in libris de naturalibus facultatibus, deque placitis Hippocratis, & Platonis. Corporis
verò partium deſcriptiones exquiſitiſsimas, & rationem omnem in Anatomicis, vt dictum eſt, li-
bris explicat. Singulorum verò plurimorum in diuerſis generibus medicę ſimul, & alimentarię ma
terię rationes, & nomina, in diuerſis libris exprimit: ex quibus itidem, ac paucis aliorum veterum,
vt Athenęi, Oppiani, & Plinij libris, noſtro tempore medici prima occaſione ſumpta, rebus ipſis

cognitis

cognitis ex eorum ſcriptis, integras animalium hiſtorias perſecerunt, vt nos in quadrupedũ, auium, piſciumque hiſtoria, Auium verò, & Aquatilium Bellonius, Aquatilium duntaxat Rondeletius. Quòd ſi argumenta ẽt illorum librorum, qui phyſici minores vulgò apud Ariſtotelem dãr (vt ſunt de ſenſu, & ſenſili, de memoria, reſpiratione, iuuentute, & ſenectute, longitudine, ac breuitate vitæ, denique vita, & morte) ſpectes: de iiſdem ſerè omnibus medici quoq; pertractant, & multa ſanè melius, commodiusq; docent, quàm hactenus phyſici philoſophi. Itaq; verè doctrina, quę vocatur phyſica nuſquam extat, aut eruditiùs, aut vberius tradita, quam in pleriſq; Galeni libris. Porrò quanta medicinæ, & de natura philoſophię cognitio ſit, pulcherrimè Ariſtoteles in fine libri de reſpiratione his verbis explicat: Περὶ δὲ ὑγιείας, καὶ νόσου, οὐ μόνον ἐστὶν ἰατροῦ, ἀλλὰ καὶ φυσικοῦ, μέχρι τοῦ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, ᾗ δὲ διαφέρουσι, καὶ ᾗ διαφέροντα θεωροῦσιν, οὐ δεῖ λανθάνειν, ἐπεὶ ὅτι γε σύνορος ἡ πραγματεία μέχρι τινός ἐστι, μαρτυρεῖ τὸ γινόμενον, τῶν τι γὰρ ἰατρῶν: ὅσοι κομψοὶ ἢ περίεργοι, λέγουσι τὰ περὶ φύσεως, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξιοῦσι λαμβάνειν, καὶ τῶν περὶ φύσεως πραγματευθέντων οἱ χαριέστατοι σχεδὸν τελευτῶσιν εἰς τὰς ἀρχὰς τὰς ἰατρικάς. Leget igitur ex Galeni libris naturalis philoſophiæ cãdidatus, Phyſiologicos in primis oẽs, vt qui de elementis, temperamẽtis, & naturalibus facultatibus tractant: tum omnem diſſectionis hiſtoriã, & de partiũ vſu, alioſq; ad corporis humani (quod medicinæ ſubiectũ eſt) naturã pertinentes, quos ſingulatim in Catalogo librorũ Galeni enumerauimus. His addet ẽt ex Pathologicis illos, quorum doctrina generalior eſt, vt, qui morborũ, & ſymptomatũ differentias explicant: & quicunq; ſimplicium medicamentorum, alimentorumq; materiam continent. Nam, cũ medicus infra phyſicum ſit, ſed proximè, ipſius eſt, quæ phyſicus κοινότερον, καὶ βραχύτερον protulit, μηχανικώτερον, καὶ διεξοδικώτερον pertractare: &, quæ phyſicus rõne magis conſiderarit, ipſe ad ſenſum magis transferat: &, quę ille generatim fortè de animalibus omnibus, aut pluribus (cũ aliàs, tũ in morborum, tum in remediorũ genere) ipſe ad hominem contrahat. Deniq; omnis ferè in medicina cauſarum redditio, phyſici non medici fuerit. Cauſa.n. principiũ quoddã eſt. Principia verò quiſq; à ſuperiore artifice deſumit. Sic aũt ferè ad phyſicum ſe habet medicus, vt artes, & ſcientiæ oẽs ad primã philoſophiã, ſeu verã dialecticã: quæ prima, & cõia omnium principia, ac methodũ veritatis oſtẽdit. Hæc, inquam, & huiuſmodi, medicum oportębat à Phyſiologis mutuari: id quod (nõ dubito) paſsim feciſſet Galenus, ſi à phyſicis tradita reperiſſet. Quoniam verò phyſiologia ne hodie quidem à quoquam eſt perfecta (etſi methodum, & ſumma capita optimè oſtẽderit Ariſtoteles) coactus eſt ipſe aggredi: id quod ei adeo feliciter ceſsit (ſicut alijs etiam poſtea medicinæ authoribus in alijs libris) vt cõtra, quàm fieri debebat, plura nunc habeant philoſophi naturales, quę ex medicorũ libris addiſcant, & ſibi ſumant, quàm ex ipſorum libris medici. Cùm ergo ad phyſicam tantopere cõducat medicina noſtra, adeoq; per omnia ei cognata, coniunctaq; ſit: eædẽ ferè laudes, quæ totius phyſicæ ſunt, de ipſa quoq; poterunt prędicari: nam, vt phyſici ſubiectum eſt mundus maior, & res in eo naturales omnes, ita medici mundus minor. nihil autem in illo reperias, ſiue rerum, ſiue affectionum, & actionum, cui non aliquid in homine reſpondeat. Sed phyſicæ philoſophiæ laudes, atq; præſtantiã, tum per ſe, tum ad theologiam, & ethicam quantùm conferat, aliasq; vtilitates, multi decantarunt, & inter alia etiam Gemuſæus noſter in ſua pręfatione in Græca Galeni opera Baſilæę edita: quamobrem nos ea relinquimus. Sed ſatis copioſe, & fortè nimiùm, ad quas alias ſcientias ex Galeni librorum lectione, extra medicam artem, vtilitas aliqua peruenire poſsit, hactenus expoſui. Hoc duntaxat addendum, medicinę ſtudioſis, omnia ferè, & integra eius ſcripta eſſe legenda, idq; ſemel, & iterum, aut etiam pluries iis, qui ingenio tardi, vel memoria infirmi ſunt: cęteris nec omnia, ſed illa dũtaxat, quę in primis vtilia ſibi fore partim ipſi animaduerterint, partim nos iam diximus: nec integra, ſi ocij ſatis non ſuppetat, ſed partes aliquas. facilè autem ex capitum diſtinctione cum argumẽtis, erit deligere, & indicum commoditates ſequi. Licebit, & Compendijs vti, vt Lacunæ, aut aliorum. Sed nunc tandem finem faciam, vbi pauca priùs de eximijs Galeni noſtri laudibus, veraq; eius gloria addidero. Miretur autẽ aliquis, quòd viuus adhuc, in patria ſimul, & foris, apud ſummos, & infimos ad tantam, vt merebatur exiſtimationem, & pulcherrimum humanæ glorię faſtigium peruenerit) quantum ex ijs, quæ hactenus diximus, nec libet repetere, liquidò apparet: idque eo magis, quòd ipſe ab omni ambitione alienus eſſet: & plurimi, tum medici, tum philoſophi, æmuli eius gloriæ inſidiarentur: qui etiam, vt contemptum eius apud populum promouerent, varia ei cognomina tribuebant: modo enim λογίατρον appellabant, eam, qua valebat eloquentia, ei inuidentes, modò παραδοξολόγον, & παραδοξοποιόν, quæ duo tamen ad laudem ẽt trahi poſſunt (ꝙ & dicẽdo, & opere medico plurimùm à vulgo medicorum differret, multaq; eis παράδοξα, i. pręter omnium eorum opinionem, ſed felici ſemper euentu, tum diceret, tũ faceret) interdum deluſorem ſeu deriſorem, aliàs diuinatorem ſeu vatem vocabãt. Sed nihil iſti effecerunt, vt neque hodie efficiunt quicquam Gelenomaſtiges diuerſi, inter quos coryphæi hodie ſunt, qui Theophraſtum Paracelſum quendam (qui noſtra memoria innumeros libros in re medica, philoſophia, & theologia conſcripſit, ſuminus, vt audio, chemiſta, magus, necromantiæ, & geomantiæ interpres, &c.) tantùm non adorant, Galenum autem, & Hippocratem, eorumq; ſectatores non ſolum reprehendunt, ceu rerum multarum, optimarumque ignaros, ſed etiam conuicijs proſcindunt, & nebulones, impoſtores, latrones, ac homicidas appellant: quos ſuis coloribus depingendos relinquo alijs: quoniam hic locus non ſinit me eſſe prolixiorem. Sed nihil agunt infeli-

ces illi optimarum artium contemptores, & promotores illicitarum: qui quoniam dęmones, vt olim Druidæ, vel vt ipſi aiunt, defunctorum hominum manes habent præceptores, & futura quædam ex illis diſcunt, & remedia quædam exquiſita habent, chemicis præſertim rationibus arcanis præparata (in quibus non negarim aliqua bona, & eximia eſſe, ſed validiſsima ferè omnia, ita vt abuſus plerunque non abſque vitæ periculo cõtingat) quamuis artis ipſius, ac methodi rationalis prorſus ſint ignari, & validiſsimis remedijs ſæpe peſsime abutantur, in magno apud multos etiam principes viros ſunt pretio. nunquam tamen illi efficient, quod dicere cœperam, vt vera, ſolidaque methodus artis, Hippocratis tempore, & à Galeno perfecta, euertatur. Manebit ſua Galeni gloria (rumpantur, vt ilia Codro) eoque magis, quòd omnes eius libri, qui reperiuntur, eo quo primum conditi ſunt ab ipſo ſermone, per innumera exemplaria diffuſi, per vniuerſam Europam legantur: ijdemque in Latinam linguam veriùs, puriuſque tranſlati, ad decem millia, & multò amplius forte exemplariũ intra annos circiter triginta excuſi, nuſquam non venales ſint obuij. Cur enim non perpetuis laudibus ille veneretur, qui ad multam vſque ſenectutem profeſſus medicinam, nullum vnquam neq; curando, neque præſagiendo (ſemper eadem de eiſdem aſſerens) calumniæ locum præbuit? in quam tamen celeberrimos quoſdam medicos incidiſſe nouimus. Porrò quoniam diuitię quoque, ſiue à maioribus acceptæ (licet obſtante vulgari dicto, quo diues, aut iniquus, aut iniqui hæres prædicatur) ſiue propria uirtute acquiſitæ, ad gloriæ, honoriſque partem accedunt, non eſt hoc loco omittendum, Galenum ipſum diuitias ſibi non defuiſſe fateri: & patrem quoq; ex eo, quòd liberaliſsime omnia ſuppeditauit, & regiæ vrbis Pergami architectus fuit, diuitijs abundaſſe non eſſe dubitandum: alio tamen in loco Galenus (ſub finem libri de cuiuſque animi peccatorum notitia, atque medela) diuitem ſe eſſe (modeſtia fortè quadam, aut comparatione illorum, qui Romæ, tum temporis diuites vocabantur) negare videtur. In patria quoque ſua honeſtiſsimum locum, & quidem in ſenatu ſibi contigiſſe, eodem volumine teſtatur.

M. Antonini, Imperatoris illius philoſophi, teſtimonium ſanè præclarum de Galeno retulimus ſuprà. Medici certè omnes, qui Romæ habitabant, (ſi immundorum fęcem, de quibus dictum eſt, exceperis) & in oppidis vicinis, familiaritatem eius, & ex doctrina fructum, vehementer expetebãt: deque omnibus, quę rarius, aut præter opinionem (vt ſunt, vel abſurda, vel admiranda quędam) incidiſſent, cum eo communicare, eiuſque iudicium, & conſilium, quàm libentiſsimè audire ſolebãt. Sed & procul ab eo, totiſque regionibus remoti, conſilia eius per literas requirebant. Itaque ex Iberia, Celtica, Aſia, Thracia, alijſque locis frequentes ad ipſum literæ perferebantur: tanta eius nominis celebritas erat. In conuiuio illo celebratiſsimo, quod Athenæus Dipnoſophiſtarum titulo deſcripſit, & quo Laurentius quidam Romanus doctiſsimos quoſque ex omni ſcientiarum genere excipiebat (omitto philoſophos, iuriſconſultos, poetas, rhetores, grammaticos) tres medici aderant, Galenus, Rufinus Nicaenſis, & Daphnus Epheſius, qui & medicus veluti ſacer habebatur, & Academicus excellens. Sed Daphni, & Rufini, pręter hæc nomina, nihil opinor ſupereſt: Galeni verò ſcripta optima, & maxima quæque: adeò ne nominatiſsimi quidem eiuſdem ætatis medici, vel aliqua ex parte cum eo comparari potuerunt. Cęterum, vt à ſuæ ætatis hominibus, & qui cum eo viuo vixerunt, honeſtiſsima retulit ſuę pręſtantię teſtimonia: ita & à poſteris, qui medicinę ſtudia propagarunt, quamuis barbaris exiſtimatis, pulcherrimis prędicatur elogijs: ab Auicenna quidem, eo quod ſupra recitauimus: Auerrois autem (quinto Colliget, capite de punicis granis) Galenum ita celebrat, vt experientia præcellentem prædicet: ac veridicum in primis, vt cui comparari non poſsit alius, ni forſan is, inquit, qui clamat quidem, ſed quid clamat, non percipit ſatis, Auicennam (vt videtur) notans. Alibi quoque Galenum, cum diuino Hippocrate primum in arte facit. *Sed nunc tandem ſimplici narratione tantum iter emenſi, figamus pedem hic, contenti hactenus ea dixiſſe: quæ quidem ſiue ſingula perſequi, ſiue etiam vniuerſa, oratione illuſtrare conetur aliquis, infinitum ſanè fecerit. Quiſquis autem vberius omnia cognoſcere cupit, ipſos Galeni libros legat: illos pręſertim, quos de pręcognitione ad Epigenem ſcripſit: & de noſcendis, curandiſque animi vitijs, & affectibus: & de libris proprijs. His clauſulæ loco ſubijciatur Magni medici epigramma, quod in Epigrammatum Grecorum Anthologio reperitur.

†Euſebius 8. Hiſt. eccl. ca. vlt. Galenum tempore ſuo in ſumma exiſtimatione habitũ teſtatur. Gregorius et Nazianzenus in Orat. Caſ. fra. & Theodoretus li. v. de cur. Græc. affec. Galenũ inter ſũmos, atque omniũ excellentiſsimos ſcriptores recẽſent.

ΜΑΓΝΟΥ ΙΑΤΡΟΥ, ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἦν χρόνος, ἡνίκα γαῖα βροτοὺς διὰ σεῖο Γαληνὲ
Δέχνυτο, καὶ θνητοὺς, ἔτρεφε δ' ἀθανάτους.
Χήρευεν δὲ μέλαθρα πολυκλαύτου Ἀχέροντος,
Σῇ παιωνίῃ χειρὶ βιαζόμενα.

INDEX
LIBRORVM OMNIVM GALENI QVI IN HIS VOLVMINIBVS CONTINENTVR.

ISAGOGICI LIBRI

GALENI Oratio Suaſoria ad Artes, à Ludouico Beliſario medico Mutinenſi latinitate donata. folio. 2
Siquis Optimus Medicus eſt, eundem eſſe Philoſophum liber, eodem interprete. 6
De Sophiſmatis in Verbo contingentibus liber, ab Horatio Limano translatus. 7
An Qualitates Incorporeæ ſint, eodem interprete, nunc accurate recognitus. 8
De Proprijs Libris, ab Ioanne Fichardo Francofordiano aliàs latinitate donatus, & nuperrime ab Auguſtino Gadaldino plurimis in locis ad veterum græcorum exemplarium fidem emendatus. 10
De Ordine Librorum ſuorum, ab Ioanne Fichardo latinus olim factus, & aliquot in locis ab Auguſtino Gadaldino expurgatus. 14
De Sectis ad eos, qui introduncuntur, à Ludouico Beliſario in latinum ſermonem conuerſus, & cum græcis codicibus accurate collatus. 15
De Optima Secta liber, Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete, ex quarta eiuſdem recognitione. 19
De Optimo Docendi genere, aliquot in locis emendatus. 30
De Subfiguratione Empirica, incerto interprete. 31
De Conſtitutione Artis Medicæ liber, à Victore Trincauellio conuerſus, & ab eodem recognitus. 35
Definitiones medicæ, qui liber à Bartholomæo Syluanio fuit traductus, atque ex codicum veterum collatione plurimis in locis auctus, denuo vero vetuſtis codicibus græcis collatis, accurate emendatus. 43
Introductio ſeu Medicus. Hic liber ab Ioanne Andernaco latinus olim factus eſt, poſtea ex græci exemplaris collations eſt non nullis in locis expurgatus. 50
Quo modo morbum ſimilantes ſint deprehendendi, Ioanne Fichardo Francofordiano interprete. 61
Ars Medicinalis, Nicolao Leoniceno interprete, & ad græcorum veterum exemplarium fidem ab Auguſtino Gadaldino aliquot in locis emendata. 61

PRIMÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Elementis ſecundum Hippocratem libri duo, à Victore Trincauellio translatus, & ab eodem recognitus. folio. 2
De Temperamentis libri tres, Thoma Linacro Anglo interprete, multis in locis emendati. 10
In Primum Hippocratis librum de Natura humana commentarius, à Victore Trincauellio translatus, & ab eodem recognitus. 25
De Atra bile, liber Bartholomæo Syluanio Salonenſi interprete, recognitus. 34
De optima corporis conſtitutione libellus, Ferdinando Balamio Siculo interprete, denuo ad fidem codicum græcornm emendatus. 37
De bona habitudine libellus, Ferdinando Balamio interprete, emendatus. 39
De Oſſibus liber, Ferdinando Balamio inteprete, quàm plurimis in locis ab Auguſtino Gadaldino expurgatus. 39
De Muſculorum diſſectione liber, ab Auguſtino Gadaldino verſus, & ab eodem exquiſite recognitus. Græce deſideratur. 44
De Neruorum diſſectione liber, ab eodem Auguſtino Gadaldino translatus, & recognitus. mutilus græce legitur. 53
De Venarum, Arteriarumque diſſectione liber, ab Antonio Fortolo Ioſerienſi latinitate donatus,

donatus,& poſt Andreæ Veſalij Bruxellenſis caſtigationes, plериſque in locis ab Auguſtino Gadaldino ad exemplarium græcorum fidem emendatus. 55
An Sanguis in arterijs natura cōtineatur liber, à Iulio Martiano Rota conuerſus, & ab eodem recognitus. 60
De Anatomicis adminiſtrationibus libri nouem, ab Ioanne Andernaco olim latinitate donati, & poſt diligentiſſimas Andreæ Veſalij Bruxellenſis, & aliorum quoque caſtigationes, ad græcorum exemplarium fidem aliquot in locis expurgati. 63
De Vuluæ diſſectione liber, ab Ioanne Bernardo Feliciano tranſlatus. 108
De Inſtrumento odoratus liber, Ludouico Beliſario medico Mutinenſi interprete, recognitus. 110
De Vſu partium libri XVII, Nicolao Rhegino Calabro interprete, ab Auguſtino Gadaldino pleriſque in locis, mendis expurgati. 113
De Vtilitate reſpirationis liber, Docto quodam interprete, recognitus. 225
De Cauſis reſpiratione libellus, ex duobus fortaſſe, quos Galenus cōpoſuit, excerptus, eodem interprete, 226
De Vſu Pulſuum, Thoma Linacro interprete. 227
De Hippocratis, & Platonis decretis libri nouem, Ioanne Bernardo Feliciano interprete, demum ab Alexandro Iuſtiniano Chio medico ad vetuſtorum exemplarium græcorum fidem accuratiſſime caſtigati. 231
De Naturalibus facultatibus libri tres, Thoma Linacro interprete, aliquibus in locis expurgati. 290
De Motu Muſculorum libri du, Nicolao Leoniceno interprete, nunc recogniti. 308
Quòd animi mores corporis temperaturam ſequantur, liber à Iunio Paulo Craſſo Patauino interpretatus, & ab eodem antiquorum exemplarium ope diligentiſſime recognitus. 231
De Naturalibus facultatibus libri tres, Thoma Linacro interprete, aliquibus in locis expurgati. 290
De Motu Muſculorum libri duo, Nicolao Leoniceno interprete, recogniti. 308
Quòd animi mores corporis temperaturam ſequantur, liber à Iunio Paulo Craſſo Patauino interpretatus, & ab eodem antiquorum exemplarium ope diligentiſſime recognitus. 317
De Fœtuum formatione liber, Ioanne Bernardo Feliciano interprete, ex antiquiſſimi exēplaris collatione emendatus. 322
An Omnes particulæ animalis, quod in vtero eſt, fiant ſimul, Nicolao Rhegino interprete. Græcum exemplar non habetur. 326
An Animal ſit id, quod in vtero eſt, Horatio Limano interprete, nunc pleriſque in locis expurgatus. 326
De Semine libri duo, ab Ioanne Bernardo Feliciano interpretati, & ex veterum exemplarium collatione recogniti. 328
De Septimeſtri partu, eodem Ioanne Bernardo interprete. 340

SECVNDÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Alimentorum Facultatibus libri tres, Martino Gregorio interprete, ad exēplarium græcorum fidem ab Auguſtino Gadaldino, non paucis in locis ad exemplarium Græcorum veritatem, expurgati. 7
De Succorum Bonitate, & Vitio liber, à Iulio Alexandrino medico Tridentino olim tranſlatus, & diligenter nunc recognitus. 33
In librum de Salubri Diæta commentarius, Hermano Cruſerio Campenſi interprete, nuper recognitus. 39
De Attenuante Diæta liber, Martino Gregorio interprete. 43
De Ptiſſana liber, ab Hieronymo Donzellino in latinum verſus. 46
De Paruæ Pilæ Exercitio liber, Valerio Centannio Vicentino interprete recognitus. 48
De Cognoſcendis, curandisq; animi morbis, quas perturbationes latini appellant liber, Bernardino Donato Veronenſi interprete. 50
De Cuiuſque animi peccatorum notitia, atque medela libellus, à Iunio Paulo Craſſo Patauino & tranſlatus, & ab eo diligenter etiam recognitus. 56
De Conſuetudine liber, ab Auguſtino Gadaldino ad verbum ferè latine expreſſus. 60
De Sanitate Tuenda libri ſex, Thoma Linacro Anglo interprete, ad antiquorum exemplarium Græcorum fidem aliquot in locis ab Auguſtino Gadaldino emendati. 62
Ars Tuendæ Sanitatis, num ad medicinalem artem ſpectet, an ad exercitatoriam, ad Thraſybulum liber, à Iunio Paulo Craſſo Patauino & conuerſus, & diligentiſſime recognitus. 101

TERTIÆ

TERTIÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Differentijs,& Cauſis Morborum,Symptomatumque libri ſex : quorum duo priores à Nicolao Leoniceo , quatuot poſteriores à Thoma Linacro olim ſunt verſi , & ab Auguſtino Gadaldino , ad græcorum exemplarium fidem aliquot in locis emendati. fol. 2
De Differentijs Febrium libri duo,Nicolao Leoniceno interprete,accuratius emendati. 30
De Inæquali Intemperie liber, Thoma Linacro interprete. 43
De Maraſmo,ſeu Marcore liber,Auguſtino Gadaldino interprete. 45
De Comate ex Hippocratis ſententia libellus ab Auguſtino Gadaldino translatus, & multis in locis emendatus. 48
De Palpitatione,Tremore,Rigore,& Conuulſione liber, Iohanne Guinterio Andernaco interprete, aliquot in locis caſtigatus. 51
De Difficultate Reſpirationis libri tres, Iano Cornario interprete , ab Auguſtino Gadaldino aliquot in locis expurgati. 56
De Plenitudine liber Victore Trincauellio interprete. 76
De Tumoribus præter Naturam liber,ab Horatio Limano conuerſus. 82
De Morborum Temporibus liber , Ioanne Andernaco interprete , aliquibus in locis emendatus. 85
De Totius Morbi Temporibus liber,eodem interprete,aliquot in locis correctus. 86
De Typis liber,ab Auguſtino Gadaldino antiquorum exemplarium græcorum,& veteris trāſlationis ope,translatus. 90
Ad eos,qui de Typis ſcripſerūt,vel de Circuitibus liber, Victore Trincauellio interprete. 91
De Cauſis Procatarcticis liber,Nicolao Rhegio Calabro interprete.græce deſideratur. 95
In Primum Hippocratis de Morbis Vulgaribus librum Commentarij tres,Hermāno Cruſerio Campenſi interprete , pluribus in locis ab Auguſtino Gadaldino emendati. 100
In Tertium Hippocratis librum de Morbis Vulgaribus Commētarij tres,eodem Cruſerio interprete,non paucis in locis ab Auguſtino Gadaldino expurgati. 127
In Sextum Hippocratis librum de Morbis Vulgaribus , Commentarij ſex. Iun. Paulo Craſſo Patauino interprete,ex quarta interpretis recognitione. 152

QVARTÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI de locis affectis Libri ſex,Gulielmo Copo Baſilienſi interprete. folio 2
De Pulſibus ad Tyrones Liber,Hermanno Cruſerio Campenſi interprete. 43
De Differentijs pulſuum Libri quatuor,eodem interprete. 46
De Dignotione pulſuum Libri quatuor,eodem interprete. 70
De Cauſis pulſuum Libri quatuor,eodem interptete. 86
De Pręcognitione ex pulſibus,eodem interprete. 104
SYNOPSIS Librorum ſuorum Sexdecim,de Pulſibus,cuius ipſe meminit in fine Artis medicinalis , & in libro de Proprijs libris Capite quinto : ab Auguſtino Gadaldino translata,græce impteſſa non habetur. 123
De Vrinis liber,Ioſepho Struthio Polono interprete. 122
De Criſibus libri tres,Nicolao Leoniceno Vicentino interprete. 125
De Diebus decretorijs libri tres,Ioanne Andernaco interprete. 145
In Primum Prorrheticorum librum commentarij tres,Ioanne Vaſeo Meldenſi interprete. 160
In Prognoſtica Hippocratis cōmentarij tres,Laurentio Laurētiano Florētino interprete. 189
De Præſagijs ex inſomnijs ſumendis Libellus,Auguſtino Gadaldino interptete. 213
De Præcognitione liber Iul. Martiano Rota interprete. 213

Totam hanc Claſſem quàm plurimis in locis expurgauit Auguſtinus Gadaldinus , adhibitis etiam multis emendatiſſimis codicibus græcis manuſcriptis.

QVINTÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Simplicium medicamentorum Facultatibus libri vndecim , Thedorico Gerardo Gandano interprete , ab Auguſtino Gadaldino ad veterum græcorum exemplarium fidem non paucis in locis repurgati. folio 2

De Subſtitutis medicinis liber, Iul. Martiano Rota interprete. 84
De Purgantium Medicamentorum Facultate, eodem interprete. 86
Quos purgare conueniat, quibus Medicamentis, & quo Tempore, eodem interprete. 88
De Theriaca ad Piſonem liber, eodem interprete. 89
De Vſu Theriacæ ad Pamphilianum liber, eodem interprete. 98
De Antidotis libri duo, eodem interprete. 99

Omnes hos ſex libros, idem Iul. Martianus Rota accuratius denuo ante obitum recognouit.

De Compoſitione Medicamentorum ſecundum Locos libri decem, quodam docto interprete, rurſus poſt Nicolai Machelli medici Mutinenſis recognitionem, aliquot in locis emendati. 121
De Compoſitione Medicamentorum per Genera libri ſeptem, Ioanne Andernaco interprete, denuo ab Auguſtino Gadaldino non nullis in locis ad græcorum veterum exemplariū fidem emendati. 209
De Ponderibus, & Menſuris Galeno aſcriptus liber, Auguſtino Gadaldino interprete. 235

SEXTÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Hirudinibus, Reuulſione, Cucurbitula, cutis Conciſione, ſiue Scarificatione, Ferdinando Balamio Siculo interprete. folio 2
ORIBASII De Cucurbitulis, Scarificatione, Hirudinibus, Deriuatione, & Reuulſione ſermo ex ſeptimo, & octauo Medicinalium collectionum ad Iulianum Imperatorem libro, Auguſtino Gadaldino Mutinenſi interprete. 3
De Venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratum liber, Ioſepho Tectandro Cracouienſi interprete. 5
De Venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratæos, qui Romæ degebant, eodem Ioſepho Tectandro interprete. 9
De Curandi ratione per ſanguinis miſſionem liber, Theodorico Gaudano interprete. 19

Hos libros omnes multis in locis emendauit Auguſtinus Gadaldinus ad vetuſtiſſimorum exemplarium græcorum veritatem.

SEPTIMÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Medendi Methodo libri xiiij. Thoma Linacro interprete, ab Auguſtino Gadaldino non nullis in locis ad græcorum exemplarium fidem emendati. fol. 2
De Arte Curatiua ad Glauconem libri duo, Nicolao Leoniceo interprete: ab Auguſtino Gadaldino ad fidem antiquorum græcorum codicum aliquot in locis caſtigati.

Poſt hunc librum collocari debuerat libellus, cui titulus eſt, Quos, & Quando, & Quibus medicamētis purgare conueniat, qui eſt in Quinta Claſſe, pagina lxxxviij. qui liber eſt cap. xxiij. libri ſeptimi Oribaſii ad Iulianum Imperatorem.

In librum Hippocratis de Victus ratione in morbis acutis commentarij quatuor, Ioanne Vaſſæo Meldenſi interprete, ab Auguſtino Gadaldino pleriſque in locis ad græcam veritatem emendati. 108
DE DIÆTA Hippocratis in morbis acutis, ab Auguſtino Gadaldino tranſlatus. Hic liber in tribus, quos habuimus codicibus græcis manuſcriptis, (neque enim adhuc impreſſus græce eſt) admodum corruptus legitur: ita vt quādoque vel nullo modo, vel vix ſenſus elici poſſit. Eius autem mentio fit (ſi tamē is ille eſt) à Galeno in libro de proprijs libris quarto, & ſexto capite. 153
De Remedijs paratu facilibus liber, ab Huberto Barlando Philiatrio olim tranſlatus, & multis in locis poſtea emendatus. 153
De Remedijs paratu facilibus ad Solonem, Spurius a Iun. Paulo Craſſo conuerſus, & nuperrime ab eodem recognitus. 161
Liber tertius de Remedijs paratu facilibus, Spurius, Iun. Craſſo interprēte, recognitus. 169
Documentum de Puero Epileptico, Nicolao Leonico Thomæo interprete. 175

In

In librum ſecundum de Natura humana, Victore Trincauellio interprete. 181
De Oculis, Spurius, Demetrio Græco interprete, à varijs mendis expurgatus. græcum exemplar deſideratur. 182
De Renum affectuum dignotione, atque medela, Chriſtophoro Hely interprete, Spurius recognitus. 191
In librum Hippocratis, de Officina medici, ſeu de ijs, quæ in medicatrina fiunt, commentarij tres, Vido Vidio Florentino interprete. 197
In librum Hippocratis de Fracturis commentarij tres, eodem interprete. 223
In librum Hippocratis de Articulis commentarij quatuor, eodem interprete. 251
De Faſcijs, eodem interprete. 293
Oribaſius de Laqueis ex Heracle, eodem interprete. 306
Oribaſius ex Heliodoro de Machinamentis, eodem interprete. 309

Hos ſex libros, quos Vidius olim conuerterat, nunc idem etiam diligenter recognouit.

EXTRA ORDINEM CLASSIVM LIBRI.

GALENI Commentarij ſeptem in Aphoriſmos Hippocratis, Nicolao Leoniceno Vicentino interprete, poſt caſtigationem, ex plurium antiquorum codicum collatione à Iul. Martiano Rota, & Auguſtino Gadaldino factam, nuperrime etiam aliquot in locis ab eodem Auguſtino Gadaldino expurgati. fol. 2
Aduerſus Lycum, quòd nihil in eo aphoriſmo Hippocrates peccarit, cuius initium eſt, Qui creſcunt plurimum habent caloris innati, liber, Iulio Alexandrino medico Tridentino interprete, ex poſtrema interpretis recognitione ad veterum exemplarium græcorum fidem. 61
Contra ea, quæ à Iuliano in Hippocratis aphoriſmos dicta ſunt liber, Iulio Alexandrino interprete, ex poſtrema interpretis recognitione. 66
Linguarum, hoc eſt obſoletarum vocum Hippocratis, explanatio, Mario Nizolio Bruxellenſi interprete, multis in locis ab Auguſtino Gadaldino emendata. 71

SPVRII LIBRI.

De Hiſtoria philoſophica liber, à Iulio Martiano Rota latinitate donatus. fol. 2
Prognoſtica de infirmorum decubitu ex mathematica ſcientia, à IACOBO MARISCOTTO Medico Florentino translatus, & quamplurimis locis ad antiquorum græcorum codicum fidem emendatus. 12
De Partibus artis medicæ liber ex veteri Nicolai Rhegini Calabri translatione reſtitutus. 16
De Dynamydijs liber ſine principio. 18
Alter liber de Dynamidijs, magna ex parte ex Aetio deſumptus. 19
De incantatione Adiuratione & ſuſpentione grece non habetur. 41
De Spermate liber. 36
De Natura, & ordine cuiuslibet corporis. 41
De Anatomia parua. 42
De Anatomia viuorum. 43
De Anatomia oculorum, Nicolao Rhegino Calabro interprete. 57
De Compagine membrorum, ſiue de natura humana. 58
De Virtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus, ex Galeni libris. 60
De Voce, & anhelitu. 60
De Vtilitate reſpirationis. 62
Compendium pulſuum. 65
De Motibus manifeſtis, & obſcuris liber, quem Ioannitius de Græca lingua in Arabicam tranſtulit, Marcus autem Toletanus de Arabica in Latinam. 66
De Diſſolutione continua. 71
De Aquis ex Galeno, & alijs præſtantiſſimis medicis, capita ſex Oribaſij, Auguſtino Cadaldino interprete. Hic libellus in prioribus editionibus De bonitate aquæ inſcriptus, mutilus legebatur. 75
De Vinis ex Galeno, caput ſextum libri quinti Collectionum medicinalium Oribaſij ad Iulianum Imperatorem, Auguſtino Gadaldino interprete. 76

Præſagium

Præſagium experientia confirmatum, Georgio Valla interprete. 45
De Vrinæ ſignificatione ex Hippocrate, eodem Georgio interprete. 78
De Simplicibus medicamentis ad Paternianum. 79
De Virtute Centaureæ, Nicolao Rhegino Calabro interprete. 92
De Catharcticis. 94
De Gynæceis, ideſt paſſionibus mulierum, Nicolao Rhegino Calabro interprete. 95
Liber Secretorum ad Monteum. 96
De Medicinis expertis liber, cui titulus eſt, Medicinalis experimentatio. 103
De Melancholia ex Galeno, Rufo, & Poſſidonio caput nonum libri ſexti Aetij, Iul. Martiano Rota interprete. 109
De Cura Icteri liber. 110
De Cura Lapidis Liber. 111
Quæſita in Hippocratem. 113
De HVMORIBVS, Auguſtino Gadaldino interprete.
De PLANTIS translatus Marſiliæ per Dominum Grumerum Iudicem de Placētia, & per magiſtrum Abraham medicum de Arabico in latinum, & eſt De medicinis occultis, quas noluit propalare, nec conſignare in libris ſuis alijs, quæ ſunt experimentatæ, & probatæ.

FRAGMENTA.

GALENI Commentaria quatuor in librum Hippocratis de Alimento Ioanne Baptiſta Raſario Medico Nouarienſi Ticini Græcas Latinasque literas ſumma gloria profitente interprete. fol. 3
Fragmentum Galeni Comment. in ij. lib. Epidem. Hippocratis, Hieronymo Mercuriali Medico præſtantiſſimo Patauij primum Medicinę locum merito obtinente interprete. 41
Breuis denotatio dogmatum Hippocratis ex ſermone xcix. Ioannis Stobæi. 42
Fragmentum ex quatuor cõmentarijs quos ipſe inſcripſit de ijs quæ medicè dicta ſunt in Platonis Timæo, ab Auguſtino Gadaldino translatum Græce in impreſſis codicibus deſideratur. 43
De Motu Thoracis & pulmonis fragmentum fortaſſe eorum trium librorum, quos Gal. de hac re compoſuit: quod ex antiqua tantùm translatione legitur: nam græcæ non habetur. 47
De Vocalium Inſtrumentorum Diſſectione, Auguſtino Gadaldino Medico Mutinenſi interprete. 48
De Subſtantia facultatum naturalium fragmentum, Bartholomæo Syluanio Salonenſi interprete. 50
Fragmentum quoddam exiguum, ac mendoſum quod Galeno adſcribitur, cuius titulus eſt, ſermo aduerſus Empiricos medicos, Auguſtino Gadaldino interprete. 51
Fragmenta Galeni ex aphoriſmis Rabi Moyſis collecta. 53
Fragmenta Galeni ex Raſis lib. contin. collecta. 59
Ex Athenæo primo Dipnoſoph. cęna Philoſophica, hoc eſt cęna ſobria. 61
Ex libro Nemeſij de Anima cap. 2. 62
De morſu qui in ægritudine percipitur. ex incerto. 62
Ex Themiſtio in paraphraſi quarti de naturali Auſcult. ch. 43. in Aldino. 63
Ex Simplicio in quartum de Naturali Auſcult. Ariſtotelis Comm. 41. 63

Siquid ſupereſſe videbitur in antiquis translationibus, quod in hiſce nouis non reperiatur: id titulorum diuerſitate contingere ſcias, non quia prætermiſſum aliquid ſit. Nihil eſt enim in vetuſtis illis codicibus, quod in hiſce nouis non contineatur: nam aut idem ſunt, verùm alio nomine inſigniti, aut compendia, aut partes, aut fragmenta. Exempla aliquorum ſubijcientur. Opus, quod illic Myamir appellatur, idem eſt, ac id, quod hic De compoſitione medicamentorum ſecundum loca inſcribitur. Libri item de iuuamentis membrorum, compendium ſunt librorum De vſu partium. Libellus de præſagitura, finis eſt libri De conſtitutione medica. Et qui de commoditatibus theriacæ inſcriptionem habet fragmentum eſt libri De theriaca ad Piſonem.

OMNIVM GALENI
OPERVM SYNOPSIS,

Quæ breuiter complectitur quicquid in vnoquoq; Libro, & in cuiusq; Libri ſingulis Capitibus, continetur, quod ad propoſita rei argumentum ſpectet.

LVCII SCARANI PHILOSOPHI AC MEDICI

opera, & labore nunc denuo confecta.

PRIMA CLASSIS HÆC HABET

Galeni de elementis ſecundum Hippocratem Libri duo, Quorum

PRIMVS LIBER Continet capita nouem, quorum vnumquodq; hanc Summam complectitur.

Caput Primum.

QVærit quid ſit Elementum.
Senſum non poſſe eſſe iudicem elementorum naturalium, exemplo pulſuerum vna commiſtorum.
Hæc ſenſibilia non eſſe vera elementa; neq; ſi quid minimum, & ſimpliciſsimū ſit, illud ſtatim oportere eſſe elementum; ratio ab Aquila, & lynce deſumpta.
A natura rei quærenda eſſe Elementa; vt quæ natura prima ſunt, & ſimpliciſsima, & in alia diſſolui non poſſunt.

Caput Secundum.

Methodum inueniendi Elementa eſſe, videre num ſit vnum, vel plura.
Vnum non eſſe Elementum ex Hippocratis auctoritate diſputat contra veteres.
Atomorum conuentu, & ſegregatione in uacuo omnia gigni & interire, ueterum ſententia.
Si ex his componeretur homo, cum ſint impatibilia, & inalterabilia, non doleret.
Redarguit eorum opinionem exemplo acus pungentis unam atomum, uel duos, uel plures.
Cum duo cõncurrant ad ſenſum, alteratio, & ſenſatio, utrum horum deſit atomo, non ſentiet homo.
Concludit, Elementum cum impatibile non ſit, non poſſe eſſe ſpetie unum, & rationem affert.

Caput Tertium.

Omnes ueterum opiniones in quatuor redigi ſpeties uidelicet.
- 1ª Ex ſenſu uacuis & impatibilibus
- 2ª Ex ſenſu præditis, ſed impatibilibus
- 3ª Ex ſenſu prǫditis, & patibilibus
- 4ª Ex patibilibus, ſed ſenſu expertibus.

conſtitui corpus ſentiens.

Duas primas tanquam in præcedenti confutatas omittit. Contra duas reliquas nunc diſputat, & quartam admittit.

Conſentanea dicere eos, qui aiunt, ex elementis ſenſu uacuis poſſe gigni aliquod ſentiens, uerum ijs alteratis, & tranſmutatis.

Ex multis Hippocratis locis colligit elementa eſſe plura vno.

Caput Quartum.

Eos qui dicebāt vnum eſſe elementum, aquam puta, vel aerem, vel ignem, vel ex mutua tranſtatione hoc probare ſe exiſtimabant.

Non idem eſſe de horum tranſmutatione, & de elementis agere.

Vnam & eandem demonſtrationem ad quatuor materias accommodabant.

Ponentes vnum Elementum Meliſſi rationem erigere, quæ erat abſurdiſſima.

Caput Quintum.

Eodem modo Hippocratem, & Ariſtotelem progreſſos in confutatione eorum, qui vnum ponebant elementum.

Qui vnum ponebant ens, philoſophiæ naturalis principia ex Ariſtotele, & medicinæ ex Hippocrate, vna ratione labefactare.

Quanquam nullum ſincerum elementum in corpore reperiatur, tamen non eſſe negandum ex ijs corpus eſſe compoſitum, exemplo tetrapharmaci, vel multorum pulucrum vna commixtorum.

Terram, aerem, aquam, & ignem communia eſſe rerum omnium elementa.

Caput Sextum.

Athenei opinionē ponit, q dicebat elementa ita eſſe euidentia, vt nulla egeant demōſtratione.

Atheneum aliquando qualitates, vel potentias, aliquando corpora appellaſſe ipſa elementa, nunquam aquam, aut aerem, &c. nominaſſe.

Calidum, frigidum, ſiccum, humidū, ex Atheneo tam animaliū, quàm medicinæ eſſe elemēta.

Hiſtoriam narrat cōgreſſus, qui ſibi fuit cum ſectatore Athenei circa nomen calidi, frigidi, &c.

Diſputat contra dicta Athenei, ponentis id eſſe calidum, in quo calor ſuperat, ſic de frigidi, & alijs, & qualitates ſolas non poſſe eſſe elementum.

Caput Septimum.

Contra negantes hæc quatuor eſſe elementa, quia nunquam ignis, aqua, aer, & terra, videntur detrahi de corpore noſtro, vel apponi.

Duplicem fieri in corpore noſtro tranſmutationem, alterationem, ſcilicet, & difflationem: quare altera indiget medicina, altera alimento, quæ ſi ſumma corpus noſtrum expoſcat, ſumma offerimus, ſi temperata, miſta adhibemus.

Caput Octauum.

Teſtimonio Hippocratis oſtendit has qualitates calidum, frigidum, humidum, & ſiccum vna cum ſubſtantijs intelligi, & corporea eſſe.

Diſputat aduerſus eos qui dicebant, Hippocratem non cenſuiſſe iſtas qualitates eſſe corporum elementa.

Caput Nonum.

Sanguinem, bilem, pituitam, & melancholicum ſuccum propria eſſe noſtri corporis elementa, omnium verò communia, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum.

Repetit antedicta, oſtenditque, cum qualitates elementorum in ſe inuicem agant, præter quatuor illa, calidum, frigidum, &c. nullam aliam qualitatem poſſe tranſmutare corpora, videlicet graue, leue, tactilia, aut viſilia.

Elementa oportere moderate ſe habere inter ſe, & per totum contemperari ad generationem.

SECVNDVS LIBER Continet capita quinque, ſingulorum hæc eſt ſumma.

Caput Primum.

PRæter calidum, frigidum, &c. quæ ſunt communia omnium elementa, ſunt etiam ſanguineorum animalium propria quędam elementa, ſanguis, pituita, bilis vtraque, præterea particulæ ſimilares.

Caput Secundum.

Sanguinea animalia num ex vno tantum ſanguine, an ex quatuor ſuccis conſtent.

Sanguinem

Sanguinem comprehendere quatuor ſuccos diuerſos,ſicut & lac tres,etſi videantur vnum.
Rationes aliquas huius affert ex corporum colore,& ex medicamentis educentibus diuerſos ſuccos.

Caput Tertium.

Aduerſus Aſclepiadem diſputat, qui negabat medicamenta purgantia peculiarem ſibi humorem trahere, ſed illud tranſmutare dicebat, & in ſui naturam conuertere,& ſic excommuni euacuationis ratione prodeſſe.
Quibus rationibus adductus fuerit Aſclepiades in illam ſententiam.

Caput Quartum.

Aduerſus eos,qui dicebant, hominem conſtare ex ſolo ſanguine, tanquam vno ſucco, verba Hippocratis affert,& quatuor eſſe naturales,& connatos humores monſtrat.
De ordine,quo quiſque humor in purgatione educitur,agit,vt Aſclepiadis,& aliorum opinionem euertat.

Caput Quintum.

Laudat quidem eos,qui dixerunt animal ex ſolo ſanguine gigni,& nutriri,vt conſentanea rationi dicentes, ſed magis inquit ad rerum naturam Hippocratem acceſſiſſe,qui quatuor poſuit humores.
Exemplo plantarum, quæ diuerſos ſuccos è terra eliciunt, medicamenta diuerſos humores è corpore trahere aſſerit; ac de facultate tractrice aliqua apponit.

GALENI DE TEMPERAMENTIS Libri tres, Thoma Linacro interprete.

PRIMVS LIBER continet capita nouem, quorum vnumquodque hanc ſummam complectitur.

Caput primum.

Proponit ſe omnium temperamentorum differentias explicaturum.
Hommonymiam quæ eſt in nomine calidi,frigidi,humidi, & ſicci, exponit,ac aliter in elementis, aliter in animalibus,& ſtirpibus intelligi.

Caput Secundum.

Aliquos duas tantum temperamentorum differentias poſuiſſe, humidum, & frigidum, calidum, & ſiccum, & qua ratione.
Aliquos,quatuor feciſſe differentias,& hos in duas partes fuiſſe diuiſos, & vtrorumq; rationes contra primos ponit.
Differentias temperamentorũ non poſſe eſſe plures,quàm quatuor ex cõbinatione monſtrat.

Caput Tertium.

Antiquos in recenſendis temperamentorum differẽtijs,temperatam omiſiſſe, ſine qua de alijs ne loqui quidem poterant.
In calido,& humido temperatum neque ipſos comprehendiſſe,vt dicebant,neq; comprehẽdi.
Sectatorum Athenei opinio,& rationes,quòd calidum, & humidum ſit temperatum, neq; reperiatur morbus calidus,& humidus; exemplo conſtitutionum anni, ex quibus ver ſolum dicant eſſe temperatum, quia calidum, & humidum.

Caput Quartum.

Ver non rectè dici calidum,& humidum,neque per comparationem ad æſtatem, aut hiemem, ſed per ſe æſtimandum,vt reliquæ conſtitutiones,nec autumnum abſolute frigidum, & ſiccum pronunciandum.
Humidum,& calidum temperamentum non modo nõ eſſe temperatum, verum omnium peſſimum probat tum auctoritatibus Hippocratis,tum exemplo carnium.

Caput Quintum.

Veteres ignoratione logicæ ſpeculationis erraſſe in diſtinguendis nominibus, nec intellexiſſe Ariſtotelem,cum de calido,frigido,&c. loquitur,non vno modo accipere.

Calidum, frigidum, humidum, & ſiccum contrarias appellationes recipere, ſi ad alia, atque alia comparentur, & idem dicetur calidum, & frigidum non adhibita diſtinctione.

Caput Sextum.

Duo calidi, vel frigidi, vel ſicci, vel humidi eſſe ſignificata, alterũ abſolute dictum, vt in elementis, alterum non abſolute, ſed contrarijs mixtis conſtans, vt in reliquis oĩbus ab elementis.

Cum vnumquodque qualitate affectum corpus trifariam dicatur, conſiderandum vtrum ſimplex aliquid, & immixtum indicemus, vel vt ad ſymmetrum eiuſdem generis vel ſpeciei conferentes, an veluti ad rem quamlibet.

Quæ dicatur optima, & media temperies in animalibus, & ſtirpibus, vel abſolute loquendo, vel per comparationem.

Caput Septimum.

Calidum, frigidum, humidum, & ſiccum non ſolum dici de qualitate, vt caliditatem ſignificat, ſed etiam de corpore qualitatem illam recipiente, vt album de qualitate, & corpore albo.

Innatum calidum quo ſignificatu apud Hippocratem accipiendum.

Caput Octauum.

Numerum temperamentorum inquirit, & eorum nouem eſſe differentias, quatuor ſimplices, quatuor ex ſimplicium compoſitione, & vnam mediam.

Caput Nonum.

In quolibet ex nouem temperamentis magnam eſſe latitudinem.

Vnumquodque cognoſci ex relatione ad medium.

Calida, &c. cum alia actu, alia poteſtate dicantur, primũ in ijs quæ actu calida, aut frigida, &c. ſunt, medium inquirit, tum in vniuerſa ſubſtantia, tum in ſingulis generibus.

Cutem in medio extremorum eſſe in homine, alias particulas, prout ab hac recedunt, ita ſiccas, vel humidas, calidas, vel frigidas dici, eaſque recenſet.

SECVNDVS LIBER *Continet capita ſex, quorum vnumquodque hæc complectitur.*

Caput primum.

Repetit ea breuiter, quæ hactenus de temperamentis dixit, & inſuper hominis exacte temperati tum corpore, tum animo, notas omnes deſcribit.

Caput Secundum.

Temperamenta omnium hominis ætatum explicat, inquiens,

Infantes eſſe omnium humidiſſimos non ſolum vaſis, & viſceribus, ſed etiam oſſibus, & pilis.

In ſenibus oſſa, & ligamenta omnia præſicca, & ſine ſucco eſſe, carnem neruoſam, & duram, verum eos alio modo poſſe dici humidos, excrementis ſcilicet.

Florentium ætatem in medio extremarum eſſe poſitam, ſenij, & infantię.

Quoad actiuas vero qualitates, ſenes eſſe frigidiſſimos probat multis rationibus.

Circa alias ætates, recenſet argumenta eorum qui pueros, & qui iuuenes eſſe calidiores aſſerebant.

Eorum arguendi modum reprehendit, quia ſecundis, & immaniſeſtis priora colligerent.

Eorum, quæ ſenſui ſubiecta ſunt, ſenſum debere eſſe iudicem non rationem, & ea quæ actu calida ſunt, tactu iudicanda, quæ vero poteſtate ratione.

Differentiam caloris puerorum, & florentium exemplo balnei determinat.

Caput Tertium.

Calidum, & frigidum tactu ſolum: ſiccum verò, & humidum tactu, & ratione; & de ſicco quædam.

Carnis temperaturam eſſe humidam, & eius ſpecies.

Cæterarum omnium noſtri corporis particularum, & ſuccorum temperamenta recenſet.

Caput Quartum.

Agit de ijs, quæ temperamenta comitantur, craſſitudine, & gracilitate.

Quomodo cognoſcendi pingues, & graciles, natura ne, an aliqua occaſione tales ſint.

Habitus cuiuſque temperamenti proprios perſequitur.

De ſanitatis, & intemperiei, quæ tamen intra ſanitatem conſiſtit, latitudine: item de morbi, qui extra ſanitatem egreditur, terminis.

Caput Quintum.

Agit de ijs quæ temperamenta comitantur, quoad duritiem, mollitiem, hirſutiem, & glabroſitatem, exemplo ſumpto à terra.

De generatione pilorum, ex quo temperamento fiant nigri, flaui, & quomodo criſpi.

De differentijs temperamentorum ex pilis, pro regionibus, ætatibus, & corporum naturis, ac de horum cauſis.

Caluities vnde proueniat, & vnde canities.

Caput Sextum.

Non in omnibus omnes corporis partes eodem temperamento conſtare.

Quæ ſit conſtitutio corporis in omnibus particulis æqualiter vnam temperaturam adepti.

Dignotio tēperamentorū ex calore tum aſcititio, tum naturali corporū, ꝑ diuerſitate regionū.

Cuiuſcunq; ſeorſum particulæ temperamenti notæ examinandæ, quę ex ſuis ipſarum functionibus dignoſcuntur.

Ex vna particula minime de totius temperamento coniectandum; neque ex naſo, aut cerebro, aut cute ipſa totius temperiem poſſe deprehendi.

Præſentes notas aliquando prioris eſſe temperamenti, non præſentis.

Excrementa non ſemper temperamentū oſtēdere; & in his omnibus errаſſe pleroſq; medicos.

TERTIVS LIBER *Continet capita ſex, quorum cuiuſque ſumma hæc eſt.*

Caput Primum.

Cum de medicamentis calidis, frigidis, humidis, ac ſiccis hactenus egiſſet, nunc de ijs, quæ poteſtate talia ſunt, ſe tractaturum proponit.

Poteſtate eſſe quot modis dicatur, & quæ magis, quæ minus talia eſſe dicantur.

Medicamenta poteſtate calida quonam modo nos calefaciant, & qua re indigeant, vt calefaciant.

Caput Secundum.

Eorum, quæ in corpus noſtrum aſſumuntur aliqua dici nutrimenta, & quomodo fiat nutritio; alia verò medicamenta.

Eorum, quæ medicamenta dicuntur, quatuor eſſe ſpecies, prout varie corpus afficiunt.

Redit ad nutrimentum, & ex ignis, & lignorum comparatione ipſum explicat.

Nutrimentum tripliciter dici, ex Hippocrate.

Caput Tertium.

Cur quæ cutem impoſita erodunt, & vlcerant, eadem intus ſumpta non idem præſtent.

Cur, è contra, quædam nihil extrinſecus offendāt, at intro ſumpta maxime lędant, aliqua præterea tum intus, tum foris maximum damnum afferant.

Omnia, quæ aſſumpta corpus noſtrum lædere apta ſunt, ea caſtigata valde iuuare poſſunt, vt meconium, cantharides, &c.

Caput Quartum.

Calida, frigida, humida, ſicca poteſtate quędam eſſe per ſe talia, quædam ex accidenti, & quomodo diſtinguenda.

In quod vnumquodque prompte vertitur, tale poteſtate dici.

Deleteria medicamenta quæ ſint, & ex quibus iudicanda.

Soluitur dubitatio de medicamentis, quæ etiam calfacta refrigerant.

Media medicamenta partim agere in corpus, partim pati, aliqua magis, aliqua minus; quod etiam in cibis ipſis verum eſt.

Vnum eundemque cibum tum nutrimenti, tum medicamenti vſum corpori præſtare probat contra iuniores medicos.

Quicquid poteſtate dicitur, eſſe ex eorum numero, quæ ad aliquid referuntur.

Caput Quintum.

Calidi, frigidi, &c. iudicium non ab extraneis faciendum, ſed ex eo, qui fit in nobis ſenſu primum, poſtea etiam ex alijs.

Quæ non ſatis valenter in nos agunt, quomodo ſenſu diſcernenda.

Vt admotæ rei ſincera natura exploretur, omni aduentitia qualitate carere debet, & affectioni ſimplici, & ſummæ admonendam.

Vtrum per ſe calefaciat medicamentum, an ex accidenti, diſtinguendum, exemplo perfuſionis aquæ frigidę, & euacuationis humorum.

Caput Sextum.

Quæcunque in toto opere de temperamentis expoſita ſunt breuiter in memoriam reuocat.

DE NATVRA HVMANA LIBER, CVIVS Exordium continet hæc.

Amicis petentibus hanc expoſitionem edidiſſe.

Primum ſe explicaturum ait, quæ in libris de elementis prætermiſerat.

Quid ſignificet nomen hoc naturæ, & quotuplex dicatur.

Elementi nomen, quid ſignificet.

Quæ ſint partes ſimilares, & quæ inſtrumentales.

In libro hoc de natura humana quid ſit ſpurium, & quid legitimum, legitimam partem perpendit, & eam eſſe Hippocratis multis rationibus, & Platonis authoritate probat.

Poſtremo aduerſus inuidos, & æmulos ſuos nonnulla profert.

Tractatio continet hæc.

Corporis noſtri naturam cum propoſuerit inuenire, hac vtitur methodo.

Primum inquirit num corpus humanum ſit ſimplex, an compoſitum, & compoſitum eſſe concludit, vſque ad ſextum contextum.

Cum compoſita ſint corpora noſtra, quærit quæ ſit componentium partium ſubſtantia. Et primum inquit eſſe calidum, frigidum, humidum & ſiccum, quæ ſunt vniuerſæ ſubſtantię elementa communia, à contextu ſexto, vſque ad decimum octauum.

Elementa proxima ſanguineorum animalium, in quibus eſt homo, eſſe ſanguinem, pituitam, bilem tum flauam, tum atram, & hæc inter ſe mutuo differre colore, conſiſtentia, calore, & frigore, & omnia eſſe ſecundum naturam, vſque ad contextum trigeſimum primum.

Quatuor dictos humores quatuor anni temporibus aſſimilat, & vnumquemq; humorem in cōſtitutione ſibi ſimili dominari, hinc frigidam, & humidam appellat pituitam, vt hiems, calidum, & humidum ſanguinem, vt ver, bilem, flauam calidam, & ſiccam, vt æſtas, & vt autumnus frigidam, & ſiccam atram, vſque ad contextum quadrageſimum primum.

Medicum ex anni tempore dominantem humorem, ex hoc autem, tum prædictionibus, tum curationibus contra morbum poſſe inſtare, vſque ad finem.

DE ATRA BILE LIBELLVS, CONTINET Capita nouem, quorum ſumma hæc complectitur.

Caput Primum.

De atra bile quicunque antea ſcripſerunt, aut ſuperuacanea poſuiſſe, aut neceſſaria prætermiſiſſe.

Epheſium Rufum omnium optime de melancholia ſcripſiſſe.

Eraſiſtrateos, Aſchlipiadeos, & methodicos, ſermonem de humoribus ad medicinam inutilem eſſe affirmaſſe.

Se primum quidnam vtile ſit, dicturum, poſtea ad horum ſermones reſponſurum.

Caput Secundum.

Nomen vnicuique humori primum ſtatuit, ne obſcuritas ſit in ſermone.
Quæ ſit humoris cuiuſque conſiſtentia color, & ſapor, diſtinguit.

Caput Tertium.

Bilis atra in quo differat ab alijs humoribus.
Eius duo genera, ea quæ ex ſanguinis fęce, & quæ ex bile flaua aſſatis principium haber.
Humorem hunc ex chyli qualitate generari.

Caput Quartum.

Sanguinem atrum, quæ nam apta ſint efficere, & inter cætera recenſet peſtilentiam quandam.
Quas morborum ſpecies hic humor gignere ſoleat in partibus conſpicuis.

Caput Quintum.

Atram bilem in venis vna cum alijs humoribus contineri, & ex eorum redũdantia gigni morbos in partibus etiam non conſpicuis, quorum aliquos recenſer.
Eraſiſtratum reprehendit, qui de atra bile nihil, de flaua verò pauca admodum nec vera ſcripſerit.

Caput Sextum.

Recenſet cauſas plurimas, ob quas atra bilis gignatur in corpore.
Monſtrat à liene purgari iecur humore nigro, & fęculento.
Inuehitur in iuniores medicos, qui aiebant, inutilem medicis eſſe ad munera artis contemplationem de humoribus, ac purgantia medicamenta fruſtra vocari purgantia, cum æqualiter humores omnes educant.

Caput Septimum.

Reprehendit Eraſiſtratum, qui lienem fruſtra factum à natura dicebat, nullumq; affectum ab humore melancholico fieri, cũ nihil de humorum generatione, & facultate fuerit loquutus.
Purgationem humoris melancholici antiquitus extitiſſe.
Lienem nutriri humore melancholico, & ſic ab eo expurgari ſanguinem, probat ratione ducta ab animalibus calidis, & ſiccis.

Caput Octauum.

Eraſiſtratum nomine purgationis aliquando vſum fuiſſe, & nigri humoris meminiſſe, ex ſuis ipſius verbis monſtrat.
Eraſiſtratum nouiſſe humorum generttionem, & loca, quibus continentur, verum data opera id occultaſſe.
Cum Eraſiſtratus de nigra vrina mentionem feciſſet, accuratius de vrina loqui debebat, vt fecit Hippocrates, cuius verba de vrinis apponuntur.

Caput Nonum.

Experientia multorum annorum ſibi compertum eſſe, quod omnes affectus qui fiunt ex humore melancholico, ſi in principio huiuſmodi humorem purges, eos omnino prohibebis.
A quolibet medicamento proprium trahi humorem, ex medicamentis vnicuique affectui datis comprobat.
Atram bilem differre ab humore melancholico, quod fuit cauſa erroris ijs, qui in ſanis humorem hunc minime generari dicebant.

GALENI, DE OPTIMA NOSTRI corporis conſtitutione, libellus hic continet capita quatuor, hæc argumenta complectentia.

Caput Primum.

QVÆ dicatur optima corporis temperies, num conuertatur optima cum temperatiſſima.

Nomen optimæ conſtitutionis varie à multis appellari: quoſdam vero damnat, tanquam in nominibus tantum fruſtra tempus terentes.

Caput Secundum.

A communi notione methodum aggreditur.

Optimam corporis conſtitutionem eſſe eam, quæ vel ſaluberrima ſit, vel probatiſſimæ ha bitudinis, cum rectarum actionum firmitate.

Talis habitus ſubſtantiam eſſe, in qua tum partes ſimilares omnes propriam temperiem ſortiuntur, tum inſtrumentariæ numero, formatione, & ordine, optime ſunt inter ſe conſtitutæ.

Caput Tertium.

Quòd difficillime tale corpus in morbos incidere poſſit, ex cauſis ipſum lędentibus probat. cauſas ipſas enumerans intrinſecas, & extrinſecas.

Caput Quartum.

Cum de exacte bene conſtituto corpore egiſſet, quod eſt tanquam norma Polycleti, ſanitas verò multam habeat latitudinem, de corpore hic tractat, quod paulum ab illo recedit, quod etiam intra bonæ conſtitutionis terminos eſſe dicitur.

GALENI DE BONA HABITVDINE libellus, hæc continet.

QVid bonus habitus ſimpliciter ſit, & ſine additione, & quid cum appoſitione Dionis, Herculis, & Athletarum, ac primum eſſe perpetuo bonum, alterum poſſe eſſe etiam malum.

Habitum athletarum perpendit, & cum ſimpliciter bono habitu comparat.

GALENI LIBELLVS DE OSSIBVS, continet Cap. xxv.

Medicum cognitam habere debere oſſium ſtructuram, vt eorum vitia noſcat, & curare ſciat.

Oſſa ſubijci ad vniuerſam corporis ſubſtantiam ſubſtentandam, & eorum diuiſio.

Breuis declaratio omnium nominum, quæ in hoc operæ de oſſibus, ad oſſa ſpectantium continentur.

SYNOPSIS.

Caput Primum.

De figura capitis bona,& praua,de ſuturis omnibus,quę ſunt quinque,de oſſe ſphenoide,præter quod, ſex eſſe totius capitis oſſa, eorumque deſcriptiones.

Caput Secundum.

De oſſe Zygoma, ideſt iugali.

Caput Tertium.

Reliquas faciei commiſſuras ſuturas etiam appellari debere, etſi recentiores anatomici has ſuturas quandoque harmonias appellare ſolebant.
De tribus inferioris maxillæ oſſibus, & reliquis adiacentibus.

Caput Quartum.

Naſi oſſa duo,ipſorum commiſſura, alæ. os ſuperioris maxillæ,in quo ſunt ſectorum dentium radices,quindecim eſſe omnia oſſa maxillæ ſuperioris ad plurimum,octo ad minimum,eaq; explicat ſigillatim.

Caput Quintum.

De dentibus, eos eſſe oſſa per diuiſionem probat, eorum in quaque maxilla nomina, numerus, & forma.

Caput Sextum.

De oſſibus maxillæ inferioris.

Caput Septimum.

De ſpina dorſi, eam quatuor, & viginti vertebris conſtare,ſi plures paucioreſue ſint,eſſe pręter naturam. Eius diuiſio in ceruicem,dorſum,lumbos,& os ſacrum.

Caput Octauum.

Enumerat ſigillatim cuiuſque ſpinæ diuiſionis vertebras, & primum eas quæ ſunt in collo, quomodo differant ab alijs, officium,de proceſſu pyrenoide,& Glenoide.

Caput Nonum.

Dorſi vertebras duodecim explicat, ſitum figuram,& officium ipſarum enarrat.

Caput Decimum.

De lumborum vertebris iam antea ſe declaraſſe ait earum numerum formam, proceſſum, & officium, nunc de ipſarum foraminibus agit,& de proceſſu ad inferiora vergenti.

Caput Undecimum.

De oſſe ſacro,ait, eum proportione reſpondere vertebris, ſimilitudinemq; cum ipſis explicat, ex tribus particulis eſſe conſtructum, ac de neruorum in ipſum ingredientium proceſſu.

Caput Duodecimum.

Cccygis oſſis ſitus, particulæ ,& nerui exponuntur.

Caput Decimumtertium.

De oſſibus thoracis, quæ conſtant ex oſſe pectoris, coſtis, & vertebris ad ipſum ſpectantibus: coſtarum cum vertebris, itemq; cum oſſe pectoris connexio, de enſiformi figura, de coſtis ſpurijs, & earum cum ſepto tranſuerſo connexione.

Caput Decimumquartum.

Scapularum ſitus, connexio cum alijs oſsibus, figura Acromion, ſcapulæ ceruicem proceſſus ancyroides, ſiue coracoides, explicantur.

Caput Decimumquintum.

Iugulorum ſitus, & figura.

Caput Decimumſextum.

De oſſe humeri, quod eſt omnium maximum præter femur, eius deſcriptio, figura, officium, & ſinus.

Caput Decimumſeptimum.

De cubito, quæ pars appelletur cubitus. De radio, quod cubito ſubeſt. De acuto proceſſu, coronæ dicto, ac de ſtiloide, ſeu columnali proceſſu ipſius cubiti.

Caput Decimumoctauum.

De brachiali ſiue carpo, ex quot oſſibus conſtituatur ſubſtantia, & figura, inter ſe connexio per ſynarthroſin.

Caput Decimumnonum.

De metacarpio, quod poſtbrachiale dicitur, eius colligatio cum priori digitorum phalange, ac de oſſibus digitorum.

In ſequentibus capitulis agitur de oſſibus, quæ cum ſacro committuntur vigeſimo. De femore, vigeſimo primo. De tibia vigeſimo ſecundo. De patella vigeſimo tertio. De pedis oſſibus, vigeſimo quarto, ac poſtremo de oſſibus plantę vigeſimo quinto.

GALENI LIBRI XVI. QVORVM DE VSV partium, Primus Liber Agit de vtilitate digitorum manus, continetque Capita xxv.

Caput primum.

QVid appellet particulas corporis animalis, eaſque multas eſſe, alias maiores, alias minores, & alias in aliam ſpeciem indiuiſibiles.

Caput Secundum.

Particulas deſeruire ipſi animæ, & pro differentibus moribus animæ differentes fuiſſe particulas, vel defenſorias, vel offenſorias, homini vno manus fuiſſe datas, & prudentiam quibus omnium aliorum inſtrumentorum, & armorum, vſum ſuperaret.

Caput Tertium.

Contra Anaxagoram, oſtendit particulas non docere animalia ſed ipſa ex ſui natura incitari ad agendum, quod probat ex nuper natorum animalium propenſione ad ſuas particulas exercendas, & Hippocratis teſtimonio, dicentis, naturas animalium à nullo doctas.

Caput Quartum.

Hominem cum omnibus naturalibus armis, & omni arte nudus natus fuerit, pro omnibus artibus

tibus rationem, pro omnibus armis, & inſtrumentis manus accepiſſe, quas appellat organum ante organum.

Caput Quintum.

De manus conſtitutione, quòd ea melior alio modo fieri non poterat. Manum, cum ſit organum apprehenſorium optima ratione hic diuiſam fuiſſe, ac multiformiter diuiſam, vt multiformes figuras comprehenderet.

Ad perfectam apprehenſionem quatuor digitos recta linea, vnum eis oppoſitum naturam feciſſe.

Caput Sextum.

Digitos, vt recte apprehenderent, oportuiſſe ſic molles in ſummitate, ſic rotundos, & ſic vnguibus præditos: alio enim modo effluxiſſent corpora comprehendenda.

Caput Septimum.

Cum varia ſit apprehendendorum conſiſtentia ad omnia habilem eſſe, factam digitorum conſtructionem.

Quæ nam eueniſſent incommoda ſi ex carne ſola, aut ex vnguibus ſolis ſtructi fuiſſent digiti.

Vt recte apprehendant, Hippocratis ſententia, vngues neque ſuperiores, neque inferiores digitorum ſummitatibus conuenit eſſe.

Caput Octauum.

Platonem, & Ariſtotelem notat, qui negligenter de vnguium utilitate loquuti fuerint.

Cum multa fuerit apud ueteres de utilitate particularum diſſenſio, & uariæ opiniones, Galenus methodum uniuerſalem conſtituit, qua diſſenſionem tollat, & ſingularum partium utilitatem inueniat, Hippocratis dictum tanquam principium, ac dignitatem aſſumens, illud primo declarans.

Ex actione, ac functione cuiuſque particulæ, poſſe ipſius utilitatem inueniri.

Caput Nonum.

Ad ſermonem de manu redit, in eiuſq; conſtructione recte exercendum eſſe ait, ut reliquarum partium facilior fiat methodus.

Rectam cuiuſque particulę conſtitutionem, ac pulchritudinem, quam appellat *εὐεξίαν*, in hoc poſitam eſſe, vt vtilitatem ad organorum functiones ſufficientem præbeant, quod & manui applicat.

Veram particulæ pulchritudinem reperies, ſi actionibus ipſius conſtructionem iungas, & quæ ſit vera pulchritudo.

Socratem apud Xenophontem, ideo cum pulchrioribus de pulchritudine contendiſſe, quia eam referebat ad actionis præſtantiam.

Vt methodum rectè ſtatuat, ſubſtantiam corporum, & quæ conſequuntur eam, diſtinguit, & tandem actiones tanquam fundamentum methodi proponit.

Caput Decimum.

Ab actione manus, quæ eſt apprehenſio, vtilitatem totius conſtructionis exponit, & vnguibus duritiem, ac poſitionem eam eius, quod eſt melius, fuiſſe tributam.

Caput Vndecimum.

Vngues non magis duros factos eſſe, quæ ſunt ob ſecuritatem, ne ſcilicet facile frangerentur, quod probat ex particulis aliorum omnium animalium prominentibus, vt vngulæ, calcaria, cornua.

Vngues rotundos eſſe factos ſecuritatis quoq; e cauſa, cum rotunda figura minus ſit ad patiendum apta, & quàm conteruntur vſu, ideo ſoli vngues augentur, & ſi reliquum corpus augeri deſinat.

Caput Duodecimum.

De oſſibus digitorum, ipſa quoque ob id quidem melius fuiſſe facta probat.

Oſſa omnibus corporis particulis firmitatem, & ſtabilitatem præbere.

Oſſa quid conferant digitis, & cur plura fuerint, & non vnum, & quomodo ſic ad omnes actiones digiti ſint accōmodati, ac impedimento ad actiones fuiſſent ſi ſic non eſſent conſtructi.

Caput

Caput Decimumtertium.

Cur non ſuper externas digitorum partes, ſed internis tantum fuerit appoſita caro, & cur pauca in articulis ipſis in ipſorum autem medio multa, ac in lateribus digitorum cur tanta: quæ ſunt propriæ carnis manuum vtilitates.

Quam vtilitatem habeant communem carnes manuũ cum alijs aliarum particularũ carnibus.

Carnem habere moderatam caliditatem, quę vtriſque immoderationibus frigiditatis, & æſtus profit, oſtendit tum ex balneis, tum ex rei natura.

Caput Decimumquartum.

Digitorum oſſa, neque plura tribus, neque pauciora fieri debuiſſe ad actionis firmitatem, ſecuritatem, & varietatem.

Magnitudo oſſium ea eſſe debebat, vt prælocatum maius eſſet poſt locato, fortitudinis cauſa.

Rotunda fuiſſe facta, quia hæc figura minime omnium iniurijs ſit obnoxia.

Vnumquodq; extrinſecus deuexum eſſe exacte, intus verò, & in latera haud ita, melioris gratia factum, & cur.

Caput Decimumquintum.

De digitorum articulationibus inquit, eas ſimiles eſſe articulationibus cęterorum omnium oſſium, quas explicat.

Cõmuniter omnibus articulis id molita eſt natura, vt eminentias cauitatibus ęquales habeant, chartilagines vtrumque os complectentes, humorem vnctuoſum, ligamenta membranoſa ex vtroque oſſe producta, quæ omnia inquit ineſſe digitorum articulationibus.

Caput Decimumſextum.

Quod ad aliarum partium vſum, inquit, nõ poſſe inueniri particulæ vtilitatem, antequam eius actio noſcatur, & ideo aliqua in alijs demõſtrata tanquã principia, & ſuppoſitiones paſſumit.

Caput Decimumſeptimum.

Ad digitorum oſſa, vt mouerentur, tendones naturam produxiſſe ex cubiti muſculis.

Tendonum vtilitatem eſſe ſentire, & moueri motu voluntario, & colligare muſculos oſſibus.

Quo loco, & qua forma inſerantur in oſſibus ipſi tendones, cur tam longos natura produxit, & quomodo in itineris longitudine eos munierit, declarat.

De multitudine, magnitudine, poſitione, mole, diuiſione, & applicatione cuiuſque tendonis.

Caput Decimumoctauum.

Caro cur in latera digitorum genita fuerit, ac de motibus lateralibus digitorum, & à quibus tendonibus fiant, & quę ſit huiuſmodi motus vtilitas.

Caput Decimumnonum.

De motu laterali item agit, eum, qui interior eſt eſſe imbecilliorem.

Tres eſſe in flexione figuras, vna indolens media, duæ extremę dolorificę.

Vtroſque motus laterales operari extenſis digitis, flexis verò quieſcere.

Tendones ad latera mouentes digitos, eſſe paruos, & corũ motum aliquando obſcurari, à motu maiorum exemplo pulcherrimo nauis, venti, & remigantium.

Caput Vigeſimum.

Repetit breuibus quæ pluribus dicta ſunt de motibus lateralibus quatuor digitorum.

Magnum verò digitum ſicut poſitionem habet eximiã, ita & actiones, & tendonum implantationes alijs eſſe præſtantiores.

Caput Vigeſimumprimum.

Aduerſus Epicuri, & Aſclepiadis ſectatores diſputat, qui dicebant, tendones non ideo fuiſſe craſſos, quia actionis eſſe debebant validæ, ſed contra, quia actiones ſunt validæ, & tendones exercentur, ideo incraſſantur, vbi verò actio eſt pauca, vel otioſa, ibi tendones eſſe paruos, & tenues.

Reprehendit eoſdem qui naturam accuſabant, qui cum in omnibus digitorum articulis quatuor implantationes tendonum effeciſſet, in magnis digitis vnam omiſit.

Caput Vigeſimumſecundum.

De digiti magni actionibus agit, inquitque ipſum æquipollere reliquis quatuor.

In ſimijs huiuſmodi digitum non eſſe, vt illi naturam accuſantes dicebant, ac ſimiæ tanquam ridiculo animali ridiculam corporis conſtructionem datam eſſe.

Caput Vigeſimumtertium.

De vtilitate numeri digitorum, eoſque neq; plures eſſe debuiſſe, quia ſuperflui fuiſſent, neque pauciores, quia periſſet actionis præſtantia in comprehenſionibus.

Caput Vigeſimumquartum.

De vtilitate inæqualitatis ipſorum digitorũ, inquit, ideo ſic conſtructos, vt fortius fortes moles retinerent, & in vnam circuli circumferentiam omnes peruenirent, ad ſphæricum, ſeu liquidum comprehendendum.

Caput

Caput Vigeſimumquintum.

Inquit ſe finem impoſuiſſe primo libro, & reliquorum ſexdecim de vſu partium librorum argumeuta exponit.

SECVNDVS LIBER Continet reliquas totius manus particulas, carpi cubiti, brachij, continetque Cap. xix.

Caput Primum.

Repetit quid actum ſit primo libro, in quo cum de motibus digitorum, & de tendonibus eos mouentes egiſſet, nunc conſentaneum eſſe de muſculis illorum tendonum tractare, inquiens eos eſſe viginti tres.

Caput Secundum.

Numerum recenſet muſculorũ, qui manũ mouent, quã partem quiſque moueat, & quomodo.

Antequam vſum cuiuſq; exponat manum diuidit in brachium, cubitum, & extremã manum, vocabulaq; ad hæc attinentia declarat.

Quid ſit ὑπόφυσις, ſeu explantatio, & quibus nominibus appelletur.

Caput Tertium.

De ſummæ manus muſculis, eosq; ſeptẽ eſſe numero, & vnicum quemq habere tendonem.

Vnum muſculum tantum extrorſum flectere omnes digitos, non autem vnum introrſum.

Errores priorum Anatomicorum in his muſculis aperit, & in hoc ſe eleganter excuſat.

Caput Quartum.

De muſculis omnibus qui mouent digitos, & manum, & de eo qui ad cutim internę manus eſt, quem alij ignorauerunt.

Cur non vni tantum tendoni, vel muſculo flexionem, vel tenſionem manus natura commiſit.

Diſtinctio motuum carpi à motibus cubiti, cui ſunt quatuor motus, propoſitione reſpondentes quatuor motibus carpi.

Muſculos cubiti extremæ manus factos ſeptem eſſe externos, quinque internos.

Caput Quintum.

Duodecim prædictos muſculos ſeptem externos, & quinque internos ſigillatim explicat, cuiuſque officium percurrens.

Caput Sextum.

Agit de tendone quodam, qui ſub cuti manus interna naſcitur, totam ipſam permeans, ſimilis illi qui in planta pedis, & in fronte ſuboritur.

Huius tendonis vtilitatem paruorum corporũ apprehenſionẽ tutam, inquit tum vt difficulter circumuerſaretur, ob tum, vt cutis ſit ſenſibilior, cum manus ſit propriũ tactus inſtrumentũ.

Caput Septimum.

De muſculis obliquis quatuor, qui radium mouent.

Cur duo ad pronum mouent radium duo, ad ſupinum.

Cur muſcolorum hoc fuit munus, & non tendonum.

Cur quatuor fuerint, & eorum ſitus, magnitudo, & in tendones diuiſio.

Regulam repetit, qua cuiuſque particulæ vtilitas reperiri poſſit, actione vel conſtructione, cuius exempla aliqua affert in oſſibus inſculptis, tutum vt tranſitum tendonibus exhibeât.

Caput Octauum.

De oſſibus agit extremæ manus, ijs qui ſunt ad carpum, & ad metacarpum.

Carpum ex octo oſſibus conſtare, metacarpiũ ex quatuor, & cur ex tot, cum nullus in his ſicut in digitis vſus appareat: carpi oſſium cõſtructio, & compoſitio mira, metacarpi oſſium conſtructio, & diuerſitas compoſitionis: horum oſſium vtilitas, officium, & ſecuritas.

Caput nonum.

Proponit ſe dicturum quando cauſam numeri oſſium carpi, & metacarpi.

Prius exponit cur digiti manus non vno ordine poſiti ſint, ſicut digiti pedum, & cur digitus magnus manus eo loco ſit ſitus, vbi nunc eſt.

Caput Decimum.

Carpi oſſa cur octo fuerint numero, & cur ita connexa ſint, vt vnum videatur eſſe os tantum; non tamen æqualiter, ſed magis conſtricta ſint ea, quæ ſunt ad cubitum, minus quæ ſunt ad metacarpium.

Metacarpij oſſa cur quatuor fuerint, & cur à ſe diſtant in connexione.

Caput Vndecimum.

De carpi dearticulatione, quę duplex eſt, altera in cubiti, altera in radij finibus, & de epiphyſium, tum cubiti tum radij, quæ carpum ſtringunt diuerſitate, & cur gibboſitates factæ fuerint in finibus radij, & cubiti.

Caput Duodecimum.

De octauo carpi oſſe, ac miro naturæ artificio in eius explantatione, & prouidentia, vt inferior eius finis ſubtilis, q̧ neceſsitate fuit talis, quàm maxime cartilaginibus tutus redderet.

Cum particulis carpi, quæ ſunt verſum paruum digitum, & earum vſu dixiſſet, deinceps, eas recenſet, quæ ſunt verſus magnum, ac de oſſibus ſeſami ſemini ſimilibus aliqua enarrat.

Caput Decimumtertium.

Radij poſitionem obliquam fuiſſe, ob conuerſionem ad latera faciliorem, cubiti verò rectam ob extenſionem, & flexionem, quæ recta fiunt, & cum duplex ſit poſitio obliqua, cur alteram maluit natura.

Cur cubitò incumbat radius, cur partes in medio ſunt tenuiores, quæ verò in gibbo tum cubiti, tum carpi, ſunt craſſiores, & denique cur ex ipſis extremitatibus cubiti, quæ eſt ad gibbum cubiti ſit craſſior, in radio vno ea quæ eſt ad carpum.

Caput Decimumquartum.

De radij, & cubiti dearticulatione ad brachium, duplices apophyſes, ſeu proceſſus eo in loco cubitum habere, & ex duabus concauitatibus ipſorum proceſſum, vnam fieri: nomina proceſſus vtriuſque explicantur.

Caput Decimumquintum.

Brachium in medio proceſſuum duorum, cauitatem habere rotundam, circa quam cubiti proceſſus corone dicta mouetur.

De cauitatibus quas appellat *βαθμίδας*, quæ extendendo, & flectendo cubito vſui ſunt, eas nec maiores, nec minores eſſe debuiſſe, earum figura, & forma.

De proba conſtructione cubiti coronæ, quæ *βαθμίδας* ingrediuntur, eas neque breuiores, neque longiores eſſe debuiſſe, neque rotundiores, neque latiores.

De brachij capitibus, interno, & externo, & eorum vſu, ac de ligamentis brachij ipſa capita complectentibus, & in vniuerſum de ligamentorum omnium natura.

Caput Decimumſextum.

De quatuor muſculis, & vno oſſe brachij.

Cur os extrinſecus gibbum fuerit, internis verò partibus magis ſimum.

Os brachij cur coopertum fuerit muſculis cubitum mouentibus. & cur quatuor, cum duo ſufficerent ad motum.

Non eſſe mirum, cum ſinguli muſculi ſingulis oſſibus alter cubito, alter brachio ſunt deſtinati. quòd ad motum vnius moueatur alter, & eius ratio, & cur muſculorum horum internus fuerit fortior exrerno.

De proportione muſculorum cum oſſibus ſibi ſubiectis, tum in his, tum in cæteris corporis particulis.

Cur oſſa maiora facta fuerint laxiora, cauernoſiora, & magis concaua oſſibus minoribus.

Caput Decimumſeptimum.

Antequam rationem exponat cur brachium vnum habuerit os, cubitus verò duo, de omnibus de articulationibus in communi agendum eſſe ait.

Fortibus, & vehementibus motibus quæ dearticulationes deſeruiant, & quomodo ſecuritati earum prouiſum, & quæ dearticulationes in leu bus motibus deſeruiant.

Pro validarum dearticulationum exemplo, ſumit eas, quæ ſunt in manu, pro debilium, eas quę ſunt in humero.

Naturam non omnes dearticulationes fortes, & tutas conſtruxiſſet, quia pugnant varietas motuum cum ſecuritate conſtructionis, exemplo multarum dearticulationum docet.

Caput Decimumoctauum.

Cur in carpo minimi ſint obliqui motus, ſurſum verò ad brachium maximi.

Caput Decimumnonum.

Se ſed dixiſſe ait de omnibus manus particulis, de reliquis, quæ ipſis ſunt communes cum toto corpore, ſuo loco ſe dicturum pollicetur.

TERTIVS LIBER Agit de extremo pede, tibia, & fæmore, habetq́, Capita xvj.

Caput Primum.

Reliqua pedeſtria animalia quadrupeda facta fuiſſe ob velocitatem ambulandi, qua indigebant, hominem autem, cum ei nihil opus eſſet hac velocitate bipedem factum, & loco velocitatis, & reliquorum omnium quæ cæteris inſunt inſtrumentorum, manus habuiſſe.

Hominem eam formam qua depinguntur centauri habere non debuiſſe ob multa, quæ ipſum impedirent; Ac de centauris multa diſputat aduerſus Pindarum Poetam, qui de ipſis egit.

Caput

Caput Secundum.

Crus ambulatorium eſſe inſtrumentum, ſicut manus apprehenſorium.

Animalibus pedeſtribus vtilius fuiſſe eo modo quo ſunt, quam erecta duobus pedibus ſtare.

Carniuororum animalium pedes eſſe multifidos, herbiuororum verò alia ſolidas vngulas habere, alia bifidas.

Exanguium animalium quædam paruis, & multis vtuntur cruribus, quædam non multis, ſed prælongis.

Incommoda recenſet, quæ pedeſtria habuiſſent ſi duobus tantum cruribus erecta uterentur.

Caput Tertium.

Cur cætera animantia non ſedeant, vt homo. Spinam cum fęmore angulum rectum efficere cum ſedemus, ſicut etiam fęmur cum tibia.

Cætera animantia prona incedunt, quia nihil manu elaboratura erant, ſicut homo.

Falſum eſſe quod dicũt, hominem ideo rectum factum eſſe, vt in cęlum reſpiciat: aliqua enim bruta commodius in cęlum poſſe reſpicere quã homo; hinc antiquos redarguit, quòd pauci nouerint vſum particularum.

Caput Quartum.

A cruribus incepit, & tum hæc, tum alias particulas deinceps, oſtendit ita conſtitutas fuiſſe, vt alia conſtructio melior excogitari non potuerit.

Pedum hominis conſtructionem non rotundam, & duram eſſe debuiſſe, ſed oblongam, & mollem, alteram verò alijs commodiorem.

Caput Quintum.

Humani pedes cur adeo longi fuerint, ſicut nunc ſunt, adeo lati, & inferne caui, ſuperne gibbi, ac primum de ambulatione agit, & inquit fieri circumlatione cruris, ſtabilitate pedis, cuius rei aliqua exempla affert.

Homini non vt animali ſimpliciter, ſed vt ſapienti animali, ea conſtructione datos fuiſſe pedes.

Commoditates recenſet, quã habet homo ex tali forma pedum; & incõmoda ſi aliter fuiſſent.

Caput Sextum.

Humanum pedem non ſtabilitatis tantum, vt equinum, ſed etiam apprehenſionis cauſa factum, hoc vt principium dicendorum ponit.

Pedem humanum habuiſſe quidem commoda manus, vt apprehenſorium inſtrumentum, deuitaſſe verò incommodum oppoſiti digiti, quod ad firmitatem erat inutile.

Partes pedis, digiti, tarſus, planta, & earum vſus.

Caput Septimum.

De unaquaque ſimplici pedis particula ſigillatim dicturum ſe ait, eaque prætermiſſurum, quæ pedibus cum manu conuenit, vt apprehenſorij, quæ uerò ſunt propria pedis, ut ambulatorium, inquit ſe relaturum: ac recenſet, quæ ſint ea quæ conueniunt ei, ut apprehenſorio inſtrumento, & quæ ut ambulatorio tantum.

Cur internis partibus altus fuerit pes, & cauus: ac denique uſum explicat ſeptem primorum oſſium ipſius pedis.

Caput Octauum.

De uſu calcanei, aſtragali, quatuor oſſium tarſi, oſſium plantæ, & digitorum pedis.

Num planta pedis proportione reſpondeat metacarpio manus, & in quo differant, contra Eudemum.

Aſtragulum eſſe præcipuum inter oſſa, quæ ad mouendum pedem pertinent, calcaneum uerò inter ea quæ ad firmitudinem, ac de ſitu, & utilitate utrorumque.

Concauum in medio natura fecit pedem ob tria.

De pede ſimiæ.

Caput Nonum.

De oſſe fęmoris, cur deuexum, & curuum in externa parte fuerit, reſimum uerò in contraria; & quæ uitia ſecuta eſſent ex rectiori figura.

De tibiæ partibus, cur ſuperiores quæ ſunt poſt genu foras ſenſim abſceſſerint, inferiores uerò quæ ſunt ad malleolos intro redierint.

Caput Decimum.

De motibus pedum dicturus, prius manus motus repetit, ut eos cum pedum motibus comparet, explicans in quo cum manu conueniant, & in quo differant.

Sicut digiti manus cõtrariam habent magnitudinem digitis pedum, ita & tendones ipſorum, & motuum ipſorum differentia.

Similiter, & diſſimiliter ſe habere pedum, & manuum tendones: ſimiliter, quod quatuor ſunt ipſorum genera, quatuor cuiq; digito motus ſupeditantes diſſimiliter uerò quoad originẽ.

Cur nullum muſculum obliquum natura, ex tibia inſeruit in fibula ea proportione, qua in manu cubitum radio coniunctum eſt.

In

In tibia tredecim eſſe capita tẽdonum,& quæ,eorumq; vſum,poſitionem,& figuram explicat.
Poſtremo artificium naturæ exprimit in condenda cute plantæ pedis, ſicut interioris manus.
Summa eloquentia decantat Conditoris noſtri prouidentiam,qua vſus eſt non ſolum in creatione cęlorum,ſolis,& lunæ,ſed etiam horum inferiorum,& ſapientiam eius etiam in minimis admiratur.

Caput Vndecimum.

Pedem,& ſi humilis,ac vilis particula ſit,non tamen deterius fuiſſe conſtructum, ac cerebrum ipſum,cum ita recte ſuam obeat actionem ob quam factus fuit,quàm cerebrum ſuam.
De pedis cute,cur ſic dura facta fuerit, & qui nerui ei ſenſum præbeant, & cur maiores fuerint nerui qui ſunt in cute manus; At de neruis poſtea ſe tractaturum dicit.

Caput Duodecimum.

Pedis cutis cur adeo firmiter adhæreat ſubiectis particulis,& de tendone,qui per eam diſſeminatus eſt.
Pedis cutem neque nimis duram,neque nimis mollem fuiſſe,& qua cauſa.

Caput Decimumtertium.

De tibiæ,& fibulæ oſſibus,eorumq́; natura nominibus,& triplici vtilitate.
Cur duo hoc loco fuere oſſa,cum potuiſſet eſſe vnum tantum magnum.
Conditoris ſapientia in conſtruenda tota tibia minore quidem quàm cruris os, vt facile moueretur,verum ea magnitudine,vt ſuprapoſitum eius tuto ſuſtineret.

Caput Decimumquartum.

Tibiæ magnitudinem eam ſymmetriam habuiſſe, vt optimè ſit ad velocitatem comparata, & nihil ad firmationis ſecuritatem lædatur; quod exemplis varicum,& extenuatorum probat.
Fibulam eſſe articulo aſtragali tutelam,& quaſi propugnaculum tibiæ.
Differentia conſtructionis fibulæ à conſtructione radij, cum dearticulationem, & proportionem habeant eandem.

Caput Decimumquintum.

De genu cum oſſe fęmoris dearticulatione,de cauitate ipſius tibiæ,in qua fęmoris os ita inſeritur,vt neque laxus ſit ingreſſus,neque difficilis motus.
De rotula ſeu patella,& quodnam ſit eius munus.
Quatuor cum ſint regiones circa articulum genu,vniuſcuiusque cuſtodiam, & propugnacula recenſet, diuerſa quidem,ſed vt quæque pars poſtulabat.

Caput Decimumſextum.

De Muſculis fęmoris cur tredecim poſuerint, de ipſorum implantationibus, & actionibus ad motum genu,& tibię deſeruientibus; de magnitudine,& poſitione.
De artificio naturæ,circa tres magnos muſculos crus extendentes,& genu molam, tum ſtringentes,tum attollentes,ac de vſu ipſorum dum ambulamus.
De tribus alijs muſculis, qui prædictis tribus oppoſiti ſunt,& contrarium motum efficiunt.
Cur omnes muſculi deſcendant,& implantentur ad caput tibiæ,prætereuntes ipſius dearticulationem.
Naturam conuenientes animi moribus, & potentijs particulas corporis omnibus animalibus conſtruxiſſe, exemplo ſimiæ.

LIBER QVARTVS Agit de ventriculo hepatæ, & inſtrumentis nutritionis continetq́; Capita xx.

Caput Primum.

DE via ab ore ad ventriculum,quæ appellatur proprie ęſophagus,ſtomacus verò communi ratione omnium ventrium.
De ventriculo,quod eſt tanquam promptuarium in quo conficitur alimentũ,excerniturque vtile,ab inutili.

Caput Secundum.

Quod in ventriculum confectum,& repurgatum eſt excipiunt venæ meſeraicæ, quæ deferunt ipſum ad hepar.
Partes deſeruientes nutritioni aſſimilat inſtrumentis vulcani, quæ ex ſeipſis ad ſua officia mouebantur.

Caput Tertium.

Hepar accepto nutrimento à meſeraicis præparato in ſanguinem exacte conuertit.
De ſecunda purgatione quam poſt ventriculum moliter hepar in chylo, ſumpto exemplo ex vini muſti defęcatione.

Caput Quartum.

Vt chylus ad hepar delatus à ſuis excrementis purgaretur duo inſtrumenta fuiſſe conſtructa,

veſicam

ueſicam fellis, quæ prope hepar eſt ſita,& lienem, quæ remotior eſt, & cauſa remotionis figura, & ſitus ipſorum.

Caput Quintum.

Factum ſanguinem purum venam cauam excipere, quæ quidem fertur in partem ſuperiorem, & inferiorem animali, vt canalis quidam.

De humiditate aquea,quæ eſt tanquam vehiculum chyli primum,poſtea ſanguinis.

Caput Sextum.

Humiditatem aquoſam poſtquam functa fuerit ſuo munere, excipi à renibus duobus, & ab iiſdem alio traſmitti, & quo loco ſiti ſint ipſi renes.

Caput Septimum.

Ad ventriculum rediens eius vſum explicat.

Ventriculum quatuor habere facultates,& præterea ſenſum indigentię quo carent cæterę particulę corporis animalis.

Quomodo in ventriculo fiat ſenſus famis, & indigentiæ, cuius cauſa par neruorum immiſſum fuit.

De vſu poſitionis ipſius ventriculi, etiam hepatis,& lienis.

Ventriculi figuram explicat ſimilitudine ſphæræ, & qua de cauſa fuerit rotunda.

Cum in coctionem intendit, vndique contrahi, & claudi orificia eius.

Caput Octauum.

De tunicis duabus ventriculi, & in quo differant à tunicis inteſtinorum.

Qua cauſa ventriculus rectos, & obliquos habuit villos,inteſtina verò obliquos tantum.

Ventriculi interna cur duriora fuerint, quàm inteſtinorum.

Cur venę plurimæ inteſtinis largitæ, ventriculo autem paucæ admodum.

Qua cauſa hepar ambiat ventriculum, & tanquam manibus quibuſdam ipſum amplectatur.

Ventriculum à circumpoſitis partibus foueri, & caliditatem accipere.

Caput Nonum.

Anteriorem partem ventriculi cum nuda eſſet, indiguiſſe aliquo indumento, & ideo factum fuiſſe corpus quoddam, denſum,leue,& calidum, quod appellatur omentum.

Omenti conſtructio. Probatur ipſum calefacere exemplo illorum qui vulnus in abdomine acceperunt.

Omentum extendi ad inteſtina ad adiuuandam coctionem.

De peritoneo, eiuſque deſcriptio, vtilitates quinque eiuſdem enumerantur, & explicantur.

Quo nomine appellandum peritoneum; membrana, an tunica,an operimentum.

Caput Decimum.

De peritoneo quomodo veſtiat ſingula quæ ſunt ſub thorace inſtrumenta, eiuſque origo, progreſſus, & ſubſtantia explicatur.

Caput Vndecimum.

Redit ad omentum vnde digreſſa fuit oratio. De loco vbi primum generatur omentum, quibus particulis incumbat, & eius inſertiones.

Caput Duodecimum.

Cum hepar ſit primum ſanguificationis inſtrumentum, quærit quæ pars in eo hanc actionem ædat, & per enumerationem partium facta diuiſione, excluſiſque cęteris,carnem ſolam hepatis hoc præſtare concludit.

Venis quæ ad ventriculum, & inteſtina pertinent ineſſe etiam quandam ſanguificationis facultatem.

Poſtremo omnes hepatis particulas recenſet, venas, arterias neruos,bilis receptaculum, tunicam, & propriam hepatis ſubſtantiam.

Caput Decimumtertium.

De poſitione, numero, magnitudine, complexione, conformatione, coitione, & omni communione quam habent inter ſe venæ, arteriæ, nerui, bilis veſica, tunica, & reliqua hepatis ſubſtantia.

Caput Decimumquartum.

De tuta poſitione, quam natura molita eſt hepati.

Vincula quibus hepar obfirmatum eſt, peritoneum, aliud quo phrenibus annectitur,quod venam etiam cauam colligat eo loco, quod periculoſiſſimum eſſe Vliſſis teſtimonio cõprobat.

Poſitio hepatis ea parte qua phrenes tangit, qualis.

Caput Decimumquintum.

De vſu ſplenis dicturus, primum Eraſiſtratum reprehendit, qui uiſcus hoc fruſtra factum fuiſſe à natura aſſeruit.

Splenem eſſe inſtrumentum purgandi ſanguinis limoſi, & craſsi in hepate, & quomodo hoc præſtet.

De conſtitutione totius corporis ſplenis, quod molle rarum, & laxum eſſe inquit, & cur vſu ita fuerit.

De venis, & arterijs quę ſunt in ipſo liene, qualem ſanguinē contineant earumq; officio, & vſu.

Comparationis carnis, & ſanguinis in ſplene, cum eo, qòd eſt in hepate.

Splenem ex ſubtili, ſed nigro, hepar ex rubicundo, & craſſo, pulmonem ex flauo, ſubtili ac ſpirituoſo ſanguine nutriri.

Caput Decimumſextum.

De ſitu, & ſecura poſitione ſplenis, ipſiuſque ligamentis, & tunica, quam à peritoneo oriri ait.

Caput Decimumſeptimum.

De vſu inteſtinorum tenuium. Ea fuiſſe facta primario, vt diſtribuerent chylum in venas, ſecunda tamen ratione facultatem quandam concoctricem ciborum adepta.

Subſtantiam inteſtinorum non multum à ventre ſubſtantia diuerſam.

Quod aliud ſit concoctionis inſtrumentum proprium, aliud diſtributionis probat tribus rationibus.

Inteſtinorum circumuolutiones factas eſſe, vt quicquid alimenti concoctum eſſet, ad vnguem diſtribueretur.

Inteſtina vnam tantum tunicæ ſpeciem habuiſſe ex villis tranſuerſis conſtantem, expulſionis cauſa.

Duas tunicas habere inteſtina ſecuritatis cauſa.

Caput Decimumoctauum.

De vſu craſſorum inteſtinorum, ipſa facta fuiſſe ne celeris, ac frequens excrementor um expulſio fieret.

Principium horum eſſe cęcum inteſtinum, & de huius inteſtini cęci conſtructione, & vſu, quod tanquam excrementorum receptaculum eſſet.

Homines, & pedeſtria animalia vnum habere huiuſmodi receptaculum in deſtris ibibus aues verò bina.

Caput Decimumnonum.

Inteſtinis muſculum quendam eſſe præpoſitum, qui ſphincter appellatur ne excrementa intempeſtiue, & præter voluntatem eijciantur, ſicut in veſicæ collo quoque factum fuit.

Quomodo partes ad uentriculum, & inteſtina pertinentes nutriantur ipſę; ac de venis ipſorum inteſtinorum proprijs, ab hepate diſtinctis.

Per quas uenas prius diſtributio ad hepar facta fuit, per eaſdem ſanguinem ad inteſtina nutrienda recurrere.

Caput Vigeſimum.

De meſeræi uſu, cum factum fuiſſe, ut exiguis uaſibus, quæ ab inteſtinis ad hepar alimentum deferunt eſſet quaſi falcimentum, & ſecuritas in itinere.

LIBER QVINTVS, Reliqua membra nutrimentis, excrementis d:ſeruientia explicat continet Capita xvj.

Caput Primum.

IN hoc libro conſiderandum primum eſſe, num commodiorem locum uena magna ſortiri potuit in corpore humano itidem de arteria magna, de alijs quibuſdā uenis.

Caput Secundum.

Num ſatius fuerit unam fuiſſe uenam quæ in plures ramos poſtea diuideretur, an ex pluribus locis plures uenas per corpus emitti.

Principium diuiſionis uenæ magnæ in hepate fieri, fuiſſe commodius.

Venam magnam ſemper comitari arteriam, & cum ea una diuidi, niſi neceſſitas prohibeat.

Ad diuiſionis ſecuritatem pancreas appellatum naturam in capite fabricaſſe.

Caput Tertium.

Poſt uentriculum, aliarum particularum nutrimentum recipientium catalogus.

Quædam ſi ab ipſo Galeno prętermittantur, ea ex conſequutione quadā poſſe intelligi, exemplo huius allato exortus ipſius inteſtini.

Quaſdam particulas nullum præſtare uſum, ſed alias neceſſario ſequi alicuius etiam cōſtructæ ſluere, & tanquam ſymptomata dicenda eſſe, eodem exemplo declarat.

Caput Quartum.

De uaſe bilis, & eius exortu, & cur adeo breuem fuiſſe præſtiterit.

Quòd neceſſe fuerit multa excrementa in corpore gigni, obiter oſtendit, exemplo cuiuſdam qui male ſe habebat in uentriculo.

Cum excrementa indigeant inciſione, abſterſione, & uacuatione, huic à natura conſultum eſſe meatu fellis eo loco appoſito.

Cur

Cur vas fellis, ſi abſtergere debebat excrementa, non fuit in ventriculum poſitum, difficultates, & incommoda narrantur.

Flauam bilem in corpore non aſſumi, ſicut neque melancolicum humorem, quòd in ventriculum à liene deponitur ſine noxa.

Caput Quintum.

Ad alterum excrementum aquoſum, & tenue ſanguine expurgandum renes à natura cõſtru-ctos fuiſſe, & veſicam, & vrinarios meatum.

De vtilitate poſitionis renum, cur deſter ſuperior, alter inferior fuerit.

Contra Aſclepiadem occaſione rerum diſputat, qui ſolum ſpiritum in arterijs contineri dicebat; & contra Eraſiſtratum, qui non in omnibus opera naturæ eſſe laudanda dicebat.

Contra Lycum, qui excrementum nutritionis renum eſſe vrinam dicebat.

Caput Sextum.

Redit ad vtilitatem poſitionis renum cur alter ſuperior, inferior alter fuerit.

Cur duplex hoc inſtrumentum fecerit natura, ſimplex verò lienem, & meatum fellis.

Ipſorum renum corpus cur adeo denſum fuerit; ac ipſos non trahere purum ſerum, ſicut neq; ſplenem; veſicam verò fellis ſinceram trahere bilem.

Caput Septimum.

Perficit quæ in præcedenti capite propoſuerat, cur dura ſubſtantia fuerint renes, & cur è contra laxus, & ſpongioſus ſit ſplen.

Renes non indiguiſſe alijs vaſibus ad ſuam nutritionem ſicut indiguerunt veſica vrinæ, & fellis, & qua cauſa.

Caput Octauum.

De ortu, & inſertione neruorum arteriarum, & venarum in vtranque veſicam, vrinæ inquam, & fellis, & quomodo natura ſecuri ati proſpexerit tum ipſius veſicæ fellis, vt vaſorum paruitate, tum ipſorum vaſorum itineris breuitate, & membranarum appoſitione.

Caput Nonum.

Renes habere neruum paruum, vt hepar, lien, & ueſica fellis, quanto ſcilicet opus erat ad ſenſum, vt à plantis diſtinguerentur.

Tres ſcopos naturæ fuiſſe in neruorum diſtributione, ſenſum, motum, & rei moleſtæ fugam; & huius dicti exempla in particulis ponit.

Naturæ iuſtitiam recenſet in neruorum diſtributione pro vniuſcuiuſque partis merito, & dignitate.

Caput Decimum.

Inſtrumentis nutritorijs paruos neruos datos fuiſſe, vt tertium tãtum vſum explerent, noxaſq; ſentirent, vt animal ſeruaretur.

Exemplo diſenteriæ oſtendit, ipſis nutritionis inſtrumentis opus fuiſſe aliquo ſenſu ad noxas percipiendas, & expellendas.

Cur in hepar adeo magnum viſcus neruus minimus fuerit inſertus, ſicut etiam in veſicam fellis, at ueſicę urinariæ plures, & maiores tributi fuerint.

Caput Vndecimum.

Tunicarum craſſities non pro dignitate, ſed pro vſu vnicuique dictorum inſtrumentorum tributa.

De tunicis externis, & internis hepatis veſicæ, & uentriculi, & differentia ipſarum, tum de cauſa diuerſitatis uillorum in unoquoque dictorum inſtrumentorum.

Caput Duodecimum.

Cur tunicæ externæ inſtrumentorum nutritionis tranſuerſos tantum habeant uillos, internę uerò plurimos rectos, & paucos obliquos.

Cur tunicas duas habuerint, cum potuiſſet natura unica tantum ſufficere actionibus tribus.

In uentriculo cur tunica fuerit craſſa ſatis, & carnoſa, at in excrementorum inſtrumentis tenuis.

Caput Decimumtertium.

Subſtantiam meatuum ſimilem eſſe ſuis ueſicis, ureteris quidem ueſicæ maiori, alterius uerò qui bilem ducit, ipſi fellis folliculo.

Mirabilem inſertionem declarat ureterum in ueſicam, & meatus bilem continentis in inteſtinum, ſic enim oblique infixi ſunt, ut nullo modo retrocedere excrementum poſſit.

Quæ uocentur à medicis nutrimenti organa.

Caput Decimumquartum.

Triplex genus inſtrumentorum nutrimenti, inter quæ ponit muſculos ani, & abdominis, & qua ratione.

De trium muſculorum ani ſubſtantia, ſitu, & officio.

De octo muſculorum abdominis officio, ſitu, & figura.

Artem naturæ aperit, quæ cernitur tum in villis muſculorum ſedis, & abdominis, tum in poſitione, & numero ipſorum, ita vt nihil aut addi, aut auferri poſſit.

Caput Decimumquintum.

Quoniam octo abdominis muſculi ſua compreſſione non magis deorſum, quàm ſurſum excrementa impellere poterant, ideo, inquit, naturam commentam eſſe diaphragma, quod compreſſionē muſculorū abdominis corrigeret, & tanquā duæ manus deorſum impelleret.

Muſculos thoracis ſic fuiſſe conſtructos, vt diaphragma non ſinerent ſurſum trudi.

Laryngis muſculi quomodo, & ipſi deſeruiant excrementorum propulſioni.

Omnium dictorum muſculorum diuerſa munera præter id quod ipſorum eſt proprium.

Caput Decimumſextum.

Cum de excrementis, quæ per ſedem eijciuntur dixiſſet, nunc de ijs, quæ per veſicam vrinarum excernuntur agit.

Veſicam meatum habere anguſtum, & omni fibrarum genere eſſe præditam.

Fibrarum varietatem, & maxime obliquarum, præſtare ne continua fiat excretio, opitulante ad id muſculo.

Cum ad excretionem accingitur ueſica, tum cæteras fibras laxare, ſolas intendere tranſuerſas, opitulantibus aliquibus muſculis.

De utilitate muſculi qui in collo ueſicæ eſt poſitus, & obliquitatis totius meatus.

LIBER SEXTVS, De thorace pertractat, ac ijs quæ in ipſo continentur, pulmone, corde, & reliquis. Habet Capita xxı.

Caput primum.

CVm tractaſſet de ijs inſtrumentis quæ diſpenſationi ciborum deſeruiunt, nunc ſe de thorace, & partibus eius uelle agere aſſerit.

Caput Secundum.

Thoracis regionem ſitum, & magnitudinem deſcribit.

Antequam de pulmone, & corde agat, quæ thorace comprehenduntur, aliqua de uſu reſpirationis tractat, de duplici motu thoracis, ac de uoce.

Cor non protinus per fauces attrahere aerem externum, ſed per pulmonem tanquam per promptuarium quoddam, & qua cauſa.

Cor non ad ſiniſtram partem, ſed in medio undique totius corporis eſſe poſitum, & ideo ſedem habere tutiſſimam.

Caput Tertium.

De membranis, quæ thoracem interſepiunt, ac dirimunt, earumq; inſertione in poſteriorem, & anteriorem partem: ac de ipſarum utilitate, præcipua uerò, quę duos thoracis uentres efficiat, altera quòd eſt tanquam legamentum, & operimentum omnibus quæ thorace continentur inſtrumentis, maxime uenæ cauæ.

Caput Quartum.

Cum vena caua per medium diaphragma ad cor, & iugulum peruaſura ſit, & thorax continuo agitetur, tutum iter illi natura comparauit, muniens tum membranis dictis, tum tribus alijs præſidijs.

Admiratur naturam de pulmonis quinti lobi conſtructione, quod eſſet ut firmamentum, & uehiculum uenæ cauæ.

Rationem quærit cur in dilatatione thoracis aliam ipſius capacitatem ſuperior compleat lobus, anguſtam uerò, & obliquam alius prolongus.

De glandula, quæ thymus appellatur.

Caput Quintum.

De œſophagi tranſitu per thoracem, ut optime communitus fuerit, ſine ulla ſpiritus inſtrumētorum offenſione, cum tantummodo ad uertebras aliquantum inflexus fuiſſet.

Circa quintam uertebram œſophagum à recto ſuo curſu declinare, ut arteriæ magnę aſcendenti cedat.

Caput Sextum.

Cur arteria magna cui ęſophagum cedere dixit, ad dextram potius, quam ad leuam declinet, & de ipſius tutela.

De reliquo ęſophagi curſu, uſque dum phrenas pręterlapſus in uentriculum infigitur.

Oeſophagum tum dicta cauſa, tum, ut tutius adminiculum eſſet neruis à cerebro in uentriculum deſcendentibus tortuoſum ſic, & obliquum factum fuiſſe.

Caput Septimum.

Ad ſpiritus inſtrumenta redit. Cor in medio oportuiſſe locari, lobis pulmonis ueluti digitis quibuſdam eum complectentibus.

Cur

Cur non ſit cor omnino rotundum, ſed ſuperius quidem orbiculare ſit, inferius verò in anguſtum deſinat.

De dignitate cuiuſque partis cordis, de omnium nobiliſſima, & de abiectiſſima, quod intelligendum eſſe ait in comparatione ipſarum partium.

Notas deſcribit quibus vnaquęque pars animalis dignoſci queat, quæ nam princeps ſit, quæ verò minime.

Locum cordis omnium tutiſſimum fuiſſe.

Caput Octauum.

De cordis,& particularum eius ſubſtantia. De carne, de fibrarum triplici genere, earumq; robore,ex quorum, vel contractione, vel relaxatione effici motum cordis, qui contractio,& dilatatio dicitur.

De ligamentis,quæ in intimis cordis ventriculis extenſa contractionē,& dilatationē adiuuāt.

Caput Nonum.

De numero ventriculorum cordis. quibus animalibus eſt pulmo, ijs deſtrum eſſe ventriculum cordis.

Duo vna cum pulmone interire, vocem, & dexterum cordis ventriculum.

Nō rectè Ariſtotelē numerū vētriculorū cordis ſtatuiſſe ex magnitudine,&paruitate corporis.

Piſcibus cur non tributus fuerit pulmo, neque reſpiratio: prӕterquam quibuſdam piſcibus, quos ait admirabili modo ex aere reſpirare.

Caput Decimum.

Pulmonem à corde nutrimentum accipere, & ideo ab illo productam fuiſſem venam arterioſam,& arteriam venalem,cum ei non opus eſſet ſanguine cauæ venæ.

Cur factum fuerit,vt cum in alijs partibus corporis craſſa ſit arterię tunica, tenuis autem venę, in pulmone contra acciderit, longa oratione explicat, & tenuitatem ſanguinis qua indigebat pulmo,& vt ſpiritus non ante tempus efflueret in cauſa fuiſſe concludit.

Cur arterioſæ venæ tales, & tot adiunctę fuerint membranæ à corde proficiſcentes; ac tria incommoda numerat, quæ animal pateretur,niſi ipſæ membranæ extitiſſent.

Caput Vndecimum.

Venam arterioſam non potuiſſe ex vena caua oriri probat, ex differentia quę eſt inter tunicam arteriarum, & venarum.

Vena arterioſa ex quibus cordis partibus oriatur.

Membranarum quæ venæ arterioſæ adiunctæ ſunt, ortus ex ipſo corde. Earum vſus communis,vt orificijs venarum incumbentes, materias remeare prohibeant,proprius educentium quidem materias à corde,ne amplius ad ipſum remeent, inducentium verò ne effluant.

De cordis dextro ventriculo,qui eſt tanquam ciſterna duobus vaſis dictis.

Caput Duodecimum.

Si quis roget cur alij multi decepti ſunt in numero ventriculorum cordis, ait huius cauſam alibi à ſe redditam,& ea tamquam hypotheſes præſentis negotij eſſe.

Primam agendorum cauſam eſſe actionis ſcopum, quæ ſit prima cauſa, & quæ non prima.

Quinque cauſarum genera recenſet.

Caput Decimumtertium.

Aſclepiadem relictis primis cauſis circa vaſa pulmonem nutrientia,ad viliſſimas ſe contuliſſe.

Aſclepiadem vehementer exagitat, circa cauſam quam aſſignauit cur vaſorum pulmonis hæc quidē ſint craſſa,& robuſta,hęc verò tenuia,& imbecilla, ſecus,ac in alijs corporis partibus.

Pluribus exemplis deludit Aſclepiadis opinionem.

Quinque cauſarum genera,recenſet,finalem,ab opifice,ab inſtrumentis,à materia, à forma,& cuique ipſorum exempla apponit.

Ex anatome opinionem eandem Aſclepiadis confutat,ſumpto exemplo ex embrio, quod habet venas arterioſas, & arterias venales: itemq́ue exemplo cerebri, thoracis,& cordis.

Caput Decimumquartum.

Recenſet numerum,& ſitum membranarum,quæ ſunt in quatuor orificijs cordis.

Cur in vaſis materias intromittentibus, robuſtæ, & magnæ ſint membranæ, in educentibus verò imbecilles.

Caput Decimumquintum.

De ſubſtantia, ſitu, & officio aurium cordis.

De cordis attractrice facultate, quam tribus exemplis exprimit, follium fabrorum, ellychnij, & lapidis Heraclij.

De ſumma vtilitate aurium cordis,& cur tenues, & neruoſæ fuerunt.

Cur cuique auri membranas tres addiderit,& de vſu ipſarum membranarum.

Caput Decimumſextum.

Cordis corpus ſiniſtra parte eſſe durū, & craſſum,dextera verò tenue,& molle,& qua ratione.

Cor eſſe ſuſpenſum in medio pericardij, cuius exortus,figura,& vſus explicatur.
Mirabile artificium naturæ in ſubſtantia pericardij,quæ talis eſt,vt neque à duritiæ oſſis pectoris lædatur,neque ipſa pulmones molles offendat.
Ad orificia cordis redit,& repetitis,quæ ſuperius dixerat de ipſis orificijs,reliqua addit.
Nihil in corpore eſſe ſincerum,ſed omnia ab omnibus participari,& quomodo.

Caput Decimumſeptimum.

In arterijs contineri etiam ſanguinem. Contra Eraſiſtratum diſputat, qui non contineri affirmabat,ſed anaſtomoſis venarum cum arterijs fatebatur.
Multa abſurda, quæ ſequerentur ex opinione Eraſiſtrati,ſi vera eſſet.
Quæ ſit vera cauſa anaſtomoſeos venarum cum arterijs,& cur purus ſanguis, & tenuis in arterijs contineatur.
Eſſe abſurdum, vt cor pulmoni paret alimentum, ſibi verò minimè, & quo ſanguine cor nutriatur.

Caput Decimumoctauum.

In cordis pericardio : tenues neruorum propagines conſpicuæ ſunt ſicut in hepatis, renum, & lienis membranis, in corpus verò ipſum non item.
Cum cor nullam actionem naturalem habeat,non opus ipſi fuit niſi pauciſſimis neruis.

Caput Decimumnonum.

De vtilitate oſſis, quod reperitur in capite cordis, rationemq; Ariſtotelis de eo eſſe probabilem,ipſe Galenus veriorem affert.
De ſubſtantia ipſius cordis in animalibus magnis,& paruis.

Caput Vigeſimum.

Repetit ea,quæ ſuperioribus capitibus recenſuit de particulis cordis in perfectis animalibus.
Ponit obiectionem eorum,qui dicebant in embrijs ſpiritum non à pulmone in cor,ſed à corde in pulmonem,ferri,eoque naturam accuſabant.
Eius opinionis ſectatores deridet duobus exemplis,eius ſcilicet, qui quęrebat aſinũ in quo inſidebat, & eius qui aureos, quos manu geſtabat, ac tandem eos rei anatomicæ imperitos oſtendit.
Aliam requirere procurationem pulmonem in perfectis, motu prædit um, & aliam in imperfectis, dum quieſcit.

Caput Vigeſimumprimum.

Qua ſolertia vſa ſit natura in fœtibus circa cordis particulas.
Cor ad ſolam propriam ſui vitam pauciſſimo ſpiritu indiguiſſe in fœtibus, quem ex magna arteria ducere poterat.
Refellit quæ ab Eraſiſtrato dicuntur de materijs, quòd non miſceantur.

LIBER SEPTIMVS, Reliqua abſoluit de thorace, & pulmonibus. Continet autem Capita xxij.

Caput Primum.

CVm in præcedenti libro tractaſſet de pulmone, quatenus eſt reſpirationis organum, nunc de eius particularum natura, corporis figura, de ſubſtantia, & forma ſe dicturum pollicetur, cur ſcilicet tales,& tot fuerint.

Caput Secundum.

De carne pulmonis,& vaſis,quæ in ipſa ſunt,vnde oriantur, quomodo diuidantur in quatuor pulmonis lobos : de quinto lobo,ac de membrana ambiente lobos omnes.

Caput Tertium.

De conſtructione,ſubſtantia,diuiſione,ac progreſſu aſperæ arterię,quam ſolam eſſe in pulmone vas ſine ſanguine aſſerit.
Eraſiſtratum non rectè aliam quandam leuem arteriam enumerare.

Caput Quartum.

Aſperam arteriam partim ex chartilagine conſtare, vt ad vocem edendam apta eſſet, partim ex membranis,vt ad motus in reſpirationibus eſſet idonea.
Vſum membranarum aſperæ arteriæ docet ſi diſſecetur animal mortuum.

Caput Quintum.

Chartilaginem prædictam eſſe primam vocis inſtrumentum,ex larynge manifeſtum eſſe.
Quomodo fiat vox : & propriam vocis materiam eſſe efflationem, & quomodo hæc ab expiratione differat,& multa alia circa hoc,alibi ſed demonſtraſſe inquit.
Chartilaginem, vt immobilem, & duram, voci : membranas, vt mobiles,& flexuoſas reſpirationi deſeruire, repetit.
Hanc arteriam eſſe pulmonis propriam particulam,& cur ea piſces caruere.

Caput Sextum.

Quæ de aſpera arteria dicta ſunt, vt vocis, & reſpirationis inſtrumento, & quomodo non poterat melius fieri breuiter repetit.

Caput Septimum.

Aſperam arteriam ita locatam eſſe, vt ſua duritie non comprimeret ſtomachum ſibi ſuppoſitum, neque ipſa ab externis iniurijs læderetur in parte anteriore.

Poſitionem eandem, prętereà maximam vtilitatem præbere tranſgluttientibus cibos mole aliquanto maiores, neque tamen impedire reſpirationem.

Cur eadem tunica ſit communis tum aſperæ arteriæ tum ſtomaco, & cur eam tunicam melius fuit ſubungere aſperam arteriam, ac de ſumma eius vtilitate.

Cur ea tunica tenuis ſimul, ac denſa fuerit, & ſicca moderate.

Caput Octauum.

Vocem edere, efflare, inſpirare, & expirare non eſſe ſolius aſperæ arteriæ munus, ſed in hoc etiam conuenire carnem pulmonis, & arterias, quæ in ipſo ſunt leues.

Contra Eraſiſtrarum probat duabus rationibus arterias leues, quæ cordi coniungunt aſperas, habere ſanguinem purum, & vaporoſum.

Leuium arteriarum, quæ cordi ſunt connexæ orificia quid præſtent.

Aerem externum fieri nutrimentum ſpiritus interni, & animalis prius tamen elaboratum, & immutatum à carne pulmonis, poſtea à corde, & arterijs.

Cur pereant homines habitantes domos nuper calce illitas, vel quodam carbonum odore, aduerſus Eraſiſtratum.

De vaſorum quæ ſunt circa pulmonem, vtilitate, & vſu.

Caput Nonum.

Reſpirationis vſus cum duplex ſit, primus caloris natiui conſeruatio; ſecundus ſpiritus animalis nutritio, tum ad hęc, tum ad vocem ędendam pulmonem fuiſſe accommodatum, ſigillatim oſtendit.

Ad dilatationem, aut compreſſionem thoracis, dilatari, ac comprimi pulmonem, ac de horum motuum vtilitate.

Dilatato pulmone ſpiritum in cor attrahi, cōpreſſo verò excerni: ac maximę diſtentionis pulmonis aſperam arteriam eſſe cauſam.

Cordis motum ę natura, thoracis verò ab anima ædi.

Caput Decimum.

De vſu loborum pulmonis, quintum lobum venæ caue gratia factum fuiſſe.

Lobos præterea factos fuiſſe, vt pulmo facilius, & tutius moueretur.

Caput Vndecimum.

Cum larynx ſit & ipſe ſpiritus inſtrumentum, eius conſtructionem particulas, & ſubſtantiam, & motum explicat.

Laryngem vocari, ſcutiformem, à ſimilitudine figuræ illius ſcuti, quod θυρεὸν græce dicitur.

De tribus chartilaginibus ex quibus componitur, earum poſitione, & dearticulatione.

Quòd melior conſtructio fieri non poterat, vt ad vocem ędendam dilataretur, ac comprimeretur, clauderetur, & aperiretur exacte, oſtendit.

De muſculis qui chartilagines dictas mouent.

Caput Duodecimum.

Cū de cōſtructione chartilaginū, & muſculorū laryngis dixiſſet, nunc de eorū vtilitate tractat.

Caput Decimumtertium.

De conſtructione, & vtilitate primi, & principaliſſimi vocis inſtrumenti, quod appellatur lingula laryngis, ob ſimilitudinem lingulæ fiſtulæ.

Corporis huius id munus eſſe in larynge in voce ędenda, vt ſpiritui tranſitum præſtet, efficiens olcum paulatim ex amplo ſtrictiorem, & è contra.

Eſſe præterea neceſſarium ad ſpiritum cohibitionem.

De foraminibus, & ventriculis ipſius lingulę, & eorum vſu.

Incommoda quæ ſequantur ſi lingula amplietur, vel imminuatur.

Cur corpus id fuerit membranoſum, cur humidum, & viſcoſum.

Caput Decimumquartum.

De muſculis claudentibus, & aperientibus laryngem, in quibus ſummam Opificis artem oſtendit prioribus anatomicis ignotam.

De inſertione neruorum vniuerſum in omnes muſculos, præſertim verò in muſculos laryngis.

Ex dicta neruorum inſertione probat cor non eſſe principiū neruorū, vt quidam aſſeruerunt.

De motu metaleptico, ſeu trāſuntiuo mechanicorum cui ſimilis eſt motus muſculorum, quid ſit; & ob id machinam gloſſocomium dictam explicat.

Iis quę dicturus eſt attēdendū eſſe nō minus, q̄ ſacris Deæ Eleuſinæ, vel alijs ob eorū dignitatē.

De productione, ſextæ coniugationis neruorum à cerebro, & quę pars in laringem inſeratur, & explicatio motus metaleptici, qui in ipſo fit.

Caput Decimumquintum.

Recurrentium neruorum laringis conſideratio, ac de meta, vnde nerui reflectuntur ad laringẽ.

Opera naturæ non laudibus modo, ſed etiam hymnis eſſe longe maiora.

Caput Decimumſextum.

Inter reſpirandum non modo potio, ſed cibus etiam in meatum ſpiritus incideret, niſi natura orificio laringis epiglottida velut operculum admouiſſet.

Epiglottidis ſubſtantia, magnitudo, ſitusque.

Sicut à cibarijs epiglottis in laringis meatum impingitur, ita ab ijs quæ euomuntur, chartilago aritęnoides.

Caput Decimumſeptimum.

De chartilagine aritenoide, & eius vſu in vomitionibus, de vtilitate magnitudinis, figuræ, ſubſtantiæ, & poſitionis.

In aſperam arteriam ſemper illabi non nihil potionis.

De glandulis adiacentibus laringi, & earum vſu.

Caput Decimumoctauum.

Cur tranſglutientibus nobis cibos, æſophagus à laringe toto chartilaginoſo non coarctetur.

Laringem recurrere ad fauces tranſglutientibus nobis, commutarique poſitionem æſophagi, & laringis.

Caput Decimumnonum.

Enumerat muſculos qui ab oſſe hyoide producuntur.

Os hyoides exiſtere propugnaculum chartilagini ſcutiformi: oſſis hyoidis ligamenta duplicia, & qua cauſa.

Caput Vigeſimum.

De Thorace multa monſtrata eſſe in commentarijs de cauſis reſpirationis, ac reſpirationem duplicem eſſe, aliam omni vi carere, aliam eſſe violentam, & vtriq; proprios eſſe muſculos.

Muſculorum intercoſtalium fibrę qualem inter ſe poſitionem habeant.

Caput Vigeſimumprimum.

De ſubſtantia ſepti tranſuerſi, deque eius tunicis.

Diaphragma conferre tum ad expellenda excrementa, tum ad reſpirationem.

Coſtæ mendoſę cur ad finem fuerint chartilagineæ.

Coſtarum ſeptem veras eſſe, & quinque mendoſas.

Os pectoris cur ex multis oſſibus factum ſit.

Cur thorax neque ex ſolis oſſibus, neque ex ſolis muſculis factus fuerit.

Cerebrum non indiguiſſe muſculis.

Caput Vigeſimumſecundum.

De vſu mammillarum.

Lac eſſe recrementum vtilis alimenti.

Mammas ineſſe plures ijs animalibus, quę vno partu numeroſam prolem ædunt.

Mammæ quibus ſunt binæ tantum in pectore.

Mammarum vaſa vnde oriantur, & quæ ſint.

Lactis elaboratio à quibus perficiatur partibus.

LIBER OCTAVVS De vſu eorum quæ ad caput, ac cerebrum pertinent. Continet autem Capita xiiij.

Caput primum.

Collum fuiſſe factum gratia aſperæ arteriæ, & vna cum pulmone interire, vt in animalibus collo carentibus videre licet.

Neceſsitatem generationis colli inueſtigat ex affinitate, quam cum pulmone habet.

Colli affinitas cum laringe, & inſtrumento uocis.

Colli longitudo uaria in uariis animalibus, & quibus.

De colli vertebris.

Caput Secundum.

Caput non fuiſſe factum propter cerebrum probat ex ijs animalibus, quæ caput non habent.

Cerebrum non fuiſſe conſtitutum ob refrigerationem cordis, ut aliqui dixerunt, pluribus rationibus probat, præſertim hac, quod cerebrum ſemper ſit calidius aere.

Caput Tertium.

Aduerſus Ariſtotelem multis alijs rationibus probat cerebrum, non ob refrigerationem cordis fuiſſe factum.

Cerebrum fore mõſtrum ſi remotiſſimum cor refrigerare poſſet, propinqua verò, vt ſenſus inſtrumenta, non refrigeraret.

Refutat obiectionem Ariſtotelis, qui dicit, non omnia ſenſuum inſtrumenta ad cerebrum pertinere ex inductione.

Si vera eſſet ea opinio, nullũ fore vſum cõſtructionis cerebri, & particularũ ab eo prodeuntiũ.

Caput Quartum.

Caput cuius rei cauſa factum ſit inquirit, ſupponens cerebrum eſſe neruorum, ſenſus, & motus voluntarij principium.

Caput non fuiſſe conditum neque ob cerebrum, neque propter os, aut aures, aut nares.

Et ſi cerebrum dicatur ἐγκέφαλον, quaſi in capite, non ideo caput propter cerebrum factum, aſſerit, exemplo ſcarabeorum, & aliorum capite carentium.

Caput Quintum.

Oculorum cauſa caput extiſſe pulchra ratione probat ex cancris, ſcarabeis, & cæteris huiuſmodi deſumpta.

Oculorum ſitum eſſe longe tutiſſimum, & aptiſſimum in capite.

Senſoria omnia prope cerebrum poſita fuiſſe, quia cum mollem neruum expetant, ſi remotiora fuiſſent, facile potuiſſet rumpi.

Cerebrum propter oculos in capite collocatum, reliqua verò ſenſoria propter cerebrum.

Caput Sextum.

Singularum capitis particularum vtilitatem conſiderare aggreditur.

De ſubſtantia cerebri, eiuſque vſu, cerebrum duplici ſubſtantia fuiſſe, molli, & dura, ob duplicem neruorum materiam.

Cerebri anteriora à poſterioribus dirimi intercedente dura membrana.

Opticos neruos tantum non eſſe cerebro duriores.

Senſoria in capite eſſe quatuor.

Facultas ſenſitiua quadruplex.

De ſenſorijs, & quomodo fiat ſenſus, & viſio.

De vtilitate meatus auditorij, de neruo linguæ, & ſenſorio obfactus.

De vtilitate meatus narium, & de foraminum quæ in ipſis ſunt vſu.

Caput Septimum.

De oſſibus ἠθμοειδοῖς dictis quaſi colatorijs, quę ſunt ante meningas, foraminibus repleta.

De dura meninge, & quomodo per eam odor, & excrementa tranſeant, inſpirationis, & expirationis auxilio.

Caput Octauum.

Membranæ tenuis vſus in cerebro.

Caput Nonum.

Craſſam membranam eſſe tanquam operimentum, & propugnaculum cerebri.

Cur duæ membranæ craſſa, & tenuis factæ fuere, ac de pericranio.

Caput Decimum.

De ventriculis cerebri anterioribus, quos ait inſpirationem, & expirationem efficere, præparantes cerebro ſpiritum.

Quod præſtiterit duos eſſe ipſos ventriculos, vt ſi vnus læderetur, alterum ſubſeruiret, exemplo cuiuſdam ibi vulnerati.

Cur non duo fuerint poſteriores cerebri ventriculi.

Caput Vndecimum.

Anteriorem cerebri ventriculum omnium maximum fuiſſe, & qua cauſa.

Ab anterioribus ventriculis per inſignem meatum ſpiritum animalem recipere.

De corpore quod fornici ſimile eſt, appellaturq; καμάριον, & ψαλιδοειδής, & de eius vſu in cerebro.

Figuram circularem omnium difficillimam eſſe ad patiendum, & capaciſſimam.

Caput Duodecimum.

Cur ventriculus poſterior cerebri fuit alijs minor.

Reprehendit Praxagoram, & Philotimum, qui dixerunt cerebrum eſſe propaginem ſpinalis medullæ.

Accuſat eos, qui dicebant à cranio cerebrum conformari.

Caput Decimumtertium.

De conſtructione cerebelli.

Animalem ſpiritum, cum in toto cerebro contineatur, plurimum eſſe in poſteriori vẽtriculo, tanquam neruorum principio.

Refellit Eraſiſtratum, quod dixerit cerebellum magis eſſe perplexum in hominibus, quam in alijs animalibus.

Intelle-

Intellectionem non ſequi corporis varietatem,ſed temperaturam.

Caput Decimumquartum.

De corpore glanduloſo, quod à figura coni κωνάριον dictum fuit, & cum cerebri pars non ſit, qui ſit,eius vſus.

De epiphyſi ſimili vermi,quæ pars ventriculi exiſtens,poſteriori cerebri ventriculo, ad nectitur,de eius figura,& conſtructione, & cum partibus viciniš communione: vermiculare corpus præeſſe tranſitui ſpirituum.

LIBER NONVS, Exponit excrementorum vias, omnesq́ arterias, neruos, & oſſa. Continet autem Capita xviij.

Caput Primum.

QVa ratione natura meatus excrementorum effecit.

Excrementa putreſcentia quæ mala inferant animali.

Excrementorum duo genera, alia vaporoſa, alia aquoſa, & limoſa, quibus conuenientes meatus natura conſtituit.

Excretiones vaporoſas ſenſum effugere.

Cranio ineſſe meatus ſenſiles per quos natura fuliginoſa excrementa vacuet, & quæ ſint.

De ſuturarum cranij conſtructione, per quas fuliginoſa craſſiora excernuntur.

Caput Secundum.

Cur cranium factum fuerit cauernoſum, cum ſuturæ non indigeant alio auxilio ad tranſpirationem excrementorum.

Cur non fuerit tenue,& denſum,ſed craſſum rarum,& cauernoſum.

Caput Tertium.

De cerebri meatibus duobus, qui ad palatum perueniunt.

De lacuna cerebri,quæ ambos meatus excipit.

De Adene ſubiecta cerebro,& de oſſe colatorio,& horum poſitione,& vſu.

Caput Quartum.

De admirabili plexu retiformi,eius ſitu,& ſtructura.

Retiformem plexum ex maxima portione arteriarum contextum eſſe, quæ à corde ad caput feruntur.

Figura retiformis plexus.

Vt retiformis plexus vſum oſtendat,in memoriam reuocat, quæ alibi dicta ſunt de variciformi teſticulorum flexu.

De generatiōne,& nutrimento ſpiritus animalis.

Arterias effundere ſpiritum animalem in ventriculos cerebri.

Caput Quintum.

De inſertione arteriarum in cerebro.

In cæteris corporis partibus propinquas eſſe ſemper venas, & arterias, in cerebrum verò ex locis diuerſis, & contrariis vaſa inſeri,& qua ratione.

Caput Sextum.

De tranſitu,& diſtributione venarum intra cerebrum.

De venarum ipſarum duplici vtilitate.

De lacuna, quam torcular Herophilus appellat, vnde ſubiectis partibus riui multi mittuntur ob nutritionem.

Caput Septimum.

Quo pacto torcular venæ craſſæ,meningi,& conario incumbat.

Caput Octauum.

Ex productionibus cerebri maximas eſſe,quę ad nares pertinent, ac de poris opticis,& neruis qui eorum muſculos mouent.

De productione nerui à cerebro in linguam, & in omnes oris partes.

Quomodo craſſa meninx has omnes productiones excipiat.

De inſertione nerui in muſculum temporalem.

Qua parte in maxillam ſuperiorem nerui inſerantur.

Caput Nonum.

De quatuor coniugationibus neruorum à cerebro prodeuntium.

Cum oris tunica ſit omnibus faciei partibus durior,qui nerui in eam producantur.

Quæ cerebri partes ſint cæteris duriores.

Caput Decimum.

De quinta mollium neruorum coniugatione, quæ productiones habet à lateribus capitis verſus oſſa lapidea appellata.

De

De cæco foramine, & cur ſic appelletur.

Caput Vndecimum.

De ſexta mollium neruorum coniugatione, qui tamen ſunt prædictis omnibus duriores.

Spinalem medullam eſſe durorum neruorum principium, quos ait vſque ad os latum, quæ eſt extremitas ſpinæ deſcendere.

In quas partes corporis diſtribuantur nerui ſextæ coniugationis, ac viſcera ſenſificos tantum neruos habuiſſe.

Quonammodo hos neruos per longum iter deductos, natura tutiores effecerit.

De horum neruorum obliqua implantatione in ventriculum.

Caput Duodecimum.

Septimæ coniugationis neruos natura ſecuritatis cauſa cum illis qui à ſexta oriuntur, copulauit.

Vnde dicti nerui proficiſcantur, & quo immittantur.

Hos neruos eſſe exquiſite duros.

Caput Decimumtertium.

De neruis qui inſiguntur in muſculis oculorum, ac de muſculo temporali.

De muſculis genarum, narium, & labiorum, eorumque productionibus.

De neruis linguæ: ac muſculos linguæ motores à ſeptima coniugatione oriri.

De duri nerui productione, qui latum buccarum aperit muſculum.

De oſſe lapideo.

Caput Decimumquartum.

Neruorum mollities, & durities qua methodo æſtimanda eſt, & qui molles, qui ue duri nerui ſint appellandi.

Neruos duros ad motum, molles verò ad ſenſum fuiſſe optime comparatos.

Durorum neruorum principium eſſe ſpinalem medullam, duriſſimorum verò eius finem.

Cerebrum eſſe mollium omnium neruorum originem.

Neruorum mollium aliquos ſicceſcere, & ſic motores euadere, aliquos perpetuo eſſe molles.

Caput Decimumquintum.

Gingiuas, dentes, & totius faciei cutem à tertia neruorum coniugatione recipere propagines, & quomodo.

De fibris neruorum quæ ſunt in cute frontis, de muſculo labrorum.

Caput Decimumſextum.

De neruis tunicæ internæ narium, & palati.

Craſſa menbrana quomodo ſit connexa cum ſupernis, & obliquis cranij partibus, & quomodo cum anterioribus.

Plexus retiformis vnde productionem recipiat.

Caput Decimumſeptimum.

Cur cranium ex multis oſſibus fuerit compoſitum.

De vſu diuerſitatis ſuturarum capitis, & de earum figura.

De ſuturis capitum acuminatorum, quorum tres ſunt ſpecies, & de æquitate naturæ in eis.

De ſuturis capitis rotundi, & ſphærici.

Caput Decimumoctauum.

De ſquammoſis agglutinationibus.

Oſſium temporum, & ſuperioris maxillæ compoſitiones recte ſuturas poſſe dici.

LIBER DECIMVS, Explicat vſum oculorum, & partium quæ viſioni inſeruiunt; continet autem capita xv.

Caput Primum.

De ſitu oculorum, & cur poſterioribus capitis partibus non inſint.

De neruorum opticorum progreſſione, & inſertione in vitreum humorem.

Criſtallinum humorem eſſe primum videndi inſtrumentum, quod probat ex ſuffuſionibus.

Criſtallini nutrimentum eſſe vitreum humorem, & de eorum colore, & conſiſtentia.

Caput Secundum.

De tunica retiformi, quæ colore, & conſiſtentia eſt ſimilis cerebro, ac de eius vtilitatibus.

De ſeptem inſertionibus in oculum.

De choroide tunica, & eius productione in oculos.

Neruum opticum inſeri in criſtallinum humorem, & ibi conſiſtere.

Connexionem optici in criſtallinum in maximum circulum ipſius fieri ſecuritatis gratia.

Criſtallinum vehi in vitreo, veluti ſphæra ſemiſecta in aqua.

Duram

Duram meningem choroidi eſſe applicatam,choroidem,retiformi, retiformem vitreo, ac criſtallino humoribus.
De inſertione perioſtij in oculum.
Circulos eſſe ſeptem ad irim.

Caput Tertium.

Corneam tunicam gigni à craſſa meninge reddita tenuiori,& eius vſu.
Oculos à vehementi ſplendore offendi declarat exemplo militum Xenophontis, & eorũ quos Dionifius in carcere obſcura detinuerat, & alijs exemplis.
Ne criſtallinus à ſplendore corneæ læderetur, choroidem tunicam variorum colorum factam; & de ipſius choroidis origine, & eius vſibus alijs.

Caput Quartum.

Choroidem tunicam eſſe ſpongioſam,& humidam, ne aſperitas retiformis criſtallino noceret.
De choroidis tunicæ foramine,& eius vſu.
De humore albugineo, qui criſtallino eſt circunfuſus.
De ſpiritu aereo,& ſplendido pupillam replente; quem declarat ex purgatione ſuffuſionum.

Caput Quintum.

Quòd inter criſtallinum, & vueam ſit humor tenuis aqueus, & multus ſpiritus probat quatuor rationibus.
De affectu oculi, quem φθίσιν ſeu tabem appellant.

Caput Sextum.

Alios vſus,præter dictum,explicat tum humoris aquei,tum ſpiritus.
Affectum, qui glaucedo dicitur, fieri ex defectu aquei humoris.
De propria tunica humoris criſtallini,figura, & vſu.
De choroides tunicæ natura, conſiſtentia, & vſu.
Criſtallinus humor cur non fuerit omnino ſphæricus, ſed depreſſus ex vna parte.
Cornea,cum omnibus iniurijs ſit expoſita,quomodo eam muniuerit natura multis propugnaculis, palpebris cilijs,& oſſibus,ac de horum ſubſtantia.

Caput Septimum.

De Perioſtio, eius progreſſione, & vſu in palpebris.
De tarſo,& pilis palpebrarum,qui ab ipſo exeunt.
De vſu pilorum ſupercilij,& palpebrarum, ac de commenſurato inter ſe interuallo.

Caput Octauum.

Oculi qua de cauſa poſitionem illam ſortiti ſint.
Qua de cauſa non vnus, ſed duo oculi.
Oculorum voluntarios motus eſſe quatuor, & qui, ac totidem illis præfectos eſſe muſculos.
De oculorum duobus muſculis obliquis,ac de muſculo magno,eorumque vſu.

Caput Nonum.

Cum de motu palpebrarum dicturus ſit,quædam in memoriam reuocat, quæ in libro de motu muſculorum egit.
Motum palpebrarum ſuperiorum eſſe naturalem, quoſdam ſophiſtas dixiſſe, & non à noſtra voluntate fieri, aduerſus quos inuehitur.
De motibus ſuperiorum palpebrarum, muſculis duobus, & eorum motibus.
De vario motu palpebrarum,pro vario motu muſculorum.
De affectu palpebræ, quæ vocatur ἥλωσις.

Caput Decimum.

Palpebra inferior cur ſit ſuperiori minor, & cur motus expers exiſtat.

Caput Vndecimum.

De ijs partibus, quæ ad oculorum angulos pertinent.
Carnoſum corpus, quod eſt ad maiorem angulum, eſſe tanquam operimentum foraminis, quod eſt ab ipſo angulo ad nares, per quod excrementa oculi expurgantur.
De errore oculariorum medicorum, qui curantes quoſdam affectus oculi, carnem illam colliquant.
De affectu ῥοιάδα dicto in oculis.
De vſu glandularum quæ ſunt in oculo; ac de circumfuſa oculis pinguedine.

Caput Duodecimum.

De viſoriorum neruorum productione, in vnum conſpiratione, ac deductione.
Viſio quemadmodum fiat mathematicis delineationibus declarat,inquiens,ſe à Dæmone monitum ad hoc aggreſſum eſſe.
Principia quædam mathematica prius exponit, vel quid ſit circulus,centrum, conus,axis.
Tres ſuppoſitiones ponit ad futuras deſcriptiones intelligendas.
De vario videndi modo, pro varia poſitione oculi.

Caput

Caput Decimumtertium.

Aſſes conorum viſoriorum oportere in vno eodemq; plano habere poſitionem, quod præſtitit mutua pororum interſectio, ac coitio.

Euclidis vndecimi libri theorema ſecundum citat ad probandum ea,quę de pororis,in eodem plano exiſtentibus dixerat.

Caput Decimumquartum.

Cur nerui viſorij non iidem vterque;principium in cerebro habuerint; ſed alter à dextris,alter à ſiniſtris productus,poſtea in medio coeant.

Aliquas maiorum opiniones ponit circa opticorum meatuum coitionem, & quomodo hallucinentur.

Hæc ſe non fuiſſe ſcripturum aſſerit,niſi à quodam Deo iuſſus fuiſſet, vt id faceret.

Caput Decimumquintum.

Cur vtilius fuerit humorem criſtallinum ea figura fuiſſe, vt non exacte ſphæricus, ſed ex vna parte aliquanto planus, geometricis delineationibus, monſtrat.

LIBER XI. Reliquum quod ad faciem pertinet abſoluit, & continet Capita xx.

Caput Primum.

SE de reliquis partibus capitis tractaturum dicit,de facie ſcilicet, de muſculis temporalibus, ac de extrinſeca aurium ſubſtantia.

Caput Secundum.

De muſculis temporalibus, quibus magni,& fortes,quibus parui,& imbecilli,& quibus magni, ſed non fortes.

Simiam eſſe homini quam ſimillimam, in omnibus partibus: quæ enumerantur.

Quæ animalia prolixiorem habent inferiorem maxillam.

Symptomata quæ inducant temporales muſculi læſi.

Cur homo ex animalibus temporalem muſculum habeat minimum.

Caput Tertium.

De temporalium muſculorum ſitu.

Cur temporalium muſculorum læſiones ſint periculoſæ, & lætales,ratione,& auctoritate Hippocratis oſtendit.

Quænam ipſa natura effecerit ob ſecuritatem dictorum muſculorum.

Caput Quartum.

De muſculo,qui maxillæ inferiori infigitur,eamque ſurſum trahit, os claudendo.

Qui muſculi aperiendo ori deſeruiant,& vnde principium habeant.

De muſculis qui maxillam inferiorem circumagunt ob maſticationē, & maſticatores dicūtur.

Finem buccarum inferiorem auxilio eſſe ad maſticationem ædendam.

Caput Quintum.

De diſſimilitudine temporalium muſculorum cum alijs muſculis.

Tria muſculorum genera ori mouendi deſtinata fuiſſe, aperientes ſcilicet, claudentes, & circumagentes.

Caput Sextum.

De differentia muſculorum claudentium,aperientium, & circumagentium os, penes magnitudinem,& neruorum principia.

Caput Septimum.

Muſculos faciei omnes à tertia coniugatione recipere neruos ſuos.

Naturæ artificium circa neruos hos diſtribuendos enarrat, nihilq; fortuito factum probat, vt aliqui dicebant.

Caput Octauum.

De Dentibus,eos eſſe omnes trigintaduos, in vnaquaque maxilla ſexdecim.

De dentibus inciſorijs,caninis,molaribus,de preſepiolis dentium, æqualibus ipſorum eminentijs, ac de diuerſorum animalium dentibus, eorumq; differentia; in omnibus autem his naturæ artem collaudat tanquam nihil temere factum.

Caput Nonum.

Hominem ex vtraque parte vnum habere dentem caninū,aliqua verò animalia multos,& cur.

Inciſores plures fuiſſe quàm canini,& his plures etiam molares, & horum numerus.

Cur homo paruum os habuerit,animalia verò ſerratos dentes habentia multo maius.

Animalia quæ in mordendo viribus pollent, habere os valde ſciſſum, & dentibus eiuſmodi refertum.

Caput Decimum.

De iuſta linguę conformatione,& eius motu in omnes partes,ac de eius muſculis.

Cur

Cur ſerpentibus lingua diuiſa fuerit, hominibus autem coierit.
De glandulis ad humectandam linguam à natura factis, ne in motu exiccaretur.
De uſu inferni uinculi linguæ.
De laudibus naturæ quæ nunquam, vel raro fallitur, et ſi ij, qui nos genuerunt ſæpe plurimum labantur; & quomodo.

Caput Vndecimum.

De partibus ijs oris, quæ ad tranſglutiendum, vocem, ac reſpirationem edendam deſeruiunt.
Vuam conferre ad vocis concinnitatem.
Gurgulionis ſiue columellæ vſus.
De narium foraminibus, & cur obliquæ in os detorqueantur.
Sanis ad reſpirandum non opus eſſe ore.

Caput Duodecimum.

De alis naſi, & de auribus.
Aures cur ſint ex ſubſtantia chartilaginis.
Aures cur prominea nt, cur adeo paruæ ſint hominibus, & immobiles, alijs verò animalibus contra.
Cur extrinſecus deuexæ fuerint, intrinſecus verò cauæ.

Caput Decimumtertium.

Præter vſum, & vtilitatem, etiam ornamenta habere ipſas partes oſtendit.
Ornamenta partium obſcurari à ſplendore vtilitatis ipſarum.
Scopum primum conſtructionis particularum eſſe vtilitatem.

Caput Decimumquartum.

De vſu, & ornamento pilorum qui ſunt in genis, & mento.
Cur mulier glabra fuerit, & ſine pilis in genis.
Cur frons pilos non habeat, vt caput, & cur ſola frontis cutis motu voluntario ſit prædita.
Cur pili qui ſunt in palpebris, & ſupercilijs ſemper eandem ſeruent magnitudinem.
Contra Moſem diſputat, qui dicebat, Deum omnia, quæ velit facere, facta ſtatim eſſe.
Pilorum originem eſſe duplicem, vt plantis; & non omnes pilos eſſe conditoris opera.

Caput Decimumquintum.

De differentijs cutis, quæ eſt in vnaquaque parte corporis, videlicet palpebrarum, frontis, labiorum, & totius.

Caput Decimumſextum.

De ſubſtantia labiorum, quę ex muſculis, & cute conſtat.
Labijs inſertorum muſculorum cur quatuor principia.
De motibus octo labiorum, quatuor rectis, & totidem obliquis.
De muſculo lato, & tenui; & eius origine.

Caput Decimumſeptimum.

Naſi alas chartilaginoſas eſſe, & motu voluntario moueri oportuiſſe.
De muſculis, & neruis alarum naſi.
De internæ tunicæ naſi vſu.

Caput Decimumoctauum.

De oſſium capitis multitudine, ac ſitu, & vtilitate.
De ſtructura oſſium, cuius gratia.
De oſſibus medullam habentibus: ac parua oſſa carere medulla.
Oſſa fuiſſe diſpenſata iuxta muſculorum, vel imbecillitatem, vel robur.
De oſſibus humanis, qualia ſint.
Oſſa nutriri medulla.
De maxillarum oſſibus.

Caput Decimumnonum.

Malarum oſſa craſſiſſima, naſi verò cur tenuiſſima.
De ſuturis maxillarum.
Cur oſſa ſummi capitis rara, & cauernoſa fuere, maxillarum uerò minime.
De oſſibus frontis, cur dura, & denſa fuere, de oſſe palati.

Caput Vigeſimum.

De oſſibus bregmatis.
De oſſibus nouem maxillæ ſuperioris.
Os maxillæ inferioris nullam habere diuiſionem.
De corone, Zygomate, & mamillari productione.

LIBER XII. *De collo, & ſpina dorſi agit. Continet autem capita xvj.*

Caput Primum.

INquit ſe pertractaturum de ijs partibus quæ communes ſunt capiti, & collo; item de dearticulationibus ligamentis, & muſculis partium.

Caput Secundum.

Ligamentorum uſus, & conſiſtentia.
Ligamentum eſſe medium inter chartilaginem, & neruum, ac eſſe altero quidem durius, altera verò mollius.
Naturæ ſagacitas in deligendo, quod melius.

Caput Tertium.

Ligamentum ob duritiem tuto colligare, nec tamen impedire quo minus membra moueãtur.
Tendonis generationem eſſe ex ligamento, & neruo, ac eſſe neruo quidem duriorem, ligamento uerò molliorem.
Tendonem primum mouendi inſtrumentum, muſculumque eius cauſa fuiſſe factum.

Caput Quartum.

De articulo capitis, & eius uel minima laxatio quæ inferat mala.
Capitis articulum, cum in ſe ipſo radicem contineat neruorum omnium partes inferiores mouentium, merito tutiſſimam omnium habuit conſtitutionem.
Qua ratione capitis articulatio fuerit undique munita.
Capitis totius duo motuum genera, & quæ, qualiſque motus.

Caput Quintum.

Ob motum capitis in utranque partem ſpondilo primo duas cauitates à natura factas.
Naturam pauciſſimos capiti motus, & tutos tribuere uoluiſſe potius, quàm uarios, & debiles.

Caput Sextum.

Num utilius fuerit capiti ad primum ſpondilum motus obliquos habere, an ad ſecundũm rectos, contra naturæ calumniatores.
Iis qui in demonſtrando methodo non ſunt initiati, ut ſibi aures obſtruant imperat in rebus dicendis.
Digreſſio circa eos qui ſuos hos libros ſunt lecturi.

Caput Septimum.

Ratio conformationis, & articulationis primæ, & ſecundæ uertebræ.
De proceſſu dentiformi.
De uertebrarum proceſſibus, ac foraminibus, quę eximiæ cuiuſdam prouidentiæ eſſe aſſerit.

Caput Octauum.

De naturæ arte in muſculis caput mouentibus.
Muſculos caput mouentes eſſe octo, & uiginti, & quomodo ſiti ſint, atque moueant.
Singulis muſculis mouentibus oppoſitos eſſe ſemper natura alios contrariũ motum ædentes.

Caput Nonum.

Securitatem capitis ex articulis acceſsiſſe, motuum autem detrimentum, multitudine, magnitudine, & ſitu uario muſculorum, compenſatum.
De multitudine, magnitudine, & uario ſitu muſculorum caput mouentium.

Caput Decimum.

Primę uertebrę qua cauſa maiores fieri nõ potuerint, quàm nũc ſunt, duplici ratione mõſtrat.
De natura, & uſu ſpinę dorſi.
Cur non pręſtiterit ſpinam uno tantum oſſe conſtare, ſed ex multis.
Prior dignitate eſt actio alicuius particulę, poſtea ſecuritas.

Caput Vndecimum.

Cur non duo, uel tres, uel pauci facti fuerunt ſpinę ſpondili, ſed ita multi.
De medulla ſpinali, quòd tutiorem locum, & meliorem ſitum nanciſci non potuiſſet.
Spinę uſus, conſiſtentia, & constructio.
Longe pręſtitiſſe per ſpinalem medullam neruorum diſtributionem in totum corpus eſſe factam, quàm nullo medio, à cerebro mitti neruos in corpus.
Spinalis medulla eſt uelut alterum cerebrum.
Spinalis medullę quinque utilitates.

Caput Duodecimum.

Cur ſpina non conſtet ex duobus, aut tribus oſsibus longis, ut in brachijs, ſed ex quatuor, & uiginti, & ea forma.
Spinę partes quatuor, collum, dorſum, & os ſacrum.
De muſculis, & fibris ſpinalis medullę, ac de motibus ipſius, & cur muſculi fibras ita ſitas habuerint.

Caput

Caput Decimumtertium.

Cur ſpondili ſuperiores ſemper inferiorum minores fuiſſe præſtiterit, ita vt infimum ſit maximum.

Caput Decimumquartum.

Cur vertebrarum primarum latitudo inſertus ſuis cauitatibus ſit omnium maxima.
Quomodo cuiuſque ſpondili differentia facillime inuenienda.

Caput Decimumquintum.

Cur craſſitiem ſpinalis medullæ natura fecerit inæqualem, & cur ea cõformatio potius, q̃ alia.
Cum ſpinalis medulla in neruos quinquaginta octo eſſet diuidenda, tãtam natura ex cerebro produxit, vt ad eos ſatis eſſe poſſit.
De ſecuritate locorum vnde è ſpina egrediuntur nerui.
De conſtructione ſpinæ, & de ea parte, quam ἀκάνθαν, id eſt ſpinam, vel ſpinæ apicem vocant.
De chartilagine, & ligamentis ſpinæ.
Spondilus medius in tota ſpina cur productionem poſteriorem in neutram partem inclinet.
Cur in thorace longiſſimæ fuerint productiones, in alijs autem partibus breuiſſimæ.

Caput Decimumſextum.

Ex antedictis plurimæ dubitationes ſoluuntur, & plurima theoremata declarantur, quæ ad ſpinam ipſam, & ad vertebras pertinent.

LIBER XIII. Reliqua abſoluit, quæ ad dorſum pertinent, ac de ſcapulis aliqua, Continet autem Capita xiij.

Caput Primum.

SPondili qua parte mutuo dearticulentur.

Caput Secundum.

Cur aliquibus ſpondilis productiones lõgę extiterint alijs verò ſimplices, ac breues.
De numero productionum ſpondilorum.
Lumbis eſſe ſpondilorum productiones nouem, collo uerò undecim, ac dorſi ſpondilis ſingulis ſeptem ineſſe productiones.
Quæ cauſa fuerit diſſimilitudinis dictarum productionum.
Medium ſpondilum eſſe decimum, & rectam habere productionem, & qua cauſa.
Spondilum medium immotum eſſe, vt tota ſpina æqualiter flecteretur.

Caput Tertium.

Cur primus colli ſpondilus caruerit poſteriori productione, ac de foraminibus, magnitudine, & ordine ſpondilorum.
Naturæ induſtria circa formandas vertebras.

Caput Quartum.

De ligamentis, muſculis, & neruis vertebrarum.

Caput Quintum.

De coniugationibus neruorum à ſpinali medulla ortorum, à prima vſque ad nonam.
Diaphragmatis figura, & ſitus, & in quo ab alijs omnibus muſculis differat.
Cur nerui ſublimes ad diaphragma perueniant.

Caput Sextum.

Thoraci ex qua parte ſpinalis medullæ nerui ſuggerantur.
Collum ex ſeptem ſpondilis conſtare, & cur.
Natura cum thoracem fabricauit, quatuor ſibi propoſuit ſcopos, vocem, reſpirationem, cordis, & pulmonis magnitudinem.

Caput Septimum.

De duodecim thoracis ſpondilis, & quinque ſequentibus, qua ratione ſint facti.
De oſſe ſacro, eiuſque vſu, de oſſe pubis.
Coniugationes neruorum qui ſunt ſub diaphragmate, quinque dictis ſpondilis eguiſſe.

Caput Octauum.

De ligamento vertebrarum.
De humiditate craſſa, & viſcoſa vertebrarum, quæ ad motionis facilitatem pertinet.
De vtraque meninge quæ eſt circa ſpinalem medullam, & tertia quadam tunica, cuiuſque rei cauſa factæ.

Caput Nonum.

De neruorum, venarum, atque arteriarum numero magnitudine, & vſu in ſpinali medulla, & de ſecuritate dictorum vaſorum.
Cur natura neruos diaphragmatis non ex cerebro, & ſi ex collo, cur tribus primis ſpondilis præteritis, ex quarta, quinta, & ſexta eo modo produxerit.

Caput Decimum.

De ſcapulis, ac de naturæ ſumma in eis arte; & de ipſarum vtilitate.

Quæ incommoda perciperet animal ſi ſcapulæ eo modo non fuiſſent constructæ.

Caput Vndecimum.

De æquitate naturæ in formandis ſcapulis hominis, & aliorum animalium, & quam habeant in his differentiam.

Simiam quoad ſcapulas, & claues maximè homini ſimilem eſſe.

Cur non rectam à pectorali oſſe ad ſcapulas clauem extenderit natura.

Caput Duodecimum.

De articulo humeri.

Cur caput brachij fuerit rotundum, & ſcapulæ cauſa ſuperficiaria, ac ſupina.

De humeri tribus ualidis ligamentis, & de ligamento lato, & vnde oriantur.

De ſcapulæ proceſſibus recuruis.

Caput Decimumtertium.

De muſculis brachij, & ſcapularum.

Brachij motus à quibus oriantur muſculis.

Brachium attollentes, & circumagentes muſculos eſſe omnium robuſtiſſimos.

Scapularum motus à quibus proficiſcantur muſculis.

LIBER XIIII. *Quæcunque ad virorum, & mulierum genitales partes pertinent, explicat. Continet autem Capita xiij.*

Caput Primum.

Eſe explicaturum aſſerit partes, quæ ad generis inſtaurationem à natura nobis ſunt tributæ.

Caput Secundum.

Naturæ mirabile inuentum, quo in demortui animalis locum, nouum alium ſufficeret, quandoquidem immortale eſſe non poterat.

Naturam omnibus animalibus concipiendi inſtrumenta tribuiſſe, & eximiam uim uoluptatis effectricem.

Caput Tertium.

De vteri ſitu opportuniſſimo ad uſum venereorum, ad enixum, & ad incrementum fœtus.

De collo uteri quomodo claudatur in conceptu.

Vteri collum cur neruoſum fuerit, & mediocriter durum.

Sanguinem menſtruum non eſſe primam, ac propriam gignendi materiam.

Admirabilia naturæ circa animalis generationis principium.

Caput Quartum.

De diuerſitate ſinuum uteri in animalibus.

Homini duplicem uteri ſinum eſſe alterum à dextris, alterum à ſiniſtris.

Numerum ſinuum uteri, numero mammillarum in animalibus fuiſſe æqualem.

Lac quo tempore in mammis accedat, & qua cauſa à natura genitum.

Vbera duo, ut uteri ſinus duo mulieribus tributa.

Maximam eſſe utero cum mammis communionem.

Vteri, & mammarum munus.

Caput Quintum.

Naturam omnibus dictis inſtrumentis tribuiſſe uim per ſe motricem, ita ut non tantum inſtrumenta, ſed animalia etiam eſſent.

Quæ deinceps declaraturus ſit, exponit, videlicet cur ubera adeo cum uteris communicent, cur in dextro ſinu mares, in ſiniſtro fœminæ oriantur, quæ ſit maris natura, & quæ fœminæ, & alia quædam.

Caput Sextum.

Cur fœmina mare ſit imperfectior duabus rationibus monſtrat, ex frigiditate, & ex forma pudendi.

Muliebres partes pudendi uirilis eſſe ſimiles, niſi quòd ſunt inuerſæ; exemplo oculorum talparum utitur.

Naturę animalium uariæ.

Solis hominibus manus eſſe perfectas, & rationem ineſſe.

Cur præſtiterit fœminam non eſſe exquiſite calidam, ut uir, & de utilitate frigiditatis fœminæ.

Semen maris, eſſe principium effectiuum generationis.

Caput Septimum.

Semen idem generare mares, quod fœminas, verum quod ſemen imperfectius mouetur fieri fœminam, quod verò perfectius, mas.
Ad quid conferat in generatione ſemen fœminę, & ſanguis menſtruus.
De ouis ſubuentaneis aliqua.
Molam abſque viri commercio concipi non poſſe.
Spermatica vaſa dextra vnde oriantur, & vnde ſiniſtra.
Teſticulum ſiniſtrum in viris, & vterum ſiniſtrum in fœminis recipere impuriſſimum ſanguinem.
Partes vteri dextræ cur ſint calidiores ſiniſtris.
Dextras partes maſculorum, & ſiniſtras fęminarum eſſe generatrices.
Principium generationis maſculorum duplex.

Caput Octauum.

Qua ratione mammillæ cum vtero tantam habeant ſocietatem.
Quæ cauſa ſit cur menſtrua, dum fœmina lactat, non belle procedant.
Cum mulier conceperit, quo repat ſanguis, qui prius per menſtrua expurgabatur.
De venis quæ fętum alunt.
Lac menſtruo ſanguini germanum eſſe.
De ſignis imbecilli, & valentis fętus ex copia lactis in mamillis, deſumptis.

Caput Nonum.

De cauſa materiali, & inſtrumentaria voluptatis, quæ percipitur in coitu.
De progreſſu venarum, & arteriarum, quæ in vterum diſtributæ ſunt.
De humiditate ſeroſa, quæ acrimonia vellicans voluptatis eſt cauſa; cuius exemplum affert pruritum in cute ab humore mordaci excitatum.

Caput Decimum.

De ſeminis generatione, & ſubſtantia.
Cauſa generationis ſeminis fęminei, quæ ſit.
Teſtium munus eſſe concoquere humorem, qui in vaſi cęperat concoqui.
Cur teſtes viri exactius concoquant, quam mulieris.
Naturæ ars laudatur in diſtributione vaſorum, quæ ſemen exciperent tum in marium, tum in fœminarum eiaculatione.
De vaſis ſpermaticis maris, & fęminæ.
In excernendo ſemen veluti conuulſionem pati vaſa ſpermatica.

Caput Vndecimum.

Muliebre ſemen ad quid vtile.
Semen virile eſſe membranarum omnium, & vaſorum originem.
Seminis virilis eſſe alimentum muliebre ſemen.
Humoris geniti in glandulofis corporibus collo veſicæ vtrinque adhærentibus, vſus.
Spadones qua ratione voluptatem percipiant in coitu.
De cornuum matricis ſitu, & vſu.

Caput Duodecimum.

Cur teſticulos, & meatus ſpermaticos natura maiores in maribus effecerit, quam in fœminis.
De ſpermaticorum vaſorum ſitu, & progreſſu in maſculis.
Quòd meatus ſpermaticos in maribus oporteret eſſe maiores, exemplo piſcium, & auium declarat.

Caput Decimumtertium.

Quomodo natura prouiderit ſecuritati ſeminariorum uaſorum.
Meatus à peritoneo deſcendentis vſus.
De ſitu vteri, ac ueſicæ.
De genitalium neruis, uenis, & arterijs.
De uaſorum in teſtes implantatione.
Neruis pauciſſimis opus fuiſſe uteris, & partibus, quæ ad marium teſticulos pertinent, ſicut magnis ad nutritionem uaſis.
Membro uirili, & collo uteri cur plures nerui inſerantur.

Caput Decimumquartum.

Cur uterus unica tantum tunica conſtet ſicut ueſicæ, uentriculus autem, & inteſtina ex duabus.
De veſicarum natura.
Vteri tunica cur omne genus fibrarum habeat.
De connexione uteri ad corpora uicina, ac de ligamentis ipſius uteri.

Cur

Cur natura non in teſtes vaſa ſpermatica inſeruerit, ſed in uocatam ἐπιδιδυμίδα, & cur epididymides in fœminarum teſticulis non ſunt ſenſibiles, & manifeſtæ.

Marium teſtes humidiores eſſe, ac molliores quàm fęminarum, & quare.

LIBER XV. Abſoluit quæ ſuperſunt ex genitalibus, & fœtibus, & aliqua addet de coxendicis articulo. Continet autem Capita viij.

Caput Primum.

QVæ ſuperiori libro explicata ſint recenſet.

Pudendum virile, nullũ cõmodiorem locum habere potuiſſe eo, in quo eſt, oſtẽdit.

Quod membrum virile aliam ab ea, quam nunc habet conſtructionem, & ſubſtantiã obtinere non poterat, non venoſam, non arterioſam, neque neruoſam.

Tria eſſe corporum neruoſorum genera.

Membrum virile non eſſe carnem, non glandulam, non os, non chartilaginem.

Caput Secundum.

De ſitu & poſitione pudendorũ, ea nullo alio loco, vel ſitu melius locari potuiſſe.

Aliqua phyſica theoremata de pudendis omittenda, præſertim circa erectionem pudendi.

Caput Tertium.

Pudendum virile, qua cauſa exacte tenſum eſſe oportuerit, & duas ponit cauſas, coitum, & ſeminis eiaculationem longiſſimam.

Vnum & eundem meatum, & ſemini, & lotio excernendis deſeruire hominibus quare præſtiterit.

De pudendi muliebris poſitione.

De pudendi vtriuſque epiphyſibus, & cuius gratia conſtructæ.

De nympha in mulieribus, & eius vſu.

Caput Quartum.

De arte naturæ circa fętum dum eſt in vtero.

De membrana tenui vndique fętui circumiecta, quam amnion, ideſt amiculum vocant.

De membrana allantoidi, de chorio, ideſt ſecundis.

De vaſis quæ intra matricem fętui alendo gignuntur.

De vena prætergreſſa vmbilicum, quæ in ſima hepatis inſeritur, ac de inſertione arteriæ prætergreſſæ vmbilicum, & harum vſu.

Caput Quintum.

De quatuor vmbilici vaſis.

Chorion eſſe veluti quandam truncorum radicationem.

Humoris contenti in amnio vſus.

De ſecuritate membranarum dictarum.

De excretione vrinæ, & cur fętus per veſicæ collum non excernat ipſam vrinã, & vnde excernat: ac fętum voluntarijs actionibus non vti.

Caput Sextum.

De hepatis magnitudine in fętu, & cur maiori magnitudine ſit, quàm pro aliarum partium portione.

Cur venas à principio natura fecerit robuſtas, arterias verò, & neruos progreſſu temporis.

Cur pulmo in ijs qui vtero geruntur ſit ruber admodum.

Cur in fętibus vena caua in arteriam uenoſam ſit pertuſa.

Caput Septimum.

Quod uteri os tempore prægnationis exacte clauſus ſit, tempore verò partus aperiatur, & quando ſit tempus partus.

Caput fętus in partu primo extare ex utero, alias autem formas eſſe periculoſas.

Fœtum æditum in lucem, ſtatim doctum eſſe actiones omnium corporis particularum.

Eadem die utrumque hoc factum, in mammis lac inducitur alimentum fętui futurum, fętui uerò conatus tribuitur innatus ad ſuccum hunc capeſſendum.

Caput Octauum.

De muſculis qui coxendicis articulationem mouent.

Crura duo ſolis hominibus data eſſe inter pedeſtria omnia.

Muſculos crus extendentes atque flectentes cur fecit natura multos, & maximos, & qui ſint.

Primam muſculorum differentiam triplicem eſſe.

Ambulatio, curſus, & ſtatio quomodo fiant.

De muſculo omnium maximo.

De muſculis fęmur intro abducentibus, & de extorſum agentibus, ac de circumagentibus ipſum.

LIBER XVI. De vſu neruorum, arteriarum, & venarum, quæ ſunt in toto corpore agit. Continet autem Capita xiiij.

Caput Primum.

Quæ in alia parte fuere declarata, nunc ſupponenda eſſe inquit, videlicet cerebrum eſſe principium neruorum, cor arteriarum, & hepar venarum.

Naturam fuiſſe iuſtam in æquitate diſtributionis.

Iuſtitiam duplicem eſſe, ac naturam ſequutam eſſe eam iuſtitiam, quæ magis artificioſa eſt, de qua Plato locutus eſt.

Caput Secundum.

De productione, & diuaricatione venarum, arteriarum, & neruorum à ſuis principijs.

De arte naturę admirabili, quod neq; neruus neq; arteria, neq; vena recurrāt, niſi paucæ quędā.

Quod in omnes partes corporis nerui ferantur, nullus tamen neque in oſſa, neque in chartilagines, neque in ligamenta, neque in glandulas inſeratur, & qua cauſa.

Neruos molles quibus tribuerit particulis natura, quibus duros.

In cute vnde producantur nerui ob ſenſum.

Caput Tertium.

Neruorum diſtributiones particulatim exequitur, & quibus partibus duros neruos, quibus molles tributi ſint, recenſet.

Senſum oculorum omnium aliorum eſſe certiſſimum.

De neruorum opticorum conſtructione, & cur concaui ſint.

Quæ partes à cerebro, & quæ à ſpinali medulla neruos accipiant.

Caput Quartum.

De neruorum diſtributione in ijs partibus quæ voci inſeruiunt.

Laringem eſſe præcipuum vocis inſtrumentum, & de eius conſtructione, & munere.

De recurrentium neruorum ortu, progreſſu, & reditu.

De ſecuritate flexionis, & reditus.

Caput Quintum.

De portione neruorum, quæ à cerebro ad viſcera mittitur.

Os ventriculi neruum unceriſſimum à cerebro recipere, & qua cauſa, ac de alijs particulis quibus ſincerus neruus mittitur, quibus verò minimè.

De naturæ prudentia, cum neruum aliquem longius ſit perductura, vt tutus ſit.

Caput Sextum.

Vnde ſuggerantur nerui latis ſcapularum muſculis.

De reliquis particulis quæ à cerebro neruos recipiunt.

Latum muſculum fibras omnes recipere à colli ſpondilis.

Muſculi qui retro ad dorſum totam ſcapulam contrahunt, vnde recipiant neruos.

Caput Septimum.

Muſculi thoracis vnde recipiant muſculos tum diſcendentes, tum aſcendentes.

Muſculos qui ſunt ad epomida totum brachium attollere, & ideo neruum validiſſimum flagrare, & ex quo is neruus deducitur.

Caput Octauum.

Quo pacto nerui in totam manum ferantur, & qua iter faciant.

Nerui manuum, & crurum quo differant.

Progreſſus neruorum crurum.

Caput Nonum.

Muſculi qui ſunt ad os pubis vnde neruos recipiant, cum aliæ uiæ omnes fuerint occupatæ.

Muſculos dictos recipere neruos per foramen magnum oſſis pubis.

Naturam ſemper ſolere à propinquis uenas, arterias, & neruos partibus immittere.

Caput Decimum.

De arteriarum, & venarum diſtributione.

Arteriæ magnę deſcendentis ortus, progreſſus, & diſtributio.

Natura ad ſolos teſtes, & mammas, non è propinquo, vt in alijs, ſed à longinquis locis vaſa duxit, & quare.

Plexus vaſorum circa teſtes, & mammas qua gratia facti, ac de plexu retiformi.

Caput Vndecimum.

De altera parte arteriæ magnæ, quæ ad collū ſcapulas, & manus, & faciē, & totū caput, aſcēdit.

Caput Duodecimum.

Carotidum arteriarum diuiſio, & proceſſus.

Retiformem proceſſum eſſe toti baſi cerebri ſubditum.

De plexu choroide.

Compli-

Complicari inter ſe ac commiſceri omnia vaſa in corpore.
Arterias, & venas ſenſu deſtitutas eſſe.
Cur plures numero, & magnitudine ſint venæ quàm arterię, q̃ propagines particulis mittunt.

Caput Decimumtertium.

Venas quaſdam reperiri ſine arteria, arteriam autem nullam ſine vena, & quare.
Sicut arteria quę è ſiniſtro cordis ventriculo oritur eſt truncus omnium arteriarum, quę per corpus diſtribuuntur, ita venę omnes à caua vena exoriuntur.

Caput Decimumquartum.

De venarum diſtributione pro ratione, & indigentia particularum omnium.
A calidis, & mollibus corporibus plurimũ defluere, & ijs qui ſatis mouẽtur, cõtra verò ab alijs.
Pulmoni omnia ineſſe, quę ad celerem vacuationem pertinent.
Oſſium ſubſtantiam non facile diſſolui.
De venarum diſtributione in cęteras omnes particulas.

LIBER XVII. Proportionem partium corporis explicat, & vtilitatem, quæ ex his libris deſumitur. Continet autem Capita iij.

Caput Primum.

Quid ſit actio partis, & quid vſus partis.
Primam vtilitatem animalibus actiones pręſtare, ſecundam verò partes ipſas, & huius probatio.
Partium actioni ſemper vſum etiam eſſe coniunctum, exemplo elephantis probat.
Naturam nón ſolum extrinſecus proportionem in animali ſeruaſſe, ſed etiam in profundo, enumerandis partibus probat.
Mentem quandam eſſe, quę omnia peruadat, & ornet, ex ſtructura animalium concipi poſſe.
Terras à mente quadam gubernari, ſolem, lunam, & ſtellas omnes.
Diuinam mentem eſſe etiam per aerem nos ambientem extenſam.
Opus de vſu partium eſſe perfectiſſimę theologię verum principium, quę theologia pręſtantior eſt medicina.

Caput Secundum;

Tres vtilitates enumerantur quę ex horum librorum lectione percipi poſſunt.

Caput Tertium.

Totum hoc opus de vſu partium tanquam bonum ἐπῳδὸν appellat, & quid ſibi velit hoc nomen, ἐπῳδός, explicat, & ad Deorum hymnos, & cantus refert.

NOVEM LIBRORVM DE DECRETIS Hippocratis Synopſis.

LIBER PRIMVS, Principia neruorum, & arteriarum declarat. Continet autem Capita decem, ſed prima quinque deſiderantur.

Caput Sextum.

Siniſtrum cordis uentriculum poſtquam denudatum ſit ſanguinem non incidere aduerſus Eraſiſtrati ſectatores diſputat.
Chryſippum reprehendit, qui cum purum ſpiritum in principali animę loco contineri dicat, eum in corde collocarit.
Ariſtotelem, & Praxagoram reprehendit, quorum uterque cor eſſe neruorum originem dixit, Praxagoram pręterea, quòd arterias ſciſſione in neruos tranſmutari aſſeruit.

Caput Septimum.

Aduerſus Eraſiſtratum diſputat, quòd arterię ſciſſę non degenerent in neruum; atque per inductionem probat hoc eſſe falſum.

Sumit inductionem ab arterijs.
- Coronaria, ὡσεὶ στεφανοῦσα dicta.
- Quæ ad thoracem deferuntur.
- Quæ ad ſcapulas aſcendunt.
- Quæ ad manus feruntur.
- Quæ in alis exiſtunt.

Vnde oriantur omnes nerui explicat.
Arteriarum omnium diſtributionem per totum corpus recenſet.

Caput Octauum.

Aduerſus Ariſtotelem diſputat, qui cor eſſe neruorum originem dixit, eumq; confuſe, & indiſtinctè de neruorum origine bis protuliſſe.
Confutat argumentum quo probat Ariſtoteles cor eſſe neruorum principium, quia ibi multi ſint nerui.
Ad operationem,& vſum cuiuſque inſtrumenti, non ad fabricam eſſe reſpiciendum.

Caput Nonum.

Cum tria hæc inſtrumenta,neruus, ligamentum,& tendo,an ſimilia ſint inter ſe,quam habeant differentiam exponit,ac membranarum naturam declarat.

Caput Decimum.

Cor non habere neq; ſenſitiuos, neque voluntarios motus magnitudine, aut copia alicuius momenti,vt Ariſtotelis dicebat.
Error Ariſtotelis fuit,qui neruoſas diſcriminationes in corde prorſus neruos appellauit.
Si etiam neruos,non neruoſas partes eſſe eas conceſſerit, non tamen è corde originem habere eas probat.
Ariſtotelem erraſſe, cum duas ſumptiones veras,tertiam probabilem ſtatuiſſet.
Neruos mouere corpus per medios muſculos, tanquam per vectes quaſdam.

LIBER SECVNDVS, Agit de falſis ſumptionibus quibus tum Stoici, tum Peripatetici vtebantur ad probandum rationalis animæ ſedem eſſe in corde. Continet autem Capita viij.

Caput Primum.

QVid in præcedenti libro egerit, & quid in hoc agendum ſit,breuiter explicat.

Caput Secundum.

Primum quid ſit ſumptio declarat, atque ex ijs alias eſſe falſas, alias ad rem, de qua agitur non pertinentes.
Reprehendit Chryſippum,qui volens oſtendere animæ ſedem eſſe in corde, duas rationes vanas attulit,alteram ab etymologia huius vocis ἐγώ, alteram ab oſtenſione, quam facimus admouendo manus ad pectus.
Deridet friuolas Chryſippi probationes, & ob illas potius in capite eſſe debere oſtendit.

Caput Tertium.

Caput vnum ex libris ſuis de demonſtratione pro exemplo aſſumit, videlicet ab ipſa quæſitæ rei ſubſtantia accommodatas ad rem ſumptiones eſſe ducendas.
Qua via ſit inſiſtendum, vt cognoſcatur num in corde ſit animæ principatus, & quibus ſumptionibus ſit vtendum.
Demonſtratiuum,& ſcientificum genus in quo differat ab oratorio,exercitatorio,& captioſo.
In Chryſippi,& Zenonis libris ſumptiones omnis generis cõfuſe, & ſine delectu cõmiſtas eſſe.
Sumptiones dialecticæ quæ ſint,& quomodo appellentur,& quomodo aliæ his inferiores.
Eos qui ſibi demonſtrandi ſcientiam arrogant,ſupputatorum exemplo refellit.
Verum refellit antedictas duas Chryſippi rationes ab etymologia, & oſtenſione ſumptas.

Caput Quartum.

Qua ratione ſcientiæ effectrices ſumptiones à cæteris dignoſci poſſint.
Quatuor ſumptionum genera ponit.
Ex ijs quæ cordi adiuncta ſunt ſumptionem elicit primum,deinde de alijs agit.
Cordi quæ inſint,eiuſq; ſitus, & poſitio,& num ex hoc ratio demonſtratiua duci poſſit.
A corde vocem non exoriri,vt quidam aiebant, ac de proprio vocis inſtrumento.
Libros ſuos recenſet qui ad reſpirationem,& ad motum muſculorum pertinent,ad quos lectorem remittit.
Vocem non creari,ſpiritu qui in pulmone eſt ab eo qui eſt in corde,informato,vt dicebant.
Cor eſſe pulſuum,cerebrum voluntarij motus originem.

Caput Quintum.

Aduerſus eos,qui vocem,vel reſpirationem à corde proficiſci opinabantur, poſituræ vicinitate decepti hac ſumptione vtentes,omnibus functionibus ex propinquis membris origo eſt.
Concluſio Zenonis,& Diogenis de eodem. Ratio Chryſippi ad idem ſpectans.
Zenonis explicatur rõ,q̃ ꝓbat nõ eſſe in cerebro mentẽ, ex qua explicatione falſitas apparet.
Quæ ſit differentia inter prępoſitionem διὰ, & ὑπό, quę ſummebantur in ratione Zenonis, & alia de rationibus illius prauitate.

Caput Sextum.

Cor per quot, & quæ vaſa cerebro connectatur.

Qua ratione per diſſectionem principium vocis, & reliquarum actionum dignoſcendum.

Neque cor ad pulſuum motum cerebro egere, neque cerebrum corde, vt ſentiat animal.

Quod cerebri facultatũ prima origo non ſit in corde, ex ligatione neruorũ quorundã probat.

Caput Septimum.

Chryſippum multa repugnantia ſibi ipſi, circa principatum animæ ſcripſiſſe, & Zenoni.

Ex omnibus rationibus Chryſippi repugnantibus veriorem eligit, ac de duobus ipſius maximis erroribus.

Ex ipſius Chryſippi verbis apparet animam rationalem in corde non eſſe, ſed irrationalem, & affectibus obnoxiam.

Caput Octauum.

Repetit, quod hucuſque in hoc libro dictum eſt, videlicet quatuor eſſe ſumptionum genera, & quæ ſint illæ quæ ſcientiam pariant.

Rationem ſtoicorum à morſu ventriculi ad ſedem animæ argumentantium, diſceptatoriã eſſe, & vanam; ac de multis alijs ipſorum huiuſmodi rationibus.

Si concedatur cor ante alia omnia membra formari, non tamen probari originem, quoad facultates.

Cor moueri prius omnium aliorum membrorum, & vltimum deſinere, eſſe quidem demonſtratiuam rationem, ſed quo ad motum pulſuum.

Cor eſſe nutritionis principium, falſum eſſe.

LIBER TERTIVS, Omnia quæ Chryſippus de animæ ſede ſcripſit refellit. Continet autem Capita viij.

Caput Primum.

Repetit quæ in primo, & ſecundo libro egerit, ac quatuor eſſe omnes ſumptionum differentias iterum explicat.

Præter inſtitutum ſuum hoc tertio libro reliqua Chryſippi, quæ omiſerat ſe perſecuturum declarat.

Ponitur opinio Chryſippi, quòd origo animæ ſit in corde.

Platonis opinio de diuiſione animæ.

Chryſippi ſumptiones ex teſtium, & vulgi opinione acceptę.

Caput Secundum.

Auctoritatibus Poetarum, quas Chryſippus adducebat, probari tantum iraſcibilem animæ partem eſſe in corde, non autem rationalem.

Chryſippum non recte argumentari, cum inquit, ibi eſſe partem animæ rationalem, vbi ea eſt, quæ affectibus obnoxia eſt.

Multos verſus Homeri, & Heſiodi ponit, quibus vſus eſt Chryſippus ad ſuam ſententiam confirmandam.

Caput Tertium.

Carmina à Chryſippo adducta contra ipſum facere.

Pugnã inter rationẽ, & irã ex carminibus Homeri elicit, & rationẽ equiti, irã equo aſſimilat.

Idem oſtendit in carminibus Euripidis de Medea.

Chryſippum non debuiſſe Tirtæi carmen adducere, in quo de ira leonis meminit, cum ipſe leones ira priuet.

Chryſippum ab iiſdem ipſis quos citat teſtibus, prodi.

Caput Quartum.

Principatum animæ eſſe in corde Chryſippus ex his nominibus probabat, ſecorde, euiſceratis, & excerebratis, quod deridet Galenus.

Chryſippi orationem ænigma eſſe mirabili obſcuritate perplexum, & quare obſcurus fuerit Chryſippus.

Fatuitatem probationum Chryſippi explicat.

Non ſolum Poetis, ſed ne philoſophis quidem, nec Hippocrati, nec Platoni ſine demonſtratione credendum.

Caput Quintum.

Omnes Chryſippi rationes ſeriatim apponit, totum orationis eius contextum deſcribens.

Vulgarium teſtimoninm quod adducebat Chryſippus, eum ſcilicet, dicunt iram aſcendere, vel deſcendere contra ſe eſſe.

Fœminarum teſtimonium, quæ digito cor indicant, cum aiunt non deſcendere ipſis, quæ dicuntur aiunt, contra ipſum eſſe.

Chryſippum adducere in teſtimonium, mulieres, vulgares, etymologias, manuum admotiones, nutus, ac renutus capitis.

Amicorum rogatu omnes Chryſippi nugas refellere aggreſſum.

Ratio alia Chryſippi ex etymologia cordis refellitur, & multę alię huc ſpectantes.

Caput Sextum.

Repetit per epilogum quęcunque de cerebro, & corde dicta ſunt, ad oſtendendum cerebrum eſſe neruorum originem, cor autem motus pulſuum.

Idem morborum teſtimonio probat, quod fuſius inferius ſe facturum dicit.

Caput Septimum.

Reliquas Chryſippi probationes aſſumit refellendas, & pręcipue ſumptionem illam, ex vno eodemq; menbro facultates vtraſque exortum habere.

Ponit Chryſippi verba, & ad ea ſigillatim reſpondet.

Vtraſque animę partes rationalem inquam, & irrationalem inter ſe differre loco, tum puerorum exemplo, tum Euripidis, & Homeri teſtimonio probat.

Verſus Homeri ponuntur, quibus declaratur concupiſcibilem animę partem in iecore eſſe.

Ex ratione Chryſippi de animę principatu, alteram ſumptionem eſſe veram, alteram non probaſſe, & falſam eſſe.

Dicta quædam Chryſippi ponuntur quę repugnantiam habent, cum aliud iraſcibilem, & concupiſcibilem à rationali eſſe aſſerat.

Caput Octauum.

Cum Chryſippus videret fabulam ortus Mineruę ſuis dogmatis aduerſari; illam detorquet, & quibuſdam figmentis ſuis dictis accommodat.

Heſidio carmina ponit Mineruæ ortum declarantia.

Fabulam Mineruæ declarat Galenus, & eius allegoriam eleganter aperit, ac de fabulis quædam pertractat.

Reprehendit rationem, & modum probandi, quo vſus & Chryſippus.

LIBER QVARTVS, Recenſet errata Chryſippi de affectibus, & perturbationibus. Continet autem Capita vij.

Caput Primum.

POetarum carmina ponuntur, quibus Chryſippus oſtendi putabat omnes tres animæ facultates à Platone tribus in locis diſpoſitas, in corde manere.

Chryſippum diuerſis ſuis libris diuerſa, & ſibi repugnantia proferre de facultatibus animæ.

Affectus eſſe iudicia putabat Chryſippus.

Caput Secundum.

Chryſippum in generalium affectuum diffinitionibus prorſus ab antiquorum dogmatibus diuerſum abijſſe.

Chryſippi definitio ægritudinis, timoris, & voluptatis.

In definitione perturbationum ſibi ipſi Chryſippum repugnare.

Sententia Chryſippi examinatur, qui dicebat, perturbationem animi eſſe motum irrationalem, & præter naturam.

Affectum animalem non poſſe innaſci inanimato alicui, ſicuti neque irrationali animali.

Ad alteram diffinitionis Chryſippi expoſitionem reſpondet, & cur ij qui currunt per decliue confeſtim ſtare non poſſint cauſam inueſtigat, quod animæ appetitionibus applicat.

Quando dicatur concurrere rationem cum affectu, & quando illi reſiſtere: qui temperans vocetur, & qui intemperans.

Caput Tertium.

Chryſippum errare cum conſiderat vtrum affectus ſint iudicia an iudiciorum ſubſecutiones, aduerſarique ſibi, & Zenoni.

Accuſandum Chryſippum, quod iudicij æquiuocationem non declarauerit.

Caput Quartum.

Chryſippũ in definitionẽ cupiditatis non aduertiſſe eodẽ tempore, & loco ſibi ipſi repugnare.

Irrationale duobus modis accipi, à Chryſippo non animaduerſum, & plura de hac voce, irrationale.

Siue recta ſit, & vera ratio, ſiue praua, & falſa, nunquam in perturbatione eſſe poſſe, vt Chryſippus aiebat.

Motum nullum ſine cauſa fieri.

Caput Quintum.

Chryſippi ſectatores neſcire cauſam reddere motus perturbationum, & quæ afferant.

Repugnare ſibi Chryſippum, qui dixerit motus quoſdam aduerſari rationi, & eoſdem à ratione fieri.

Repugnare ſibi eundem Chryſippum, qui dixerit perturbationes animi tum iudicia eſſe, tum ſine iudicio fieri.

Poſidonij verba contra opinionem Chryſippi.

Caput Sextum.

Chryſippum ſæpe fateri diuerſam quandam à rationali facultate in animis hominum eſſe, quę perturbationum cauſa ſit, & eius verba adſcribit.

Chryſippum recte dixiſſe, homines deſciſcendo à ratione, & ſuccumbendo perturbationibus, multis de cauſis imbecilliter agere, ſed erraſſe ipſum, cauſas non apponendo.

Platonis exemplum affert, & multa ipſius Chryſippi dicta ſubnectit.

Caput Septimum.

De ijs quæ à Poſidonio ſcripta ſunt contra Chryſippum de cauſis perturbationum.

Diffinitio ægritudinis reprehenditur à Poſidonio.

Multis teſtimonijs declaratur, ægritudine, lachrimis, ploratu, victoria, & honore ſatiari homines.

De cauſis ſedationis perturbationum.

Quid cauſæ ſit cur plerique cum nolint ſæpe numero fleant, nec lachrymas inhibere poſſint, alij verò contra cum flere velint, prius deſiſtant.

LIBER QVINTVS, Errores Chryſippi inde ortos oſtendit in cognoſcendis, & curandis perturbationibus, quòd tres animæ facultates eſſe negauerit.

Continet autem Capita vij.

Caput primum.

MVlta quæ ſuperius dicta ſunt de opinione Chryſippi repetit.

Non in vno eodemque iraſcibilem vim, & irrationalem exiſtere, aut vnius eiuſdemque facultatis iram, & rationem eſſe facultates.

Chryſippi, Zenonis, & Poſidonij opiniones de diffinitione affectus, & in quo differant.

Caput Secundum.

Animum ſtultorum hominum in perturbationibus eſſe ſimilem corporibus, quæ in aliquem morbum incidunt, non recte dixiſſe Chryſippum.

Laudat Poſidonium, qui dixerit, inſipientium animos cum perturbationibus vacant, ſanis corporibus eſſe ſimiles; quòd autem talem conſtitutionem morbum dixerit, non probat.

Chryſippi dictum, vt abſurdius multo reprehendit.

Sanitatis, & morbi diffinitio, & notitia, ex quibus apparet dicta Chryſippi non ſeruare proportionem in morbo corporis, & animi.

Caput Tertium.

In quo errauerit Chryſippus cum dixit, rationem eſſe notitiarum quarundam, & anticipationum collectiones.

Partes cum functionibus in anima non ſunt confundendæ.

Morbi notitiam confundere Chryſippum, cum ſimilem dicat animæ morbum corporis conſtitutioni.

Sanitatem animæ cum pulchritudine confundit Chryſippus.

Pulchritudo corporis in quo conſiſtat, & in quo ſanitas.

Quomodo vel ſana, vel ęgra reddatur anima dicere omiſit Chryſippus; & q̃ de hoc dicat Plato.

Caput Quartum.

Neque in vna tantum animæ parte, neq; in vna facultate iudicia, & affectus exiſtere, vt Chryſippus putabat.

Animæ facultates tres eſſe ex Poſidonio, & Ariſtotele, & quomodo locis ſeparatæ ſint.

Chryſippum ſecum diſſidere, cũ inquit, oẽs operationes, & affectus in ſola ratione conſiſtere.

Refellit dictum Chryſippi, qui dixit, ſanitatem, & morbum, pulchritudinem, & turpitudinem animæ, in partibus ipſius fieri, & has partes eſſe notitias, & anticipationes.

Caput Quintum.

Ex puerorum perturbationibus, & appetitionibus refellitur Chryſippus, plures eſſe animæ inter ſe diſſidentes facultates.

Falſum eſſe ad honeſtatem ſtatim à principio pueros propenſos eſſe, probatur, & nullam cum vitio affinitatem habere.

Quædam phyſiognomica contra Chryſippum adducuntur.

Ariſtotelis ſententia de animæ conſtitutionibus.

Quæ Plato de puerorum eductione tradidit mirè extollũtur à Poſidonio.
Peccaſſe Chryſippum, qui cum multas eſſe ſcientias dixerit, vnam ſtatuerit animæ facultatẽ.

Caput Sextum.

De virtutibus obiter ab ipſo Galeno factam eſſe mentionem, ex conſequutione tractatione de affectibus.
Error Chyſippeorum non modo in diſputatione de perturbationibus, ſed etiam de fine, & qui ſit finis, ab omnibus expetendus.
Cauſa perturbationis inuenta, quæ bona ſequantur,
Quæcunque in tractatione de perturbationibus rectè à Poſidonio ſcripta ſunt, apponit.

Caput Septimum.

Platonis demonſtrationes affert, quæ probant tres eſſe animæ partes, quibus ad motum incitamur, & diuerſas.
Pugna quæ interdum oritur inter rationalem, & irrationalem facultatem, geminas eas eſſe naturas diſſidentes oſtendit.
Si tantum vna facultas in nobis eſſet, quid ſequeretur.
Multa verba Platonis afferuntur, quibus diuerſam eſſe ratiocinantem à concupiſcibili probat.
Exempla Platonis, quibus oſtenditur iracundiam nobis à natura datam, vt rationi opituletur contra cupiditatem.
Quod iracundia à ratione diuerſa ſit, ex Platone probatur.

LIBER SEXTVS, Monſtrat iecur venarum, ſanguinis, & concupiſcibilis animæ eſſe principium. Continet autem Capita ix.

Caput Primum.

Expedita diſputatione contra Chryſippum, nunc redit ad inſtitutum, vt monſtret, cerebrum, cor, & iecur tria eſſe principia regenti m nos facultatum.
Quid ſit actio, quid, quid affectio, earumque duplex ſignificatum.
Primaria ratione quæ fieri à natura dicantur.
Quomodo iracũdia, & cupiditas, & aliæ perturbationes tam actio, quam affectio dici poſſunt.

Caput Secundum.

Tres eſſe animæ ſpecies ex Platone repetendum eſſe ait, ac nihil referre ſpecies an partes quis eas dixerit.
Tres animę facultates quibus animalibus comparauit Plato.
Ariſtotelis, & Poſidonij ſententia de ſpeciebus animæ.
Quicquid ſpecies eſt poſſe partẽ appellari, nõ aũt cõtra quicquid pars eſt, continuo eſſe ſpeciẽ.

Caput Tertium.

Cum ſuperioribus libris de duabus animæ partibus dictum fuerit, in ſequenti de concupiſcibili tantum aget.
Argumenta de concupiſcibili, non ex euidentibus, neque ex quæſitæ rei natura fore, & quare.
Ex Plantarum generatione, & diſpenſatione, facultatis altricis, ſiue vegetabilis naturam inueſtigat.
Stirpes qua ratione gignantur, & augeantur, quarum ſimilitudinem in animali contemplatur.
Arteriæ magnæ ortus, & diuaricatio.
Sententiam refellit aliquorũ, qui contendebant, ea q̃ ſubſequuntur maiora eſſe ſuis principijs.
Quatuor venarum paria à capite ferri, falſo Hippocrati tributum eſſe.
Aduerſus Pelopem præceptorem ſuum, qui dicebat, parua magnorum eſſe principia.
Arteriarum originem non aliunde, quàm ex corde originem habere.

Caput Quartum.

Sanguinis procreatricẽ facultatem in iecore cõtineri, ac iecur altricis facultatis eſſe principiũ.
Iecur ſanguinem cordi tanquam materiam non præparare, optimè demonſtratur tum rationibus, tum ex diſſectione.
Quod iecur ſanguinem cordi non pręparet, illud maximum eſſe argumentum, quòd vna tantum vena cernatur è iecore, & à corde exoriri.

Caput Quintum.

Iecur eſſe ſanguinis officinam non cor, probat ex eo, quod è corde nulla vena oriatur, ſed caua è iecore.
Alterum eiuſdem argumentum validiſſimum, quòd multa animalia dextrum cordis ventriculum non habeant.
Ex diſſectione multis perſuaſit Galenus iecur venarum eſſe principium.
Pelopis abſurditas in venarum principio tradendo.
Stultum eſſe aliud naturæ rei, aliud doctrinæ inuenire principium.

Caput Sextum.

Cor neq; ſanguinis corpus totum alentis neque receptaculorum eius eſſe procreatricem originem probat ab euidentibus, quæ in diſſectione apparent.

Euidens in diſſectione, ſunt membranæ ad orificia receptaculorum, ac de forma, & numero ipſarum membranarum; & uſus.

Contra Eraſiſtratum, qui dicebat cor eſſe & arteriarum, & venarum principium.

Eraſiſtratum nihil de ſanguinis generatione dixiſſe, quæ multo magis animalibus neceſſaria ſit, quàm ventriculi actio, quod etiam probat.

Omnibus quæ ab aliquo alterantur in alterantium ſpeciem mutationem fieri.

Venas in prima fętus in vtero formatione ex corde originem non habere probatur aduerſus Eraſiſtrarum.

Ex quo viſcere venæ exoriantur indagatur.

Caput Septimum.

Aduerſus Praxagoram, & Philotimum, qui arterias ex ſeipſis pulſare dixerunt.

Arterias à corde motum omnem habere, eo argumento, quòd ſi recidantur, motu priuantur.

Caput Octauum.

Aduerſus aliquos, qui non ſolum cor, ſed omnia alia membra conceptaculorum ad ipſa pertinentium, principium, & finem dici poſſe affirmabant.

Iecur eſſe primam venarum originem, & diſpenſationis materiæ per totum corpus.

Venarum tunicas non eſſe ſanguinis creatrices.

Sicut ventriculus iecinoris cauſa non immutat cibum, ſic neque iecur aliorum membrorum cauſa ſanguinem elaborare.

Ex propria ſpetie ſubſtantiæ, propriam eſſe etiam functionem oportere, ac nihil tam ſimile inueniri ſanguini poſſe, quàm iecoris ſpeties.

De ſanguinis tenuis, & ſubtilis ſubſtantiæ, & ſpirituoſi generatione, & ſicut arteriarum, ita huius ſanguinis cor eſſe principium.

Caput Nonum.

Arteriæ, quæ eſt in cubito citatior motus, quid ſignificet, ac de animi moribus coniecturam præbere.

Eam arteriam ab Hippocrate appellari venam.

Appetitoriam animam Platonem in hepate collocaſſe.

Venarum radicationem eſſe hepar, & arteriarum cor.

Iecur eſſe concupiſcibilis facultatis originem, & ex Platone, & ex Homeri teſtimonio mõſtrat.

LIBER SEPTIMVS, Neruos omnes a cerebro originem ducere oſtendit, & quomodo ſenſus, & motus facultas inde proficiſcatur. Continet autem Capita viij.

Caput Primum.

PRolixitatis huius tractatus non ſe fuiſſe cauſam, ſed eos qui falſis rationibus multos libros impleuerunt de animæ principatu.

Quid hactenus oſtenſum ſit de tribus animalis principijs.

Chryſippum in ijs quæ contra Ariſtonem diſputauit, de virtutibus, non eſſe reprehendendum, opinabatur autem Ariſto vnam eſſe virtutem tantum, quæ plurima nomina ſortiretur.

Indagandum proponit, vna ne, an plures virtutis animæ ſubſtantiæ inueniantur, & quid per ſubſtantiam intelligat.

Si tres ſunt animæ partes, tres eſſe virtutes eius neceſſe eſt, & quo nomine appellandæ.

In partibus irrationalibus virtutes eſſe habitus, & potentias, at in rationali, non ſolum habitus, & potentia, ſed etiam ſcientia eſt virtus.

Caput Secundum.

Ariſto virtutem vnam animæ poſuit, bonorum, & malorum ſcientiam, & quomodo alias virtutes huc includebat.

Chryſippum reprehendit in ijs, quæ Ariſtoni contradicit; ipſumque vocabulorum non rerum differentiam aduertere.

Quid bonum, aut malum, eligendum, aut fugiendum.

Neque Platonem, neque Ariſtonem, neque ipſum Galenum eſſe cauſam tam longe orationis, ſed eũ qui producit diſputationẽ argumẽtis non demõſtratiuis, ſed dialecticis, & rhetoricis.

Caput Tertium.

Differt tractationẽ de differẽtia virtutũ, & ad inſtitutũ redit, oſtẽdens neruos ex cerebro oriri.

Quod nerui ex cerebro oriantur, eorum naturam indicare, quæ triplici ſubſtantia conſtat, cerebri ſcilicet, & duarum membranarum tenuis, & duræ.

Eraſiſtra-

Eraſiſtrati oratio,qua affirmat neruos à cerebro oriri, quod prius ignorauerat.
Ex diſſectione cerebri idem probatur, quandoquidem ipſius ventriculis vulneratis ſenſum,& motum amittit animal.
Spiritum illum qui in cerebri ventriculis continetur, vel eſſe primum domicilium animæ, vel animam ipſam, non eſſe verum.
Habitaculum animæ eſſe in ipſo cerebri corpore, qualiſcunque eius ſubſtantia ſit.
De reticulari contextu.
Spiritum, qui in arterijs continetur eſſe vitalem, qui in cerebro, animalem.
Deceptum fuiſſe Eraſiſtratum, cum putarit, ex vulnerata membrana cerebri immobile animal reddi.

Caput Quartum.

Theoremata quædam de ſpiritu, qui in ſingulis neruis eſt,tanquam ſibi dubia,explicanda proponit, & præcipue, vtrum vis à cerebro ad neruos perueniat,an in neruis generetur.
De neruis opticis, & eorum conſtructione, & foramine, & quomodo per ipſos tranſmittatur virtus viſiua.
Non omnibus neruis meatus eſſe datos exiſtimat Galenus.

Caput Quintum.

Vtrum per emiſſionem virtutis viſiuæ, an per intromiſſionem ſpecierum fiat uiſio examinandum proponit.
Aerē circūfuſum tale inſtrumentū nobis eſſe cū videmus, quale eſt ſemper neruus in corpore.
Exemplo neruorum,& arteriarum præciſarum opinionem ſuam de viſione confirmat.
Neruum eandem cum cerebro habere ſubſtantiam, & in quo à cerebri natura recedat.
Neruus opticus in quo ab alijs neruis differat.
De humore vitreo, & glaciali,& fabrica oculi, atque eius præſtantia.
Talem eſſe aerem oculo,qualis eſt cerebro neruus.
Proprium ſenſibile oculorum eſſe colores,& viſum per medium aerem ad coloratum porrigi
De qualitatibus inſtrumentorum ſenſus.

Caput Sextum.

Olfactum eſſe quintum ſenſum,licet non ſiut quinque elementa, & de eo Platonis ſententia.
Eiuſdem Platonis ſententia de viſione, quomodo fiat.
Primum ſenſorium commune eſſe omnibus ſenſibus ex Platonis teſtimonio comprobat.
Senſus quomodo percipiant ſua obiecta.
Senſoria quæque ex qua materia conſtent.

Caput Septimum.

Ariſtotelis aliqua problemata de viſione,& immutatione,ſeu alteratione, recte explicata eſſe, ſed ab eodem non eſſe dictum,quomodo magnitudinem,diſtantiam,& poſituram cuiuſque rei videamus,ab eo dictum non eſſe.
Solum colorem per refractionem poſſe à uiſibilibus rebus ad noſtram aciem peruenire, non autem magnitudinem, & reliqua aduerſus Ariſtotelem.
Aduerſus Ariſtotelis opinionem de viſione per intromiſſionem,& multa in illum reprehenſio.
Aduerſus Stoicos, qui putabant per circumfuſum aerem quaſi per baculum viſionem noſtram fieri.
De animæ ſubſtantia quædam.

Caput Octauum.

Repetit ea,quæ de ſenſus alteratione dixit.
Cerebrum tum ſenſuum omnium, tum incitatorij motus principium eſſe.
De ſpinali medulla, & quam vim habeat,eiuſque fabrica.
Eraſiſtratum in ſenectute veram neruorum originem agnouiſſe,Ariſtotelem vero nunquam.

LIBER OCTAVVS Continet Hippocratis, & Platonis ſententiam de quatuor Elementis, & corporum ex ipſis conſtitutione, de reſpiratione, ac de receptaculis cibi, & potus. Sunt autem Capita ix.

Caput Primum.

Breuiter repetit ea,quæ ſeptem ſuperioribus libris fuere pertractata.
Ad tractationem de animæ principatu, vel vnus quidem nec integer liber ſatis fuiſſet,nedum quinque.
Euclidem vno tantum theoremate demonſtraſſe terram eſſe mediam mundi partem,& puncti centrique rationem obtinere.
Rationem de animæ principatu pauciſſimis verbis poſſe contineri quibuſdam ſumptionibus declarat,

declarat; ita vt tota oratio exametros octo non excedat, in qua de duobus principijs, cerebro, & corde agitur.

Demonſtrationes quatuor de tertio principio, de iecore ſcilicet, quod ſit venarum origo, & concupiſcibilis ſedes, breuiter apponit.

Caput Secundum.

Reliqua de Hippocratis, & Platonis decretis ſubnectit, à naturalibus elementis exorſus.

Quid ſit elementum, & quid ſit minimum in quaque re.

Reliqua de elementis, ait, ſe in tractatu de elementis ſecundum Hippocratem, expoſuiſſe, ac quædam de libro Hippocratis de natura humana.

Platonis verba adſcribit, in quibus vna cum Hippocrate, corpora noſtra conſtare ex aqua aere, terra, & igne aſſerit, ac de exceſſu, & defectu ipſorum.

Caput Tertium.

Platonem non diſſentire ab Hippocrate, quòd quatuor prima corpora non appellarit elemẽta.

Plato contemplatiuam philoſophiam ſequutus eſt, vt nobiliorem, ac quibus nominibus elementa appellarit.

Caput Quartum.

Quomodo ex elementis primis noſtra conſtent corpora, in quo ait Platonem cum Hippocrate conuenire.

De ſanguinis noſtri materia, eumque ex quatuor conſtare humoribus.

Quænam appellet Galenus prima corpora explicandum proponit.

Hippocrates corpus primum, aut ſecundum, ſicut Ariſtoteles non videtur appellaſſe, & quod ſit corpus primum, aut ſecundum.

De partibus ſimilaribus, & inſtrumentarijs.

Primas qualitates poteſtate non actu corporibus noſtris ineſſe, actu verò ineſſe, quæ ex ipſis per media alimenta gignuntur ſanguinem, pituitam, & biles.

De ſanitate, & morbo ſimilarium, primorumque corporum; & in quo recte Hippocrates, non recte autem Plato dixerit.

Caput Quintum.

De ſecunda noſtrorum corporum conſtitutione ex Platone, & in quo non recte dixerit.

De humorum coloribus Platonem multa dixiſſe.

Quatuor humores à Platone, ſicut & ab Hippocrate, plurimorum morborum eſſe cauſa exiſtimatum eſt, Platonis verba apponuntur.

Hippocratem ordine doctrinæ meliori vſum eſſe, quàm Plato, cum dixerit quatuor humores ſecundum naturam eſſe, ac ipſius Hippocratis verba apponit.

Caput Sextum.

Qui humores quibus anni temporibus, & quibus ætatibus vigeant, quo ordine doctrinæ Hippocrates declarauerit, & eius contextus ponuntur.

Platonem negligenter ſe geſſiſſe in inquiſitione temporum anni, & in ijs quæ Hippocrates de morbis ſcripſit in ſingulis ætatibus.

Platonis errores in reddenda cauſa febrium.

Platonis opinio de phlegmate abſurda.

Caput Septimum.

De innato calore, quæ fuerit Hippocratis, ac Platonis ſententia, & quomodo illum appellauerint, & quomodo ab ipſo animalium corpus gubernari dicatur.

Aliquot aphoriſmi Hippocratis de innato calore, afferuntur, de eius ſubſtantia, & qualitate.

Platonis verba de calore innato, & in quo non recte dixerit.

Caput Octauum.

Platonem non parum diſcrepaſſe ab Hippocrate in ſententia de reſpiratione.

Reprehendendum eſſe Platonem, qui attractionem tollat, atque ideo operationes nõ nullas in circumuolutionem retulerit.

De attractionis vi, & quomodo fiat; & quomodo fiat reſpiratio.

Reſpirationem cum perſpiratione confudiſſe Platonem, & eius orationem eſſe falſam.

Caput Nonum.

In quo conueniat Plato cum Hippocrate in ſententia de reſpiratione.

Accuſandum Platonem, ſi exiſtimet nos totum potum in pulmonem deglutire.

Errores Eraſiſtrati multi numerantur.

Non fuiſſe Platonis ſententiam potum in pulmones deglutiri; Ac verum eſſe aliquam portionem in ipſum delabi.

LIBER NONVS Docet rationem ſimilitudinis, & diſsimilitudinis, diſtinguendæ, ex quo veritas indagatur. Continet autem Capita ix.

Caput Primum.

DE ſimilitudine, & diſſimilitudine, eodem modo pronũciaſſe Hippocratẽ, & Platonẽ.
Qui vult alios fallere, & ſe à nullo falli, ſimilitudinem rerum debet optime tenere, & quomodo quis aſſequi poſſit, ex Platone.
Quæſitarum rerum veritatem, quomodo qui aſſequi poſſit.
Quomodo principium inuentionis rerum præclarum indagari poſſit.
Nos habere naturalia iudicia communia iudicandi, & quæ ſint.
Quæ ſint iudicia, & quid fides.

Caput Secundum.

Exemplo Hippocratis de ægrotantium facie, & Platonis de iuſtitia, quæ in ciuitate, & in anima reperitur declarat, quomodo principium inuentionis rerum indari poſſit.
Vniuerſalis methodus ſine exercitatione multa in ſingularibus artificem bonum efficere non poteſt, ac de exercitationis neceſſitate.

Caput Tertium.

Circa eandem methodum exercitatio ex Platone de natura mulierum, & ad idem contradictio, vt ſimilia, & diſſimilia inueniſſe ſciamus.

Caput Quartum.

Circa eandem methodum cognoſcendi ſimilia, & diſſimilia Hippocratis alterum exemplum, de articulo luxato, alterum de vertebra.

Caput Quintum.

Aliud exemplum eiuſdem, vt communia à proprijs diſcernamus ex Platone de opilionibus, & bubulcis cum medico collatis.
Medici finis quis ſit, & qui dicendus medicus.
Tria hæc poteſtate idem ſunt, de proprijs, & communibus ſpeculari ſimilia, & diſſimilia cognoſcere, quid idem, & diuerſum conſiderare.
De diuiſiua, compoſitiua, & definitiua methodo.
Quomodo quis rhetoricam methodo conſequatur, ac de artium omnium conſtitutione ex Platone.

Caput Sextum.

De eadem methodo ex Hippocrate aduerſus Gnidios medicos.
De errore medicorum in adhibendis remedijs in lateris dolore ob ignorantiam differentiarum ſecundum genus, & ſpecies.
Methodus Hippocratis in curatione pleuritidis explicatur.
Conſideratio de artificum diſſenſione, quam vtilis ſit.
In philoſophia cur magnæ ſint diſcordiæ.
Hippocratis exemplum de vini diſtinctionibus, & Platonis de voluptatibus.
Duas tantum vias eſſe diſtinctionum adhibendarum.

Caput Septimum.

De ijs qui ſimilitudine quæſtionum vtilium ad inutiles, & vanas tractandas prolapſi ſunt.
Quæ quæſtiones medicis, & quæ philoſophis vtiles ſunt, & quæ inutiles.
Multa falſa ſimilia veris in principijs demonſtrationum reperiri, & multas cauillationes concinnari ob ſimilitudinem, quam habent cum veris rationibus.

Caput Octauum.

Quomodo res inter ſe diſcernere, & ſingulorum ſimilitudines exacte contemplari valeamus, exemplò ducto à ſummi opificis erga nos prouidentia, docet.
Rationes eorum, qui dicerẽt fortuna quadam, non prouidentia opificis, & ratione formatum fuiſſe hominem, & ad eos reſponſio.
De mirabili artificio opificis in conſtructione corporis noſtri, vt ex diſſectione habetur.
Vtrunque oculum exactam ſimilitudinem, & delineationem inter ſe habere, quod artem ſummam opificis declarat; quam iuſtitiam omnibus alijs membris ineſſe aſſerit.
Ex ſimilitudine iudicij in artificibus qui cernuntur, in conſiderationem opificis noſtri deueniendum.

Caput Nonum.

Quæ de animæ, & Deorum ſubſtantia dicta ſunt à Platone veriſimilitudinem non excedere; de quo verba Platonis adſcribit.
De ſubſtantia animæ ſe non poſſe pronunciare affirmat, eam uerò tripartito eſſe diſtinctam, & vnam diuinam eſſe, duas uerò affectibus obnoxias, & earum ſedes ſe deſiderare poſſe aſſerit.

De ſimilitudine veriſimilium, & neceſſariarum probationum, & quomodo in errores induxerit multos.

Quomodo Plato in ſingulis nos exercuerit, & hoc ex tribus capitibus deſumi, ſcilicet de diuiſione, & compoſitione, de conſequentibus, & repugnantibus, & de rerũ inter ſe mutatione.

Diſtinctio Platonis circa ſimiludines quæ in rebus inueniuntur exemplo de turbine, qui circumferri, & ſtare videtur.

Deceptionem ſæpe ex æquiuocatione deuenire, vt in exemplo de, idem.

GALENI DE NATVRALIBVS FACVLTATIBVS LIBRI TRES.

PRIMVS LIBER Agit de vi generatrice, de auctrice, ac de nutritiente. Continet autem Capita xvij.

Caput Primum.

SEnſum, & motum voluntarium, animæ; auctionem verò, & nutritionem, naturæ eſſe opera.

Animal ab anima ſimul, & natura gubernari, ſtirpes à ſola natura.

Caput Secundum.

Totius operis propoſitum, à quibus facultatibus auctio, & nutritio fiat.

Explicantur voces, quibus in hoc operæ vſurus eſt, & primum quot modis moueri, & motus dicatur.

Sophiſtarum quorundam opiniones circa alterationes, & immutationes naturales.

Qualitates totas per ſe totas miſceri, vtrũ verò ſubſtantiæ, hoc ad ſe nõ pertinere in hoc libro.

Cibos omnes mutari in ſanguinẽ, eorũq; opinio refellitur qui dixerunt elemẽta immutabilia.

Quod opus ſingulæ facultates ædant, & quod appellet opus, quid actionem, & quid cauſam.

Caput Tertium.

Singulas particulas ſecundum certam temperiem quatuor qualitatum actiones ædere.

De quatuor qualitatibus duabus actiuis calido, & frigido, & duabus paſſiuis, humido, & ſicco.

Caput Quartum.

Facultatem ſeu potentiam ad aliquid dici, eamque eſſe agentis cauſę ſubſtantiam.

Quot, & quæ ſint facultates naturales, vt inueniantur, ab operibus incipiendum.

Caput Quintum.

Ex operibus naturæ, tres eius actiones, vel facultates reperit, generationem, auctionem, & nutritionem; & quid unaquæque ſit.

Caput Sextum.

De generatione primum agendum ſtatuit, quam ex alteratione, & formatione conſtare dicit.

De primis qualitatibus, & ijs quæ primas ſequuntur, quæ ſint.

Senſibilia elementa uocat partes ſimilares in corpore noſtro, & quæ ſint.

Alteratrices facultates in omni animalium genere quot ſint, & unumquodque membrum ſuas actiones habere.

Organa à uirtute efformatrice facta.

Caput Septimum.

De facultate auctrice: quodnam ſit eius proprium, & quomodo extendantur particulæ exemplo ueſicæ oſtendit.

Solius naturæ opus eſſe corpus in oẽs partẽ extendere, ſeruata ſubſtãtia, & cõtinuitate priori.

Caput Octauum.

De nutritione, & in quo differat à generatione.

Caput Nonum.

Quæ ſummatim dicta ſunt de tribus facultatibus, ſunt ueluti prohæmium utilioris doctrinæ.

Generationem, auctionem, & nutritionem, eſſe ueluti prima opera, & capita naturæ.

Caput Decimum.

Exponuntur ea quæ ad nutricem facultatem pertinent.

Omnia inſtrumenta naturalia, & eorum facultates propter nutritiuam eſſe factas.

Quodq; animal opus habere pluribus alterationis nutrimenti inſtrumentis, & quas ob cauſas.

De tribus particularum generibus, quæ ad nutritionem deſiderantur.

Caput Vndecimum.

Quem ob finem natura tot,& tales particulas inſtituit.
Definitio nutritionis.
Primum debere fieri appoſitionem, poſtea agglutinationem, poſtea aſſimilationem ei, quod nutriendum eſt.
Quod ſit propriè nutrimentum, & quod non propriè.

Caput Duodecimum.

Duas ſectas ponit hominum, qui aliquid de natura non temere tradiderunt, & earum opiniones recenſet, circa ſubſtantiam generationi,& corruptioni obnoxiam.
Ex duabus vijs, vtra eligenda proponit, & Hippocratem primæ adhærere aſſerit.

Caput Decimumtertium.

Aduerſus Aſclepiadem, qui attractricem vim conuenientis qualitatis nullam ineſſe particulis cenſuit, vt in renibus.
Aſclepiadis opinio,quòd humor qui bibitur in habitum reſoluatur, & in veſicã tranſmittatur.
Congreſſio Galeni cum ſophiſta, quod ex Aſclepiadis ſectatoribus.
Modus oſtendendi in viuo animali, quomodo in veſicã per vrinarios meatus vrina transfluat.
Cur nihil refluat ex veſica in vrinarios meatus.
Altera Aſclepiadis abſurda opinio de loco generationis bilis, & eius confutatio.
Medicamenta humores non trahere, ſed ipſa conuerti in humores, Aſclepiades cenſuit, & confutatio.

Caput Decimumquartum.

Epicurus quam cauſam attulerit, quod magnes lapis ferrum trahat.
Aſclepiades,cum nullam cauſam inueniret, nihil ab vllo trahi dixit.
Aſclepiades negabat naturam quicquam moliri pro animalis ſalute.
De magnetis attrahendi cauſa diſputatio contra Epicurum, & Aſclepiadem.
Purgantia medicamenta, ab alto attrahentia infixa, & venena educentia, eandem quam magnes facultatem oſtendere.
De ſurculorum extractione aduerſus Epicurum, & alios.
Rebus quibuſq; vim quandã ineſſe,qua ſibi conuenientia attrahant,exẽplo frumenti declarat.

Caput Decimumquintum.

Ad propoſitum redit, & renibus attractricem facultatem ineſſe probat, reiectus omnibus alijs rationibus.
Venas contractas non protrudere vrinam, vt aliqui dicebant, probat ex ſitu renum.
Vrinam non percolari probat.
Renes trahere vrinam,non eo modo, quo Epicurus dicebat, ſed alio.

Caput Decimumſextum.

Aduerſus Eraſiſtratum, qui Hippocratis dogmata præterierit circa attractionem,nulla facta illius opinionis mentione.
Neque rhetorice, neq; dialectice Eraſiſtratus, vbi de trãſglutiendo egit,Hippocratẽ refutauit.
Aduerſus Eraſiſtratum de attractione uentriculi.
Vrinæ ſeparationem non fieri conſecutione ad id, quod vacuatur, & cur.
Circa attractionem renum Eraſiſtratum diſſimulaſſe, Aſclepiadem verum mentitum fuiſſe.

Caput Decimumſeptimum.

Aduerſus varias opiniones eorum qui vel Eraſiſtratum,vel Aſclepiadem ſequuti ſunt,de ui attractrice renum.
Aduerſus Lycum Macedonem, qui dicebat vrinam eſſe excrementum nutritionuis renum.
Eandẽ eſſe rationẽ,qua vrina in renes, & qua ſanguis in alias partes ferã,& qua bilis ſecernaẽ.

LIBER SECVNDVS Agit de diſtributione alimenti, ac de reliquis quæ ad nutritionem pertinent. Continet autem Capita ix.

Caput Primum.

Falſa Eraſiſtratum de digerendo alimento protuliſſe.
Falſam eſſe Eraſiſtrati hypoteſim de ſucceſſione ad id,quod vacuatur,&,ſi vera eſſet, ſuperuacuam fore.

Caput Secundum;

Aduerſus Eraſiſtratum, neque halitus viæ vrinam ferri in ueſicam, neque ſucceſſione, ad id quod uacuatur.
Alter Eraſiſtrati error in bilis ſecretione.
Bilem ſeroſo excremento non eſſe magis tenuem.

Caput

Caput Tertium.

Hypotheſim exiguorum meatuum ad naturales functiones eſſe falſam.
Niſi vnumquodque inſtrumentũ facultatem naturalẽ haberet, ne breui quidẽ tẽpore duraret.
Nulla pars in animali eſt neque externa, neque interna, quam natura non ornet, contra quàm in ſtatuis ſculptis fiat.
Semini eſſe facultatem trahendi ſanguinis, vt magneti ferrum, ſemenque eſſe principium animalis efficiens.
De vi formatrice animalis, ac de auctione membrorum.

Caput Quartum.

Eraſiſtratum non verſatum fuiſſe inter Peripateticos Philoſophos, vt eius ſectatores dicebant, ex dogmatibus de qualitatibus actiuis, de nutritione, ac de concoctione probat.
Aut Eraſiſtratum, aut Peripateticos nihil rectè de natura ſenſiſſe.
Eraſiſtratum, & ſi naturam artificioſam dicat, tamen millies hoc ipſum deſtruere.

Caput Quintum.

Locum Eraſiſtrati de bilis ſecretione non poſſe interpretari ipſius ſectatores, & incommoda quæ inſunt in ipſorum expoſitionibus duabus.
Eraſiſtratus dum tractoriam facultatem negat, multis difficultatibus implicatus hæret.

Caput Sextum.

Si concedatur lemma illud Eraſiſtrati, de ſucceſſione ad id quod vacuatur, concludet quiddam tantum de venis, non autem de neruis, & alijs.
Cum dixerit Eraſiſtratus neruum in ſe venas, & arterias habere, putauit ſe tractum poſſe declinare, & confutatio prolixa.

Caput Septimum.

Galeni ſententia de nutritione.

Caput Octauum.

Eraſiſtratum cum non intellexiſſet, quæ ad generationem ſuccorum pertinent, merito inutilem ipſorum contemplationem eſſe, dixiſſe.
Eraſiſtratum dubitaſſe, num in corpore ſit generatio bilis, an in cibis contineatur.
Reprehendit Eraſiſtratum, quòd concoctionis fruſtrationes diuiſerit in multas, de ſanguinis verò vitio ne verbum quidem fecerit.
Eraſiſtrati ignauia de hydrope.
Eraſiſtratum ſuperbum eſſe, qui ſententias doctiſſimorum hominum quos narrat, neque confutarit, neque etiam attigerit.
Ad medicum pertinere ſcire num in cibis inſit bilis, an in ventre per concoctionem gignatur, aduerſus Eraſiſtratum.
De ſuccorum generatione probe ſcriptum ab Hippocrate, Ariſtotele, Praxagora, & alijs multis, & ex quibus generetur pituita, ex quibus bilis, & reliqui humores.
Cur in febribus deterior fiat ciborum concoctio ignoraſſe Eraſiſtratum.
In omni actione id quod melius eſt, commodo temperamento referendum eſſe acceptum.
Determinat quonam modo, & in quibus gignatur bilis in corpore, & cæteri humores.

Caput Nonum.

Propter certam quatuor primorum corporum temperiem ædi actionem ab omni particula, contra Eraſiſtratios, qui hæc ſcire ad medicum non pertinere dicebant.
De humorum generatione, qualitatibus, & corruptione, vnde morbi generantur.
De liene, & morbis ex ipſo; quæ omnia præterijt Eraſiſtratus.
Generatio humorum quomodo fiat, vini muſti exemplo delcarat.
De vtriuſque generatione bilis differentia, & qualitate, ac de pituita.
Praxagoras decem humores præter ſanguinem fecit.

LIBER TERTIVS. De retentrice, & expultrice facultate agit. Continet autem Capita XV.

Caput Primum.

QVid ſuperiore libro ſit actum circa nutritionem.
Vt nutrimentum attractum, & appoſitum adhæreat parti, & non elabatur, opus eſſe retentrice faculate.

Caput Secundum.

Neceſſitatem retentricis facultatis monſtrat probationibus neceſſarijs, & cogentibus.
Ex particulis cauitatem in ſe habentibus facile poſſe demonſtrari retentricem eſſe, à ventriculo, ſcilicet & ab utero.

Caput Tertium.

De retentrice vteri facultate circa fœtum, ac de ea quæ illi ſuccedit, vi propulſoria.

Quando mulieres putant ſe concepiſſe,& ſemen retinere,& quo motu id percipiant: ac retentricis opus.
De pariendi tempore,& obſtetricum miniſterio circa parientes.

Caput Quartum.

Retentricem facultatem probat ex ijs quæ concipiuntur circa ventriculum.
Cum ventriculus ſecundum naturam ſe habet, complectitur vndequaque quamcunque minimam cibi portionem;cum verò imbecillus eſt, fluctuat in eo cibus.
Quæ cauſa ſit diutinæ cibi moræ in ventriculo.
Complexum ventriculi Eraſiſtratus dicebat eſſe cauſam, & leuigationis ciborum, & diſtributionis,& excrementorum eductionis.

Caput Quintum.

Ex veſica bilis retentricem facultatem elicit.
Si inter tractricem, & excretricem non intercederet retentrix,ſemper diſſectis animalibus eadem menſura bilis inueniretur.
Idem ex veſica vrinæ,& ex ventriculo in diarrhæis probat.

Caput Sextum.

Ex euidenter apparentibus quatuor facultates probat, appetitricem, attractricem, retentricem, & expultricem.
Nihil eſſe in rerum natura, quod propter ipſum trahere trahat.

Caput Septimum.

De ventriculi actione in conficiendis cibis.
Omnia quæ in alterum agunt etiam ipſa pati,ac de actione, & reactione, & in quo differat nutrimentum à medicamento.
De alterationibus nutrimenti,quæ perficiuntur tum ventriculo,tum reliquis partibus.
Nihil in contrariam partem ſimul alterari, & quomodo fiat ſanguis ex varijs cibis.
Ridiculum eſſe Aſclepiadem qui aiebat, nec in ructibus, nec in vomitionibus, nec in diſſectionibus concoctorum ciborum qualitatem apparere.
Ridiculum eſſe Eraſiſtratum,qui negabat concoctionem eſſe ſimilem elixationi.
Omnes quæ in corpore fiunt alterationes à calido, frigido, humido,& ſicco proficiſci, ut Ariſtoteles.

Caput Octauum.

Aduerſus Eraſiſtratum, qui de deglutiendo nihil dixit, & tractationem ventris nullam eſſe aſſeruit.
De tunicis ventriculi,ac de fibris ipſarum, & quem vſum habeant, aduerſus Eraſiſtratum.
Cur deglutire ſit facilius quam vomere.
Ea quæ dixit, probat exemplo aliquorum animalium,quæ ventrem in ore habent; & Ariſtotelis huius auctoritas.
Ex diſſectione idem probat, vtriuſque ſcilicet tunicæ actiones.

Caput Nonum.

Eaſdem quatuor facultates ineſſe etiam reliquis omnibus corporis particulis.

Caput Decimum.

Cur has diſputationes conſcribere fuerit coactus.
Quid facere debeat is,qui noſſe aliquid ſupra vulgum deſiderat.

Caput Vndecimum.

Sicut de ventrculo dictum eſt habere vim attractricem, & alteram expultricem, ſic de cæteris inſtrumentis dicendum,ambas obtinere facultates.
De vario fibrarum genere,quibus inſtrumenta ſuas perficiunt actiones, & facultates.

Caput Duodecimum.

Particulam non prius attractam materiam,vel eius excrementum abijcere,quàm pars maxima in contrarium tranſierit affectum, ac de vi expultrice ipſarum partium.
De abortu,& eius cauſis.
De expultrice ui ex affectibus ventriculi, vteri, veſicæ vrinæ,& eadem proportione in alijs eſſe intelligendum.

Caput Decimumtertium.

Per eundem meatum fieri tum tractum,tum expulſionem,diuerſis tamen temporibus,probat,

Inductione à { Stomacho, ſeu gula. / Veſica fellis. / Collo vteri. }

A ventriculo in iecur,& à iecore in ventriculum per eandem viam trahi ſemper aliquid.
Totum ex toto trahere, ac toti impartiri,fierique tractionis viciſſitudinem.
Contrarias potentias,contrarios ſequi motus.

Excretoriæ facultatis vis magna cernitur in Ileo morbo.
Ab ultima corporis parte quæ ad cutem eſt, ad inteſtina, & uentriculum transferri aliquid, & è contra.
Perficit inductionem, quòd per eundem meatum fiant diuerſi motus ab aliis particulis.
Omnem naturæ circa nutrimentum operam, in tres temporum vices partitur.

Caput Decimumquartum.

Omnes arterias tum quæ ad cutim ſunt, tum alias omnes internas attrahendi ui præditas eſſe, & alias aerem, alias ſpiritum, alias tenuiorem ſanguinem ſibi trahere.
In ſucceſſione ad id quod uacuatur, ſemper quod leuius eſt prius trahi.

Caput Decimumquintum.

Duo eſſe tractionum genera; vnum quod ſucceſſione ad id quod uacuatur, contingit, alterum, quod qualitatis conuenientia fit.
Quod ex uenis in arterias transferatur aliquid.
De ſinuum cordis communibus vijs.
De modo quo fit nutritio, ac de proprij nutrimenti attractione.

GALENI DE MOTV MVSCVLORVM LIBRI DVO.

LIBER PRIMVS Docet vnicam eſſe muſculorum actionem, & plures motus, & accidentia in motu. Continet autem Capita x.

Caput Primum.

Quid ſit muſculus, quotuplex, & quid in ipſis difficulter comprehendi poteſt.
Quid ſit ἀπονεύρωσις, ideſt eneruatio, quid ligamentum, quid neruus, de medulla ſpinali, & alijs medullis.
Omnibus muſculis non parua communicatio cum cerebro, & medulla ſpinæ.
Vnde cognoſcatur neruus.
Muſculorum carnem eſſe veluti locum multis riuis irriguum, & qui ſint hi riui.
Muſculum eſſe motus inſtrumentum, cur aut non ſenſus.

Caput Secundum.

De natura tendonum, quæ eſt miſta ex ligamentis, & neruis, & quem ſenſum habeant, & cur tam magni.
De inſertione tendonum.

Caput Tertium.

Qui muſculi per tendones in os inſerantur, qui tendone careant, & quos motus utrique ædant.
De cuiuſque particulæ muſculis, & eorum motibus.

Caput Quartum.

Quot motus habeat vnuſquiſque muſculus.
Sex ineſſe motus omnibus muſculis, vt quidam arbitrati ſunt, eſſe falſum.
Motum unum eſſe unius muſculi, duos uerò per accidens.
Nullam particulam, quæ mouetur, uno tantum uti muſculo, ſed pluribus, & qua ratione.
Quantitas læſionis muſculi motus læſionem oſtendit, & ſi unus muſculorum pereat, contrarij etiam motus peribit.

Caput Quintum.

Internorum muſculorum eſſe flectere, externorum verò extendere membrum.

Caput Sextum.

Scirrho genito in muſculo, uel tendone, ſeu inflammatione, qui motus ædantur & qui pereant.
Cum unus modus motus muſculis ſit, cur adeo uariè membra figuret, exemplo cubiti, & radij, ac manus.

Caput Septimum.

Neque omnem manus motum actione fieri muſculorum, neq; omnem immobilitatem quiete.
De motu reclinationis, & decidentiæ, quid ſint, & quid inter ſe differant.
Tertius modus muſculorum eſt quieſcere, quamuis moueantur.

Quartus modus eſt agere, quamuis moueri non uideantur.
Dubitationis ſolutio.

Caput Octauum.

De quatuor differentijs motuum muſculorum, exemplo ſumpto à corpore inanimato, quod uarie trahatur, & ab auibus.
De motu tonico; & quo pacto contractio ſit motus corporis muſculi, & facultatis animalis, & quis ſit facultatis proprius motus.

Caput Nonum.

Cur proprius motus muſculi dicatur eſſe extrema cõtractio cum poſt perfectam extenſionem contrahatur, & poſt contractionem perfectam extendatur.
Ad hoc problema explicandum, ſimilitudine vtitur, aſſumens catenam quandam, quæ inſeratur in oſſibus.

Caput Decimum.

Ea quæ dicta ſunt de contractione, & extenſione conſentire cum ijs quæ ſcripſit Hippocrates de figuris partium, quæ fiunt in motu.
Figurarum exceſſus dolorem afferre, & cur mutare figuras deſideremus.
Nunquam vllum muſculum ſine tenſione eſſe, & ſi mediam obtineant figuram.
In quibuſdam imbecillitatibus, ne breuem quidem tenſionem nos ferre.

LIBER SECVNDVS Agit de figuris, quæ in motu variantur, ac de motu naturali, & voluntario. Continet autem Capita ix.

Caput Primum.

De media figura membrorum, in qua, duplicem muſculorum conſtitutionem eſſe ait. In manu, vt exemplo dictorum, demonſtrationem affert, ac in manu quatuor eſſe extremas figuras.

Caput Secundum.

Quid ſit brachium, quid vlna, dearticulationes, & oſſium compoſitiones, ac de motibus varijs ipſorum.

Caput Tertium.

De muſculis mouentibus manum, & de muſculorum mouentium dearticulationes, natura.
Sola figura media, quæ nullum habeat exceſſum exacte caret dolore, cęteræ omnes quatuor dolorificæ ſunt, alia magis, alia minus.

Caput Quartum.

Non omnes dormientes omnes penitus ocioſos muſculos habere, etiam quibus plane quieſcant.
In quibus figuris ſomnum capiamus.
De omni actione muſculorum dum cubamus, & de actione ipſorum dum hiamus.
Temerariam eſſe ſententiam eorum, qui aſſerunt, animam dormientium quieſcere.

Caput Quintum.

Non omnes actiones, quæ fiant dormientibus, eſſe naturales, exemplo eorum qui cogitantes aliquid, iter non aduertunt.
Non ſolum actiones aliquas, ſed etiam reſpirationem fieri motu voluntario.
Quomodo iudicandus eſt motus voluntarius, & quis ſit.
Quam ob cauſam pleraſque actionum voluntariarum mente non aſſequamur dubium eſt.

Caput Sextum.

Quo pacto reſpiratio, & cæteræ actiones, quas mente non aſſequimur, ſint voluntariç.
Hiſtoria cuiuſdam, qui per treſdecim dies delirauit, & cum eſſet Romæ, putabat ſe eſſe Athenis.
Quod totum opus reſpirationis ſit à voluntate, exemplo probat ſerui, qui cohibita reſpiratione volens interijt.

Caput Septimum.

Reliquum ſermonem de medijs figuris explicat.
Quonam modo inuenietur medium, & dolore carens in omni motu.
Quæ conſideranda ſunt in articulis, vt media figura inueniatur.
Omnes homines quo tempore ceſſant ab actionibus uitæ neceſſarijs, mediam figuram in omnibus partibus habere.

Caput Octauum.

Muſculi qui eſt ad ueſicam, & anum, officium eſſe non excernere ſuperflua, ut multi arbitrantur.

De muſculis deſeruientibus excretioni ſuperfluorum, qui ſint: ac de muſculis abdominis.
Officium muſculorum, qui effluxibus excrementorum præſunt, quodnam ſit.

Caput Nonum.

De motu ſepti tranſuerſi,& cæterorum muſculorum qui reſpirationi deſeruiunt.
Quid nam ſit peculiariare ipſi ſepto tranſuerſo, præter alios muſculos.
Quomodo fiat ſpiritus catalepſis, id eſt retentio.
Muſculi coſtarum, & ventris in quo differant ab alijs, & eius cauſa.

GALENI LIBER QVOD ANIMI VIRES CORPORIS temperaturam ſequantur. Continet capita xj.

Caput Primum.

SE cum diu cogitaſſet, & cum alijs egiſſet, tandem inueniſſe animi vires corporis temperamenta ſequi.

Caput Secundum.

Non eandem omnibus animæ naturam eſſe, ex viribus trium animæ partium in pueris oſtendit, & quid per naturam intelligat.
Puerorum animas poteſtatibus quoque inter ſe differre,& quid ſit poteſtas, exemplo aloes.
Trium animæ partium officium quod ſit.

Caput Tertium.

Platonem rationalem animæ partem immortalem dixiſſe, ſe vero non habere quid aduerſus hoc dicat.
De communi omnium corporum conſtitutione.
Aduerſus Ariſtotelem, ſi dicat animam eſſe corporis ſpeciem.
Quòd animæ ſubſtantiam propriæ eius vires ſequantur oſtendit.
Propter quam cauſam ob aliquos affectus anima cogatur corpus deſerere Plato debebat exponere.
Animæ ſubſtantiam qualis ſit ipſum Galenum latere, ſi in incorporeis numeretur.
De varijs pharmacis, quæ exhibita animam quodammodo afficiunt, inter quæ receſet vinum, & de ijs quæ etiam ipſam expellunt, cuius cauſam ſe ignorare dicit.

Caput Quartum.

Num à qualitatum temperamento vires animæ immutentur.
De ijs quæ Plato ſcripſit, animam obliuiſci eorum, quæ nouerat antea, ob corporis humiditatem.
Morti obnoxiam animam corporis eſſe temperaturam.
Andronicus in quo laudandus,& in quo vituperandus in ijs, quæ de ſubſtantia animæ dixit.
Ariſtotelis, & Stoicorum ſententia de animæ ſubſtantia.

Caput Quintum.

Siccitatem temperamenti eſſe cauſam acuminis ingenij.
Si anima immortalis eſſe dicatur, ſaltem eam corpori ſubijci,& obtemperare fatendum, quod probat.
Corporis ærumnis immutari atque affligi animam.

Caput Sextum.

Quod anima à prauis corporis ſuccis offendatur, Platonis auctoritate,& uerbis declarat.

Caput Septimum.

Mutari animam ex corporis temperamento Ariſtotelis auctoritate declarat.

Caput Octauum.

Mutari animam ex corporeis qualitatibus Hippocratis auctoritate declarat.

Caput Nonum.

Animam non ſolum in morbis, ſed etiam in ſanitate à corpore affici, & impediri aduerſus quoſdam.
Platonis loca, ex quibus percipitur nonnullos ob locorum temperiem ad prudentiam adiutos,& abſque corporis languore offenſos.
Ex varietate ciborum varios animæ mores effici.

Caput Decimum.

Animam ex elementis immutari, Platonis teſtimonio comprobat; itemque ex ætatibus.

Dicta Platonis de ſanis intelligi, non de ægris.
Educatio,ſtudia,& diſciplinæ,quid ſint apud Platonem, cum de fugandis vitijs loquitur.

Caput Vndecimum.

Reſpondet obiectioni dicenti, ſi ex temperatura, non ex ſuo ingenio quis ſit vel ſceleſtus, vel probus, quomodo laudandus, vel vituperandus merito erit.
Stoicorum opinionem refellit, qui aiebant, omnes homines ad virtutem adipiſcendam habiles eſſe,ſed ab alijs quibus cum viuunt à recto itinere detorqueri.
Poſidonium laudat,qui Stoicorum dogmata confutauit.
In nobis eſſe ſemina,& veluti igniculos virtutum ex Poſidonij ſententia probat.

GALENI LIBER DE FOETVVM FORMATIONE, declarat omnes partes, quibus fœtus abſoluitur, ac de cauſa formatrice quid ſentiendum, agit. Continet autem Capita vj.

Caput Primum.

CVt medici,& philoſophi aberrarunt in fętuum formatione tradenda.
Hippocratem primum omnium de formatione fętuum vera ſcripſiſſe.
Fętibus non eſt vnus præfinitus terminus neque expreſſę formationis, neq; motionis,neque abſolutionis,ac egreſſus in lucem.
De genitura poſt ſex dies ab Hippocrate viſa, eiuſdem Hippocratis verba.

Caput Secundum.

Verba Hippocratis ſupra poſita de genitura,explicantur.
De mẽbrana,q̃ dr̃ chorió,& vaſis ĩ ipſo exiſtẽtibus,ac de partiũ formatione, q̃ extra fętũ ſunt.
De proprijs partibus ipſius fœtus.

Caput Tertium.

Quomodo totus fętus à vi ſeminis formetur ex ijs quæ per diſſectionem cernuntur, explicat.
De ordine formationis ſingulorum membrorum, & cor poſt iecur formari.
De plantarum generatione, & diſpenſatione, ac de ſimilitudine quam habent cum fœtus formatione.
De tempore quo fętus corde nõ indiget, ac de vena quę ex vmbilico prouenit,eius proceſſus, & diſpenſatio.
Quo tempore fętus non ſolum vt planta, ſed vt animal adminiſtratur.
Cerebrum corde poſterius fabricatum.
Membra motioni deſeruientia poſtremo formari,& quo tempore.

Caput Quartum.

Aduerſus Chryſippum, & alios philoſophos, qui cor primum formari, & ab eo reliqua oriri membra aſſerebant.
Medico conuenire ſcire cui corporis parti remedia adhibenda ſint, quando præter naturam ſe habent, quod quonam modo cognoſcendum ſit declarat.

Caput Quintum.

Diſtinctiones quædam ponuntur,quibus certiſſimum iudicium habere poſſimus,quod nam ſit principium functionum.
Aduerſus eos,qui aſſerebant,ab eo membro,quod primum fuerit formatum, reliqua gigni.
Cor,ſi reſpiratione priuetur,quid patiatur, & à quibus priuetur reſpiratione.
De mutuo auxilio cerebri,cordis,& iecoris.

Caput Sextum.

De Cauſa fętuum formatrice,quam Naturam vulgo appellant,quæ nam ea,eiuſque ſubſtantia ſit, aduerſus philoſophos, & medicos.
Ex duabus cauſis quæ proponuntur formationis fętus alterã reijcit omnino, de altera quærit.
Manus exemplo ſummi opificis ſapientiam declarat, & illos, qui cęlum, & vniuerſum erant contemplaturi,manum denudare,& eius fabricam conſiderare debuiſſe.
De tertia opinione, quòd à neruis muſculi ad originem ſuam trahantur.
In animalis corpore multo plures muſculos, quàm trecentos eſſe, qui voluntaria motione membra agitant.

Multis

Multis perquiſitis philoſophis,& multa conſideratione adhibita, non potuiſſe ſe inuenire aliquam validam rationem de fabrica animalium, ac de artifice qui ea finxit.
Fatetur ſe de ſubſtantia animæ nihil ſcire, ac de formatrice fœtuum cauſa ambigere.

GALENI LIBER, AN OMNES PARTICVLÆ animalis, quod fœtatur, fiant ſimul. Continet vnum Caput.

Caput Primum.

Non omnes animalis, quod fętatur, particulas ſimul fieri, cum eo tempore nulla vtilitas hoc requirat.

GALENI DE SEMINE LIBRI DVO, QVORVM.

PRIMVS LIBER, Docet ſubſtantiam, & naturam ſeminis, & quo pacto, & quibus inſtrumentis aptum ſit ad animal formandum. Continet autem Capita xvij.

Caput Primum.

Qvis vſus,& vis ſit ſeminis. diſſenſionem inter Hippocratem, & Ariſtotelem examinandam, ac ex euidentibus probationes adducendæ.

Caput Secundum.

Vtrum fœminis prægnantibus futuris intus remaneat ſemen, an ſimul excernatur, examinat, quod tribus rationibus fieri poſſe ait; primum ex equis, canibus,& alijs; ſecundo ex mulierum relatu, tertio ex librorum lectione.

Caput Tertium.

Non eſſe ſententiam Ariſtotelis, maris ſemen in vuluam iniectum menſtruo principium motionis tantum præſtare, ac deinde excerni, & verba Ariſtotelis, vnde aliqui decepti ſunt, affert.

Caput Quartum.

Aduerſus Ariſtotelem, qui ſemen in vtero diſſolui, & in flatum abire exiſtimauit duabus firmiſſimis rationibus probat.
Si etiam concedatur hoc Ariſtoteli ſemen in flatum abire, alijs tamen rationibus contra ipſum agit, à natura rei deſumptis.
Hippocratis verba ponit, quibus ſemen intus permanere, & membranula circundari competiſſe ſe ait.
Idem in diſſectionibus conſpici, & exemplum piſtorum dulciariorum affert.

Caput Quintum.

Quòd venæ, arteriæ, & nerui generationem à ſemine habeant, multis rationibus probat.
Ariſtotelem qualitatem ipſi menſtruo ex ſemine nõ tribuere, ſed tantum motionis principium ipſum ſemen efficere.

Caput Sextum.

Semen facultatem, ac vires inſitas habere tum attrahendi, quæ ſibi accommodata ſunt, tum excernendi ſuperuacanea.
Semen habere materias proprias quas attrahat à vulua, ſanguinem, & ſpiritum
In membranam quæ fętum circumplectitur ſolæ illæ partes perforatæ relinquuntur, per quas materiarum tranſmiſſio fit.

Caput Septimum.

De vſu ſeminis fœminini, ac de cornibus vuluæ, quę inunguntur ab ipſo ſemine.
Semen viri, & mulieris coniunguntur ſimul à membranula comprehenſi, quam fęmineum ſemen ſua pergreſſione effecit.
De dictæ membranæ vſu.

Omnes vuluæ partes ſemen complecti mirifice appetunt,& quomodo hoc fiat.
De acetabulis vuluæ quæ nam ſint.
Quomodo, & vnde nutriatur ſemen.

Caput Octauum.

De primo ortu iecoris, cordis,& cerebri in fœtibus, ac de generatione ,& conſeruatione ſpiritus animalis.
Tria dicta principia, quomodo per totum corpus progreſſu temporis diffundantur.

Caput Nonum.

Vniuerſam fœtus fabricam quatuor temporibus diuidit.
Fœtus cum plantis comparatio, in ſuis partibus.
Quomodo poſtea fœtus in animal euadat, ſi plantæ ſimilis eſt.

Caput Decimum.

De modo quo ſingulæ fœtus partes oriuntur in vnoquoque quatuor temporum.
De generatione oſſium.

Caput Vndecimum.

Perpendit cauſam, cur partes quæ à ſanguine ortum habent, ſi corrumpantur, iterum generentur, ſpermaticæ verò nequaquam, & ex quibus fiat nutritio,aduerſus Ariſtotelem.

Caput Duodecimum.

De ſeminis generatione ex ipſo ſanguine,quomodo fiat,ab euidẽtibus in diſſectione explicat.
Ariſtotelis ſententiam nunc vt veram ſupponit, nihil ad ſeminis generationem facere teſtes.
Ariſtotelis inconſtantiam redarguit, qui aliàs dixerit ex ſemine vnumquodque membrum generari, aliàs ex ſanguine menſtruo.

Caput Decimumtertium.

Duplex reſpõſio ad eam obiectionem, ſi arteriæ, & venæ ad gignendum ſemen idoneæ ſunt, qui fit, vt ſi abſcindantur, non regenerentur.
Aduerſus Ariſtotelem, qui ad ſeminis generationem inutiles eſſe teſtes aſſeruit.
Rarò viſum eſſe venam renaſci, nunquam neruum, & arteriam, & qua cauſa id accidat.

Caput Decimumquartum.

Aduerſus eos,qui ſolos teſtes ſemen gignere exiſtimarunt.

Caput Decimumquintum.

Aduerſus Ariſtotelem, & alios,qui de vſu teſtium perperam opinati ſunt.
Originem, & fabricam genitalium inſtrumentorum altius repetit.
Aduerſus eos,qui propterea teſtes à natura datos dicũt,vt ſeminis inſtrumẽta deorſum trahãt.
De vſu,& vi teſtium diſſerit, quod prætermiſſum ab omnibus eſſe dicit.
Abſciſſis teſtibus,intacta tamen ſupergeminali membrana;quid ſequatur incommodi animali.
Teſtes animalibus, & roboris originem eſſe, & caliditate multa totum corpus diffundere, & cur depiles euadant, qui teſtibus priuantur.
Quod totum corpus à teſtibus alteretur.
Sententia Ariſtotelis refellitur, cum cauſam reddit, cur animalia caſtrata imbecilliora fiant.
Teſtes non eſſe factos, vt cor intentum detineant, ut Ariſtoteles aſſeruit.

Caput Decimumſextum.

Cauſam affert, cur in teſtium exciſione totum corpus effœminetur.
Ad probandum uſum teſtium, hanc propoſitionem aſſumit, vnumquodq; animalis membrum influentem humorem alimenti ratione, in ſuam naturam immutare.
In quo differat actio arteriarum,& venarum,ab actione teſtium quo ad generationem ſeminis.
Quomodo à teſtibus in totum corpus vis quædam diffundatur.
Cur qui immoderato coitu utuntur, imbecilliores euadant.
Omnibus ſolidis animalis membris è ſemine tam generationem, quàm nutritionem eſſe.

Caput Decimumſeptimum.

De uaſis ſeminarijs, ad quæſita quædam reſpondet.
Qua cauſa ſupergeminalis membrana facta ſit.

LIBER SECVNDVS, Agit de ſemine, & eius inſtrumentis quoad ſpectat ad fœminas. Continet autem Capita vj.

Caput Primum.

DE teſtibus mulierum.
Aduerſus illos, qui extra vuluam ſeminarij meatus orificium apertum eſſe dicunt, ex inſpectione diſſectionis agit.
Herophili uerba, quibus ſemen muliebre extra effundi affirmat,& in quo vera dicat, in quo mentiatur.

Atheneo non credendum, cum dicit, ſicut maribus papillas, ita fœminis ſeminaria uaſa fuiſſe conſtituta.
Vſus ſeminis muliebris.
Ariſtotelis, & Athenei opinio refellitur de ſeminarijs meatibus, & de ſemine ipſo.
De ſimilitudine infantis cum parentibus; aduerſus Ariſtotelem, & Atheneum.
Galeni demonſtrationes duæ de ſimilitudine cum parentibus, cum conditione altera, altera aſſertiua.

Caput Secundum.

Cur ſpecies animalis ad matrem magis ſpectet, ſimilitudo uerò modo ad matrem, modo ad patrem.
Moribus, & facultatibus animæ idoneum corpus præparare naturam.
In animalibus, ſubſtantia (id eſt, materia) quæ generationi ſubiicitur, menſtruum ſolum eſt, motionis principium ex ſemine accidit.
Ex Ariſtotelis, & Athenei poſitionibus, quę nam immutandæ uideantur Galeno.

Caput Tertium.

Aduerſus illos, qui fœminam, uel omnino nullum, uel certè non fęcundum ſemen ſpargere opinantur.
Aduerſus Empedoclem, qui diuulſa eſſe fętus membra dicebat, ut in fœminæ alia, alia in maris ſemine continerentur.

Caput Quartum.

Qua cauſa fiat, ut ſi fœminæ ſemen ineſt, mas tamen fętus procreatus ſit, & ſola fœmina per ſe gignere non poſſit, cuius ſolutionem à nullo philoſopho, aut medico expeditam eſſe ait.
Athenei & Ariſtotelis opiniones examinantur, & refelluntur.
Qua cauſa ſemen fęminæ genitum ſit.

Caput Quintum.

De triplici ſimilitudine in fętibus, videlicet generis, formæ, & ſexus, ac de ſingularum cauſis, & ſolutio dubitationum.

Caput Sextum.

Conſideratio de Aſtitibus, & eorum vſu, qui à nullo cognitus adhuc erat.
Duplicem uſum eſſe glandularum omnium, quæ adenes appellantur, ex Marino, eiuſque de ipſis opinio.

GALENI LIBELLVS DE SEPTIMESTRI PARTV, in quo Hippocratis ſententiam exponit, docetque, quot ad minimum, & quot ad ſummum dies partum ſeptimeſtrem perficiant.

Finis primæ Claſsis.



SECVNDÆ CLASSIS LIBRI, ET CAPITA.

GALENI DE ALIMENTORVM facultatibus Libri tres; quorum primus agit de ſeminibus, quæ venerunt in vſum alimenti. Continet autem Capita xxxvij.

Caput Primum.

SI inter eos qui ſcripſere de facultatibus quæ alimentis inſunt, omnino conueniſſet, ſe non ſuſcepturum fuiſſe hanc moleſtiam de iiſdem ſcribendi.
Dioclis verba ponuntur, qui arbitrabatur ſola experientia alimentorum facultates, nobis notas eſſe.
Experientiam ſatis valere ad alimentorum facultates dignoſcendas, verum qui hoc ſine limitatione faciunt, eos falli.
Cur eadem cibaria diuerſis hominibus diuerſos ædant effectus, per limitationes dignoſcendum, exemplo ſumpto ex braſſica, lente, & marinis oſtreaceis.
Alimenta cur ſint citi, vel tardi tranſitus, & quæ cibaria ventrem ſtimulent, & quæ conſtipent in uniuerſum docet.
Quæ ſint alimenta media, ſeu medij temperamenti, & limitatio circa hęc à Diocle allata.
Cibaria ad diuerſa temperamenta relata, diuerſe ea afficere, ac duorum diſputationem de melle recenſet.
Non oportere ſimpliciter pronunciare de cibarijs, ſed diſtinctiones apponere, quas recenſet.
De libro de diæta ſiue Hippocratis, ſiue alterius ſit.
Qua methodo perdiſcendæ ſunt alimentorum facultates exemplo hordei.
Qua ratione cibaria ſint apparanda vniuerſali methodo docet exemplo τευτλοφακῆς, id eſt edulij ex beta, & lente.

Caput Secundum.

Inter tritica, quæ plurimum habeant alimenti.
De panuum ſpeciebus, & qui ſint concoctu faciles, & qui non.
Quibus naturis quæ panis ſpecies conueniat.
Qui ſint optimi panes, & qui peſſimi, quique medij, ordine recenſet.

Caput Tertium.

De placentis ex oleo, & triticea farina confectis quas Græci τηγανίτας vocant, ac de eis quæ πέμματα ἄζυμα vocantur.

Caput Quartum.

De varia triorum compoſitione, ac de optime confecto pane.

Reliqua capita à quinto ad trigeſimumſeptimum ordine hæc continent.

De pane loto; de alica ſeu chondo. De tritico in aqua elixo. De amylo. De hordeo, & quomodo ex ipſo ptiſſana paretur. De panibus hordeaceis, de polenta ἄλφιτος dicta. De maza. De typha, olyra, & zeia. De auena bromus dicta. De milio, & panico. De leguminibus. Oriza, lentes, fabæ. Faba ægyptia. Piſi, ciceres, lupini, fænum græcum, phaſeli, & eruelia. Cicercula, araci, dolichi, orobus, ſeſamum, & eryſimum. Papaueris ſemen. Lini ſemen, orminum. Cannabis ſemen. Viticis ſemen. Aphace, & ſemina alienigena.

LIBER SECVNDVS, Agit de fructibus, qui vel ex arboribus, vel ex oleribus proueniunt, & de oleribus ipſis. Continet autem Capita vnum, & ſeptuaginta.

Caput Primum.

REcenſet quæ ſuperiore libro dicta ſunt, & quid in hoc dicendum ſit explicat, ac de differentia, quæ eſt inter ſemen, & fructum.

Caput

Caput Secundum.

Hora anni quid ſit; & qui ſint fructus horarij dicti, & cur ſic vocentur, & in quo differant ab alijs fructibus, de ſubſtantia, & natura ipſorum.

Reliqua capita ſeriatim, & ordine hac habent.

Cucurbita. Penones. Melopepones. Cucumeres. De fructibus qui ex arboribus colliguntur. Ficus; vuæ. Vuæ paſſæ. Sycamina, ideſt Mora. Ceraſia. Rubi fructus. Canirubi fructus. Iuniperi fructus. Cedri fructus. Nux pinea Myrti fructus. Perſica. Armeniaca, & Pręcocia, Malorum ſpecies, & eorum ſapores diuerſi. Cur eſus Pirorum, & Pomorum aſtringentiũ ventrem quibuſdam deijciat. Cydonia, & Strutiomela. Pira, & Punica mala. Meſpilus, & Sorba. Palmæ fructus. Oliuæ. Nuces. Amygdalæ. Piſtacia. Pruna. Serica. Siliquæ. Cappares. Sycomora. Perſia. Citria. Fructus plantarum agreſtum. De alimento, quod ab integris plantis manſis percipitur. De Lactuca. Seri. Malua. Beta. Braſſica. Atriplice, & blito. Portulaca. Lapatho. Oxylapatho. Solano De plantis ſpinoſis. Cinara. Apio, Equapio, Sio, & ſmirnio. Eruca. Vrtica. Gingidio, & Scandice. Ocimo. Fœniculo. Aſparagis. Alio genere. Aſpatagorum. De germinibus. De diſcrimine, quod eſt inter diuerſas partes eiuſdem plantæ contra Mneſitheum. De rapis. Aro. Dracontio. Aſphodelo. Bulbis. Paſtinaca, dauco, & caro. Tuberibus. Fungis. Radicula. De cępis, Allijs, Porris, & Ampelopraſis.

LIBER TERTIVS, Agit de Alimentis, quæ ex animalibus pedeſtribus volatilibus, & aquatilibus parantur. De melle, vino, de ſale condiendis, ac medijs edulijs. Continet autem Capita quadragintaduo.

Caput Primum.

DE quo agendum erit in hoc libro.

Caput Secundum.

De Alimento, quod ſumitur à carnibus quadrupedum, ac de carne ſuilla, bouina, vitulina, agnina, caprarum, ouium, hircorum, & aliorum agreſtium animalium.

Carnes in præparatione diſcrimen ſumunt, pro eorum, quæ inijciuntur facultate.

Caput Tertium.

De limacibus, & eorum ſucco.

Caput Quartum.

De animalium pedeſtrium partibus ex carnibus.

Reliqua capita hæc continent.

De animalium pedeſtrium Lingua. De Glandulis. Teſtibus, cerebro. Oſſium medulla. Spinali medulla. Pinguedine, & adipe. De pedeſtrium animalium viſceribus. De vẽtriculo, vtero, & inteſtinis. De domeſticorum animalium differentia. De lacte, & eius partibus, ac ſero, & de eius qualitatibus. De oxygalacte. De caſeo. De pedeſtrium animaliũ ſanguine. De Alimento, quod à volucribus animalibus ſumitur. De anſeribus, & ſtruthocamelis. De differentia, quæ eſt in partibus animalium volucrum. De ouis. De volucrum ſanguine. De alimento, qđ ab aquatilibus animalibus ſumitur. De Mugile. De lupo, ſeu laurace. De mullo, ſeu trigla. De piſcibus ſaxatilibus. De Gobione. De piſcibus molli carne præditis, ac de cõfectione iuris albi. De piſcibus duram carnem habentibus. An dura omnia per decoctionẽ ſalſum humorẽ gignant, & in quo recte ſenſerit Praxagoras, & Philotimus, in quo non. De animalibus quibus eſt teſta pro cute. De cruſtatis. De mollibus. De chartilagineis. De cetaceis animalibus. De Echinis marinis. De Melle, & eius genera, & varijs parandi modis. De vino. De cibis ſale conditis. De medijs edulijs.

GALENI DE SVCCORVM BONITATE, ET VITIO Liber, docet quo pacto quis bonos ſuccos procreare, malos ac vitioſos vitare poſſit. Continet autem Capita xiiij.

Caput Primum.

QVantam vim habeant malorum ciborum ſucci ad morbos generandos, declarat, recenſens hiſtoriam cuiuſdam magnæ famis, quæ Romæ fuerat.

Quam excuſationem afferebant ij, qui ea tempeſtate moniti de malorum ſuccorum vi, ad Hippocratis doctrinam accedere nolebant.

Animalium venenoſorum exemplo declarat quantæ ſint in prauis ſuccis, vires.

Exemplum

Exemplum ſuum affert, qua victus ratione vſus, quomodo vixerit.

Caput Secundum.

De varijs hominum conditionibus,& quid agendum ijs,qui neque exercitio ante cibus,neque exquiſita victus ratione vti poſſunt.

Panes,hallicam,& carnem ſuillam, boni ſucci eſſe, tamen viſcidi aliquid habere, quod obſtructiones,& aliquãdo inflammationes generet, & ideo inuenta eſſe medicamenta attenuãtia.

Attenuantia medicamenta quid mali afferant vtentibus,ſi frequens ſit eorum vſus.

De alijs quibuſdam cibis boni quidem ſucci,ſed craſſi,& uiſcidi.

Caput Tertium.

De cibis,qui medij ſunt inter attenuantes,& incraſſantes.

Quod hominũ genus pôr craſſos, ac glutinoſos ſuccos aſſumere abſq; noxa, qđ vero minime.

Motum omnem à cibo eſſe improbum,& noxium.

Caput Quartum.

De cibis craſſi ſucci,& glutinoſi.

Qualis panis ſit craſſi, & viſcidi nutrimenti, qui caſeus; quale lactis genus, & de triplici eius ſubſtantia,& quod ſit optimi ſucci.

Craſſi ſunt ſucci, placentæ,lagana,cocleæ.

Oua,quæ ſint craſſi ſucci,quæ mal a,& quę optima.

Ex aquarilibus molles dicti, cetacei, oſtrea, & omnia ὀςρεχοδέρμα dicta,ſunt craſſi, & viſcidi ſucci.

Braſſica,lens,fungi,tuberes,amylum,pinei nuclei. Quædam animalium partes. Glandes, Palmulæ,ac horum differentiæ. Edulia dulcia, & craſſi ſucci,omnia obſtruunt, & viſcida ſunt.

Caput Quintum.

Ex quibus cibis optimum conſletur alimentum,& ſanguis mediocris, neque tenuis, neq; craſſus generetur.

Rei cuiuſque naturam prius eſſe tentandam,vel aquæ maceratione,vel decotione, vt de ſeminibus, & fructibus.

Patris Galeni experimentum in nucibus,& leguminibus.

De fructibus qui reponi poſſunt ad multum tempus, & quomodo hi ad hyemem explorandi.

Cibos qui cito intumeſcunt non ſolum ad coquendum potiores eſſe,ſed & ad ſucci bonitatẽ.

Concoctiones in noſtro corpore mutuo ſe excipere.

Caput Sextum.

Quod alimentum præbeant animalium partes quædam, vt inteſtina, uentriculus, uterus, caudæ,colla,alæ,auriculæ, oculi.

Inter pedeſtria animalia optimi ſunt ſucci ſues, & quæ proxime ab his.

Caput Septimum

De bonitate priſſanæ, & quomodo præparanda; idem eſſet de faba,niſi flatulẽta eſſet,ac de reliquis ſeminibus cerealibus,lente,ochris,dolichys, cicerculis, olyris, typha, panico, milio, cicere, lupinis.

Caput Octauum.

De natura fructuum, qui ex arboribus habentur, & de oleris quibuſdam. Caſtaneæ, fugaces fructus,mora, ficus, vuæ,carycæ,cotonea,punica,pira,meſpili, cucumeres, pepones, melopepones,cucurbitæ. Stirpium radices.

Caput Nonum.

De auium,& piſcium vniuerſorum ſucco,ex locorum,in quibus degunt,natura,cognoſcendo qui boni, qui mali.

Caput Decimum.

Nihil prodeſſe alimentorum facultates exacte tenere, niſi corporum naturæ, quibus adhibenda ſunt, cognoſcantur.

Quibus temperamentis,quod alimenti genus conueniat.

Quid cognoſcendum ei, qui recta alimentorum ratione, & methodo vti debet.

Caput Vndecimum.

De vinorum omnium natura,ac differentia, ex ſubſtantia, colore, ætate, ſapore,& regione; & quæ vina cuique temperamento conueniant.

Caput Duodecimum.

De natura mellis, quod optimum & quod peſſimum, ac de aceto mulſo, & eius facultatibus.

De ſalubribus medicamentis,& attenuantibus.

Quædam vitæ genera,qua victus ratione vti debeant.

Caput Decimumtertium.

Semper à cibis mali ſucci abſtinendum, niſi æſtatis tempore, cum totum corpus ſqualore laborat,& refrigerari poſtulat,& qui cibi tunc ſumi poſſunt.

Idem ſqualor in temperatis quomodo curandus.
Quibus hominibus raro frigidæ vſus ſit neceſſarius.

Caput Decimumquartum.

Ad malorum ſuccorum, & morborum generationem maxime facere cruditatem.
Ex variorum ſuccorum qualitate, qui affectus gigni ſoleant, & qui affectus ex ſuccorum variorum commixtione.

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE SALVBRI diœta Commentarius, in quo.

EOrum qui propria priuataque negotia agunt victus rationem inſtituit pro temporum differentia, pro corporum habitu, pro ætatis affectuum, ſexus, & conſuetudinis ratione.

GALENI DE ATTENVANTE VICTVS RATIONE Liber agit de Edulijs, quibus tenues, ac ſalubres humores redduntur. Continet autem Capita xij.

Caput Primum.

OB vtilitates magnas quas in multis morbis preſtat attenuans victus ratio, ſe de ea diſtinctius pertractaturum aſſerit.
Attenuantia omnia acrem, ac incidentem habere facultatem probat ex multis eius in corpore noſtro effectibus, & ab experientia.

Caput Secundum.

De ordine attenuantium eduliorum, incipiens à vehementioribus, ad mitiora deſcendens.
Omne quod ſiccum eſt viridi eſſe valentius, matura minus maturis, montana campeſtribus.

Caput Tertium.

De differentia tenuantium oleraceorum, & incidentium ex ætate ſumpta.
Quodcunque vel guſtui, vel olfactui calidum acre, & mordicans appareat, id habere facultatem tenuandi, & incidendi; ac denique ex odore, & ſapore tali poſſe cognoſci.
Oleum attenuantium robur imminuere, ſi admiſceatur, acetum verò, & mel intendere.

Caput Quartum.

De olerum aſparagis, & arborum germinibus, quæ tenuare poſſunt.

Caput Quintum.

De ſeminibus: eaque eſſe facultate plantæ ſuæ ſimilia, verum ſicciora, & magis tenuantia.
De frigidis, & ſoporiferis ſeminibus, quæ ſunt tenuantibus aduerſa.
Aliqua ſemina adeo eſſe tenuantia, aut non niſi cum ſanguinem per vrinas purgare volumus, ijs ſit vtendum.

Caput Sextum.

De cerealibus, & frumentaceis ſeminibus, & quomodo appellentur ea quæ manu carpuntur, & quæ falce.
De tritico, & quomodo parandum, ut non gignat ſuccum craſſum, & lentum; de ſimilagine, & halica, ptiſana, & hordeo; typha, auena, & olyris.

Caput Septimum.

De leguminibus. De fabis, eruilijs, faſeolis, lentibus, lupinis, ciceribus, eruo; fęnugreco.
De prunis damaſcenis. De Echinis marinis, & conchis. De panico, & milio, & alijs praui ſucci ſeminibus.

Caput Octauum.

De auibus, piſcibus, ac pedeſtribus animalibus; quibus abſtinendum, & quibus veſcendum in tenuante victu.
In cuiuſuis animalis carne hæc duo obſeruanda eſſe, mollitiem, & friabilitatem.

De ſanguine omnium animalium.

Caput Nonum.

De omnium olerum radicibus.
De fungis, quòd omnium ſint peſſimi.
Omnes radices, tanquam ad coquendum difficiles, ſuſpectas eſſe, præter acres, & calidas, ut allia, & ſimilia.

Caput Decimum.

De fructibus arborum.
Quę vehemẽter ſunt auſtera, & põtica, tenuanti victus rationi eſſe aduerſa, & ad quid cõferãt.
De fructibus qui ad hyemem ſeruantur.

Caput Vndecimum.

De ijs quæ aceto, & muria condiuntur.
Condimentum ὑπόθερμον, ideſt acre ex quibus conſtet.

Caput Duodecimum.

De melle, ſapa, decocto ficuum ſiccarum; de vuis paſſis, vuis dulcibus.
De omnibus vinorum generibus.

GALENI DE PTISSANA, LIBER DOCET quomodo optimè Ptiſſana paretur, vires, & menſuram, & vſum eius explicat. Continet autem Capita vj.

Caput Primum.

QVoniam quidam medici Ptiſſanam indiſtinctè adhibebant, neque modum, neque quantitatem, neque tempus præſcribentes, ideo ſe de ea ſcribere aggreſſum eſſe.

Caput Secundum.

De optima aqua eligenda, & quomodo ſubſtantia, guſtu, olfactu, & colore probetur.
Aquam facultate eſſe frigidam, & humidam.

Caput Tertium.

De hordei facultate tum in toto, tum in vnaquaque eius parte ſeparatim.
Neque recens, neque vetuſtum eſſe debere hordeum pro ptiſſana.
Experimentum optimum in hordeo, ſi inter coquendum in magnam molem attollatur.

Caput Quartum.

Quomodo ptiſſanam parent aliqui, & quis ſit optimus eius conficiendi modus.

Caput Quintum.

Ptiſſanæ vires iuxta Hippocratis verba explicantur.
Ptiſſanam nihil habere glutinoſi ac viſcidi, probat.
Quæ commoda afferat ptiſſana, ſi optimè coquatur.

Caput Sextum.

Diſtinctiones ponit, quãdo ptiſſana in morbis ſit exhibẽda, & quando cũ periculo adhibeatur.
De tempore, & hora opportuna exhibitionis.
Siccis morbis non conuenire ptiſſanam, & qui ſint morbi ſicci.
Ptiſſanam incidere ſimul & humectare, quod nulli alij neq; alimento, neq; medicamento ineſt.
Aliquando ptiſſana intempeſtiue exhibita, mortis occaſio eſſe poteſt, & quando.

GALENI DE PARVÆ PILÆ EXERCITIO libellus docet, paruæ Pilę exercitationem eſſe omnium pręſtantiſſimam. Continet autem Capita v.

Caput Primum.

PAruæ Pilæ exercitationem, vel ob id eſſe præſtantiſſimam, quòd non modo corpus fatigare, verum etiam animũ oblectare poſſit, quod habet cõmune cũ venatione.

Caput Secundum.

De bonis quæ inſunt exercitio paruæ pilæ, quæ non ſunt cum alijs communia, vt facilitas apparatus,

paratus, vt motio omnium corporis partium ſine vehementia.
De motibus qui in hoc ludo efficiuntur.

Caput Tertium.

Pilæ ludum omnes corporis particulas æqualiter, & cum ſumma iuſtitia exercere, ſecus ac in alijs exercitationibus.
Non ſolum corpus, ſed animam quoque pro ſua vtriuſque virtute hoc exercitio iuuari.
Hunc ludum eſſe ſimillimum arti imperatoriæ.
Se neque curſum, neque alia exercitia, quæ corpus extenuant, probare, & qua cauſa.

Caput Quartum.

Paruæ pilæ ludum bonam corporis valetudinem, partium concinnitatem, & animi virtutem præſtare poſſe.
Hunc ludum adeo mitem, & temperatum eſſe, vt & quiete indigentibus vtiliſſimum ſit, & ad imbecillas veres reuocandas valentiſſimum.
In hoc ludo poſſe exerceri tantum eas partes, quas aliquis voluerit, quieſcentibum, vel parum laborantibus reliquis.

Caput Quintum.

Pilæ ludum, ſecus atque in alijs exercitationibus, quas recenſet, periculo omni vacare.

GALENI DE DIGNOSCENDIS CVRANDISQVE animi morbis libellus, docet quomodo quis ſuaipſius, & aliorum vitia cognoſcat, & corrigat. Continet autem Capita x.

Caput Primum.

Quidnam Antonius Epicureus voluerit in illo titulo, De ſubſidio aduerſus proprios affectus.
Antonij Epicurei obſcurus loquendi modus, qui inferre voluiſſe videtur, qua ratione quis ſe ipſum à peccatis abducat.
Qui nam dicatur peccare, & qui alij ſcripſere de iſs, q̃ ad remedia animi perturbationũ pertinẽt.

Caput Secundum.

Probat nos poſſe peccare, tametſi nihil prorſus aberrare exiſtimemus.
Parum aberraſſe eos qui alijs permiſerunt, vt de ſeipſis iudicarent, contra verò alios.
Solum eum, qui ſapientiſſimus eſt, perfectè ſe ipſum cognoſcere, alios nõ item, exẽplis probat.
Quicunque vult bonus fieri, prius oportet vt quærat, quomodo poſſit ſua peccata cognoſcere.
Difficile eſſe quenquam ſua peccata cognoſcere ex Æſopo, & Platone declarat.

Caput Tertium.

Suam ſententiam profert, qua declarat quomodo quis ſua peccata cognoſcere poſſit.
Qui ſua peccata cognoſcere debet, prius liberandus eſt ab affectibus, & qui ſint affectus, ſeu perturbationes.
Quomodo reperire poſſimus aliquem veridicum hominem, qui noſtras animi perturbationes ſi qua nobis inhæſerit, verè manifeſtare velit, & quomodo illius periculum faciemus.
Calumnias, & conuitia æquo animo ferenda, & quomodo iis reſpondendum.
Zenonis pulchra ſententia.
Quod hominum genus aptum eſt in virum honeſtum euadere.

Caput Quartum.

Nos non debere deterreri, ne meliores nos ipſos reddamus, etſi ſciamus animum nos non poſſe conſequi ſapientis.
Quo exemplo motus Galenus odium in iracundiam conceperit.
Iræ turpitudinem exemplis quibuſdam declarat.
Hiſtoriam narrat cuiuſdam, qui ſecum iter faciebat, dum ille ira percitus ſeruos vulnerauit.

Caput Quintum.

De corrigendis ſeruis, ac de ira, cæteriſque perturbationibus euitandis.
Eum qui ſe ab ira temperat, omnibus hominibus ſeipſum præſtantiorem oſtendere.
Animi perturbationes eſſe quinque.

Caput Sextum.

Quomodo quis concupiſcentiam deuitet, amorem. ſ. venerem, vini appetentiam, edacitatem.

Quo-

Quonam modo caſtigetur concupiſcentia.
Duplicem in nobis eſſe animi vim rationis expertem.
Vim concupiſcendi plerunque euadere inſanabilem.
Aliquem eſſe hominem eligendum, qui peccata noſtra, ſicut in iracundia, ſic in alijs perturbationibus cognoſcat, & qualis is eſſe debet.
Cognitionem ſui vno modo difficilem, alterò facilem eſſe.

Caput Septimum

Hanc, quam docet, viam eſſe tenendam, quoad aliam meliorem quis inueniat.
De inuidia, quid ſit, quàm fugienda, & quomodò curanda.
Inueniendum eſſe aliquem qui de peccatis, quæ nos fugiunt, quia exigua videntur, nos moneat, & quid agendum in hoc.
Malum excidendum dum pullulat, nec expectandum dum creſcat.
Naturam in puerili ætate ad vitam perficiendam in cunctis plurimum poſſe, ſecundo loco ſtudia, & exercitationes diſciplinarum.
Variæ puerorum naturæ deſcribuntur.
Ariſtides quomodo Niciæ reſponderit roganti, quonam modo iuſtus euaſiſſet.
Pueri praua natura non negligenda, ac puerorum educationem plantarum curæ comparat.

Caput Octauum.

Galeni patrem fuiſſe optimis moribus præditum, matrem verò iracundam.
De educatione, & præceptis, quæ ſibi à patre tradita fuerunt.
Se aſſuefactum à patre vt honorem, & gloriam contemneret, & ſolã veritatẽ haberet in precio.
Patris Galeni verba ad mœrorem, & triſtitiam auertendã ob acceptas iniurias, vel calamitates.

Caput Nonum.

Patris ſermo, de inſatiabilitate in rebus omnibus, quid ea ſit, & quomodo vitanda, vt mœrore careamus, exemplo à cibis ſumpto.
De diuitijs, & copia rerum ad corporis vſum ſpectantium, quanti facienda ſit.
Omnis triſtitiæ, & mœroris vnam eſſe cauſam, inſatiabilitatem.
Quantumcunque quis acquirat, nunquam fore ditiorem omnibus.
De honoris inſatiabilitate.
Inſatiabilitatem vitium eſſe animi peſſimum.

Caput Decimum.

Animi libertas quid ſit, & quanti facienda ad contemnendam inſatiabilitatem habendi.
Repetit inueniendum eſſe aliquem obiurgatorem, & quomodo cum eo agendum.

GALENI DE CVIVSQVE ANIMI PECCATORVM cognitione atque medela Liber. Continet capita vij.

Caput Primum.

CVm ſuperiori tractatu de perturbationum medicina dixiſſet, deinceps de peccatis ſermonem ſe inſtituere ait, ijs ſcilicet, quæ ad iudicium ſpectant.
Quid ſit peccatum, & quotuplex.

Caput Secundum.

In quot abſurda incidere illos contingat, qui de vitæ bonis, & malis nulla vera methodo ratiocinantur.

Caput Tertium.

De adhibendo experimento in vera methodo dignoſcenda, quid interſit inter eos, qui ea vtuntur, & inexercitatos, & falſis ſectis addictos.

Caput Quartum.

Quid inter peccatum, & perturbationem interſit.

Caput Quintum.

Declaratio ueræ methodi per exempla ſolariũ horologiorũ, aduerſus eos qui ab ea deficiebãt.
De horologio conficiendo ex aqua, quæ clepſydra dicitur.
De facultate reſolutoria, & quantum utilitatis, & delectationis habeat.
Aduerſus temerarios quoſdam, & falſa doctrinæ perſuaſione inflatos maxime inuehitur.

Caput Sextum.

Omnem demonſtrationem ab euidentiſſimis inchoari debere ab omnibus concedi; & quid ab aliquibus non concedatur.

Aduerſus

Aduerſus eos qui temere, & ſine methodo aliquid pronunciant, & huius exemplum affert.

Caput Septimum.

Aduerſus philoſophos quoſdam, qui vacuum dari diſputabant.

De duobus philoſophis qui diſputantes, alter dicebat aquam, igne grauiorem, alter contra: & quomodo ab Architecto quodam fuerint irriſi.

Irridet quoſdam Philoſophos, quorum alter erat Stoicus, alter Epicureus, de mundo, & de vacuo differentes.

GALENI DE CONSVETVDINIBVS LIBER, VIRES & cauſas conſuetudinis explicat. Continet autem Cap. v.

Caput Primum.

ADuerſus eos qui ſcopum à conſuetudinibus ſumptum deijcere conantur, eorumque rationes ponuntur.

Scopum à conſuetudine plurimum valere, tum ex euidentibus, tum ex Hippocratis, Eraſiſtrato, & alijs probat.

De potu frigidæ, quomodo aſſuetis permittenda, & Ariſtotelis Mitylinei de hoc hiſtoria.

De facultate conſuetudinis Hippocratis, & Eraſiſtrati teſtimonia.

Caput Secundum.

Cauſa inquiritur, vnde eſt, quòd multum poſſit conſuetudo, facto initio ab ijs quæ bibuntur, & comeduntur.

De concoctione, & quando ea quæ deglutiuntur concocta eſſe dicantur.

Familiaria nutrimenta quæ ſint, & quòd diuerſis animalibus diuerſa ſunt familiaria.

Conſuetudinem eſſe ſignum familiaritatis naturalis.

Sicut vnumquodque, quod comeditur alteratur, ita & ipſum etiam alterat.

Argumentum aſſimilationis nutrientium ad id quod nutritur, eſſe plantarum, & ſeminum tranſmutationem in aliam terram factam.

Alterationem quam facit id quod nutrit in eum qui nutritur, eſſe cauſam familiaritatis, & facultatis conſuetudinis.

Caput Tertium.

De cauſa facultatis conſuetudinis ex rebus externis, ex refrigerantibus, ſ. & calefacientibus.

Cauſæ complicatæ diſtinguendæ, ne fallamur in inuentione cauſarum.

Caput Quartum.

De cauſa facultatis conſuetudinis, ab exercitatione tum corporis, tum animi.

Facultates vniuerſas eam naturam habere, vt ab exercitationibus augeantur, & roborentur, ab otio lædantur, Platonis teſtimonio declarat.

In exercitatione menſuram adhibendam.

Caput Quintum.

Corpus euacuationibus aſſuetum euacuationes non requirere ob conſuetudinem, vt Eraſiſtratus dicebat, ſed vel ob cacochimiã, vel multitudinẽ, quę aceruari cõtingebat in corpore.

Quomodo talis conſuetudo innoxie mutari poſſit.

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBRI SEX.

LIBER PRIMVS, Summam proponit earum rerum quibus ars tuendæ ſanitatis continetur, & vitæ rationem vſque ad ſeptennium præſcribit. Continet autem Cap. x v.

Caput Primum.

DVas eſſe medicinæ partes, alteram ſantitatis tuendæ, alteram morbi profligandi, & quæ ſint earum officia.

Quid ſit ſanitas, & quis optimus erit ſanitatis cuſtos.

Caput Secundum.

Ea quæ corrumpunt corpus noſtrum, in duplici genere eſſe, & quæ.

De ſanguinis, & ſeminis natura, & in quo differant.

De Elementorum concurſu in noſtræ generationis initio.

Diſtinctio cuiuſque temporis,& ætatis hominis à prima generatione vſque in ſenium.
Incommoda prædicta cum effugere nemo poſsit,corrigere & ſarcire aliquo modo poteſt.
Cibum reſtituere quicquid ſiccioris ſubſtantiæ effluxit potum, verò,quicquid humidioris.

Caput Tertium.

Quicquid effluit continuo ex corporibus noſtris, idem reſtitui minime poſſe.
De neceſsitate generationis excrementorum in corpore.
Duo ſcopi ſalubris victus ſunt,alter exhauſtum reficere,alter excrementa expellere.

Caput Quartum.

Quot,& quales ſint ſanitatis ſcopi clarius diſtinguit.
Duplici primo modo cōſtant corpora, ex ſe,& ab ijs quæ extrinſecus incidūt,& horū diuiſio.
Quatuor hypotheſes ponit pro conſtituenda arte ſanitatis tuendæ.
Quoſnam libros ſuos legere oporteat,qui his ſtudere voluerit.

Caput Quintum.

Sanitatis ſymmetriam duplicem eſſe,alteram exactam & optimam,alteram ab hac deficientē.
Sanitatem habere multam latitudinem duplici demonſtratione probat.
Tot conſtitutionum eſſe diſcrimina,quot ſunt functionum differentię.
Non omnem functionum imbecillitatem,morbi ſtatim eſſe notam; ſed præter naturam,addere oportet.
Reſpondet ijs,qui nomen Εὐκρασίας nō dari aiunt,quòd mediū ad vnguē temperatū nō detur.
Eucraſiam duplicem eſſe, alteram, quæ cogitatione tantum vſurpatur, alteram, quæ in ſanis omnibus apparet.
Immenſum eſſe temperamentorum diſcrimen exemplo duorum puerorum probat; & gracilium, ac corpulentorum.

Caput Sextum.

Antequam doceat, quomodo optimę naturę ſit conſeruanda ſanitas, quę ſit optima corporis conſtitutio exponit.

Caput Septimum.

Quomodo ſanitas tueri poſsit ſe narraturum pollicetur, primum in infantibus, deinde in aliquanto grandioribus,poſtremo in cęteris ętatibus.
Infantis nuper nati modum tuendę ſanitatis incipit.
A morbo contrarij indicationem accipi,ab ętate,& conſuetudine ſimilium.
Lac maternum infantibus eſſe maximè proprium.

Caput Octauum.

De triplici infantium motu,in cunis,in lectulis pendentibus,& in vlnis.
Exercitationum tria genera,& quę conueniant ſingulis puerorum ętatibus.
Quomodo puerorum optimi animi mores conſeruentur, & hoc ad medicum ſpectare.
Infantes non leui cura egere,ne quos animi motus immodicos incurrant.
Vnde infantium ploratus proficiſci poſsit.
Quomodo Galenus puerum ab immodico ploratu quieſcere fecerit.

Caput Nonum.

De uictus ratione nutricibus obſeruanda.
Perniciosum eſſe infanti ſi nutrix vtero gerat.
Quomodo lac explorandum,bonum ne an malum ſit.

Caput Decimum.

Vſque ad quod tempus puellum lacte nutriendum.
De cibo infantium poſt ablactationem, de frictionibus,& balneis.
De Barbarorum quorundam vſu circa infantes.

Caput Vndecimum.

Viuum puerulis eſſe vitandum, & qua cauſa.
Cuiuſmodi aqua puerulo bibenda, & de optimæ aquę notis.
De aere,qui pueris conueniat,& quę loca aerem optimum habeant.

Caput Duodecimum.

De tuenda ſanitate pueri in ſecundo ſeptennio conſtituto,& primum quæ ſit eius temperies.
Educatio à ſecundo,uſque ad finem tertij ſeptenarij.
De cura,& ratione habenda in excrementis excernendis.
De omni genere excrementorum,& inſtrumentis per quę excernuntur à corpore.
De tranſpiratione ſenſum latente,& quod nam excrementum per eam expellatur.

Caput Decimumtertium.

A quibus cauſis remoretur vnumquodque prædictorum excrementorum, pleniſsime receſſet.

Caput Decimumquartum.

Quo pacto quis vnumquodque prædictorum excrementorum educere, atque euocare poſsit.

Retentionis cauſæ, contrariam cauſam adhibendam.
Sigillatim vnumquodque excrementi genus quomodo educendum ſit docet.

Caput Decimumquintum.

Inquit ſe in compendium rediģiſſe hucuſque totum opus, atque in ſequentibus dictas materias ſe fuſius explicaturum pollicetur.
Sanitatis tuendæ ſtudium, ac medendi methodum his tribus primis generibus contineri, corporibus, cauſis, ſignis.
Materiam cuſtodiendæ ſanitatis quatuor his perfici, admouendis, educendis, faciendis, extrinſecus incidentibus.
Mutationem corporis aut in qualitate, aut in quantitate fieri.

LIBER SECVNDVS, Complectitur differentias omnes frictionum, & exercitationum. ac de ſanitate in tertio ſeptennio tuenda agit. Continet autem Capita xij.

Caput Primum.

Quæcunque in ſuperiore libro tradidit, nunc ſingula membratim diſtinguere ſe aggreſſurum inquit.
Cui hominũ generi hæc pcepta tuẽdæ ſanitatis ſcribunt̃, & qbus ſuperuacanea ſũt.
Omnia quæ dicturus eſt in ſequentibus enumerat.

Caput Secundum.

Initium facit tractationis, ex verbis illis Hippocratis, labor cibum præcedat: &, labor, cibus potio, ſomnus, venus omnia mediocria.
An idem ſit labor, motus, & exercitatio.
Terminus exercitationis qui eſſe debet.
Exercitationis commoda duplicia reperit; quæ magis, & fuſius explicat.
Ad exercitationem quodnam ſit commodiſſimum tempus, & quod incommodum.
In exercitatione qui modus, & ordo ſeruandus.

Caput Tertium.

De frictionum varijs differentijs, & eorum nominibus, ac de ipſarum facultatibus.
De quadruplici frictionum vi ex Hippocrate, & error neotericorum Gymnaſtarum in numeroſis frictionum differentijs.
Theon Gymnaſtes rectius, quàm Hippocrates ſenſiſſe de frictione viſus eſt, & eius ipſius verba perpenduntur.

Caput Quartum.

Hippocratem nihil omiſiſſe in recenſendis differentijs, & viribus frictionum, & in quo falſus ſit Theon.
De frictionum differentijs fuſius tractat in gratiam Hippocratis.
Nouem eſſe frictionum differentias omnes, & earum deſcriptionem ponit.
Theonem nihil propriũ, & ſuũ de frictione attuliſſe, ſed perperã Hippocratis inuenta tractaſſe.
Apotherapia quod frictionis ſit genus.
A Theone prætermiſſas fuiſſe vtiliſſimas frictionis differentias.

Caput Quintum.

De ſignificatione nominum, duri, mollis, rari, denſi, & aliorum, quibus frictionum differentiæ explicantur, & affectuum qui ab illis proficiſcuntur.

Caput Sextum.

Clarius adhuc de frictione pertractare incipit, eamque interdum per ſe corporibus commodũ afferre, interdum ijs, quæ commodum afferunt ſumminiſtrare.
Frictionis effectus qui ſint.
De frictione præparatoria in optimi ſtatus natura, calefaciendi cauſa ſuſcepta, quæ ſit.

Caput Septimum

Cum de qualitate frictionum egiſſet, nunc de earundem menſura agit.
De aere, regione, tpe anni, & hora diei, ac loco in quibus frictio fieri debet in puero tẽperato.
Quis frictionum eſſe debeat numerus.
De menſura frictionum in temperato.

Caput Octauum.

De generibus exercitationum, vt lucta, pancration, pugillatum, curſus, & alia huiuſmodi.
De ijs, quæ ſint exercitia, & opera.
De qualitate, ſeu differentia exercitationum.
De ratione vtendi prædicta omnia genera.

Caput Nonum.

Quid oĩbus frictionibus ſit cõe, quid ſingulis propriũ ſingulas exercitationes ſeorſum receſſet.

De exercitatione robuſta, & quot modis fiat, ac de exercitatione luctæ.

Caput Decimum.

De exercitationibus quæ citra robur, & violentiam celeritate perficiuntur, vt curſus, & vmbratilis armorum meditatio, & huiuſmodi alia ſpeties.
De exercitatione vehementi.
De aſſidua, & interpolata exercitatione.

Caput Vndecimum.

Quòd exercitationis genus quas corporis partes exerceat.
De omnibus animalis partibus, quæ motus euidentes, & quæ leues, & obſcuros obtineant, quę à ſe moueantur, & quæ ab alijs, ac de ſingulis motibus corporis humani.
Quæ cauſæ ſint mutationis pulſuum.
De Pædotriba, hoplomachico, & Gymnaſtico.

Caput Duodecimum.

Quid Gymnaſtes propoſito in præſenti operæ adoleſcenti imperabit, vt faciat, & de officio Gymnaſtis.
In frictione, exercitatione, balneo cibo, & ſomno, mediocritatē eſſe adhibendā, & quomodo.
Quomodo quis mediocritatis in exercitationibus compos ſit, particulatim tractat.

LIBER TERTIVS, Laſsitudinum, & cæterorum affectuum dignotionem, & curationem tractat, quatenus exercitationes ſequuntur, & ſunt ſanorum ſymptomata. Continet autem Capita xiij.

Caput Primum.

QVid præteritis duobus libris actum ſit breuiter recenſet.
Se de apotherapia acturum in ſequentibus, vt propoſitum fuerat, pollicetur.

Caput Secundum.

De apotherapia, quæ poſt exercitationes fit, agere aggreditur, eamq; duplicem eſſe ait, alteram tanquam exercitationis partem, altera verò ſpetiem.
Quæ ſit apotherapia optimè comparati corporis de quo nunc agitur, cui nullus eſt laſſitudinis metus.
Quomodo fricandum in apotherapia. De ſpiritus detentione, & cohibitione, & quid efficiat.
Trium operum communem eſſe muſculorum tenſionem.
De frictione, quæ circa lumbos fieri debet.
Ad deobſtruendos exiles meatus apotherapia quę.

Caput Tertium.

Excuſat ſe ſi forte breuior in docenda apotherapia fuerit; & ex dictis ſemina ſe dediſſe refellendi alias opiniones, vt in exemplo aduerſus Aſclepiadem, & Theonem Alexandrinum.

Caput Quartum.

De balneis agit quatenus ad tuendam ſanitatem comparantur, & primum de quarum aquarum balneis ſit acturus exponit.
De balneis ex aquis dulcibus calefactis, & earum temperie.
Balnea aquæ dulcis temperata in caliditate, & frigiditate quas facultates habeant, ac de modo quo balneis his vti debeat propoſitus iuuenis in tuenda ſanitate.
Frigidā aqua quando eſt lauandum corpus de quo eſt ſermo, & quæ ſint eius aquæ commoda: & de externa præparatione ad frigidam: de tempore, & mora.

Caput Quintum.

Quomodo ſi quid erretur à propoſito iuuene, peccata corrigi poterunt.
De laſſitudine, & primum de eius notione, ac de eius differentijs ſeptem.
De affectionibus corporum quibus dictæ laſſitudines ſuperuenire ſolent.

Caput Sextum.

De remedijs ſingulorū cuiuſq; laſſitudinis affectuū, & primo de vlceroſæ laſſitudinis remedijs.
De remedijs laſsitudinis tenſiuæ.
De laſsitudine phlegmonoſa, & eius remedijs.

Caput Septimum.

De laſsitudinum quadam ſpetie quæ gracilitatem, & ariditatem efficit, quos comprehendat, & quomodo curetur.

Caput Octauum.

De nutrimento, quod cuique laſsitudinis generi conuenit poſt præſtitam apotherapiam.
Quomodo verum eſt laſsitudinem laſsitudine tolli.
De errore quorundam in ea laſsitudine ſpetie quam ſiccitatem efficere dixit.

Theonis verba ponũtur obſcura,& ęnigmati ſimilia,ex quibus Theonis ſententia nõ põt elici.
Aduerſus Theonem de nutrimento poſt abſolutum exercitium,& de ζεϛολουσία,id eſt feruentis aquæ balneo.
Vnde errauit Theon,vt quid vni affectioni conueniebat, omnibus quadrare præciperet.

Caput Nonum.

Cum de quatuor ſimplicibus affectionibus laſſitudinis dixiſſet, nunc de quatuor compoſitis, & earum remedijs agit.
Complicationes affectionum ex laſſitudine orientes vndecim ponit,ita vt omnes ſimplices, & compoſitæ ſint quindecim,quas omnes elementis literarum deſcribit.
De multis alijs affectionibus præter dictas.

Caput Decimum.

De curanda cutis obſtructione, quam ϛέγνωσιν Græci dicunt.
De curanda cutis denſatione,quam μύσιν appellant.

Caput Vndecimum.

De exercitatione poſt venerem, de qua parum conuenire dicit inter alios; ac de victus ratione eorumdem.

Caput Duodecimum.

De exercitatione poſt triſtitias,& vigilias,& earundem apotherapia, in quibus ſiccitas eſt corrigenda.
De ſiccitatibus ab ira,& potionis penuria profectis.
De emendatione nimiæ humiditatis,vel à potione,vel ab alia occaſione profectæ.

Caput Decimumtertium.

De matutina,& veſpertina frictione adhibenda iam propoſito exemplo inueniri.
Quædam quinti apophthegmata.

LIBER QVARTVS Docet quo pacto laſſitudines curandæ ſint, cum aliunde, quam ab exercitatione oriantur. Continet autem Capita xj.

Caput Primum.

SE de morboſis ſymptomatis hoc libro agere ſtatuiſſe, & quænã quæſtio ex hoc oriat. Quid ſuperiore libro actum ſit,in præſenti de his laſſitudinibus acturum ait,quæ citra exercitationem ſuperueniunt,ſed antequam morbus ſuperueniat.

Caput Secundum.

Tria ſunt, de quibus habendus eſt ſermo, laſſitudinis ſymptoma, affectus vnde hoc oritur, & affectus cauſa.
De laſſitudine vlceris ſenſum faciente,vnde oriatur.
De laſſitudine tenſiua,& phlegmonode,& vnde naſcatur vnaquæque ipſarum.
Horror,& rigor vnde oriatur,& quomodo fiant,qui ſunt cum febre,& qui ſine febre.

Caput Tertium.

Communes ſcopos,qui excrementorum vitijs medentur,eſſe duos vacuationẽ,& alterationẽ.
Proprios ſcopos,qui medentur excrementorum vitijs,ſe deinceps dicturum dicit.

Caput Quartum.

De curatione vlceroſi affectus.
Excremẽta,quæ intra venas ſunt quomodo cognoſcẽda quatuor ſignis docet,& ea examinat.
De curatione mali ſucci,qui exiguus, & iuxta cutem eſt prius acturum proponit, deinde eius qui in carne reſidet,poſtremo de toto ſanguine impuro,& excrementoſo.
Curationem aggreditur laſſitudinis vlceroſæ,vbi de ſanguinis miſſione,& purgatione agit.
De notis quibus vitioſi ſucci infeſtantes cognoſcantur in vnoquoque corpore.
Inceptam laſſitudinis curationem perſequitur,& perficit.

Caput Quintum.

De vlceroſo affectu, in quo ſanguis bonus paucus ſit; ſed & crudi humores plurimi in primis venis adſint.
Deiectiones in crudis humoribus primarum venarum, quid efficiant.
De victus ratione in prædicto affectu.
De medicamento dioſpoltico,& quomodo conficiatur.
Medicamentum diatrion pipereon,quomodo conficiatur, & de piperis probatione.

Caput Sextum.

De oximelite parando,ac de materia eius eligenda.
Apomeli quomodo conficiatur,& eius vſus.
De vinis propoſito affectui conuenientibus.
Quibus occaſionibus ſucci,vel intus reuocentur, vel foras educantur,& quo in his agendum.

Quibus intus crudi ſucci copia eſt,quomodo tractandi.

Caput Septimum.

De vlceroſo affectu,in quo crudorum humorum copia in corporis habitum eſt recepta, non in venis, & quomodo curandus.
De medicamento diacalaminthę dicto,quomodo conficiatur,eius vſu.

Caput Octauum.

De medicamento Acopo dicto,quod ſemen abietinum recipit, quomodo conficiatur.
De medicamento,quod populi floribus conficitur, ac de oleis quibuſdam parandis, quæ propoſito affectui conducunt.

Caput Nonum.

De vlceroſo affectu cum crudorum ſuccorum copia,qui ſint in toto corpore congeſti.
Mixtionem curationis in exemplo docet.

Caput Decimum.

De ea laſſitudinis ſpetie quæ tenſionis eſt nunc agit, cum citra exercitationem conſtiterit, & eius curatio.
De altero laſſitudinis genere,quod phlegmonis ſimilitudinem repreſentat, & eius curatio maxime per ſanguinis amplam miſſionem.
De victus ratione his conuenienti, ac de garo quid ſit.
Qua cauſa ſanguinis miſſionis iteratio in iſtis magis expedit,& ſenſim facta refectio.

Caput Vndecimum.

Iſtos,qui phlegmonode laſſitudine laborant poſt ſanguinis miſſionem non eſſe ſtatim nutriendos,& rationem affert ab opere de naturalibus potentijs deſumptam.

LIBER QVINTVS, Victus rationem ſenibus conuenientem præſcribit, & quomodo morboſi omnes affectus emendentur, & intemperies corrigantur, docet. Continet autem Capita xij.

Caput Primum.

Prolixitatem operis ex ipſa rei natura,qua de agitur, excuſat; ac aliorum in ſcribēdo de his negligentiam accuſat,illorum curationes ſuiſipſius comparans.
De ratione ſuæ tuendæ ſanitatis loquitur Galenus, ſeque nunquā niſi diaria febricitaſſe ait,alios uerò medicos nec ſeipſos, nec alios tueri potuiſſe.
Turpe eſſe eum qui optima corporis natura ſit præditus, aut articulari morbo, aut calculo laborare.

Caput Secundum.

Præcipuas res earum quę hucuſque dixit de ſanitate tuenda in optimo corpore, repetit, & in ſummam redigit.
Quomodo corrigendus error, priuſquam augeatur,& morbus oriatur.

Caput Tertium.

De corpore alio,quod ab optima illa conſtitutione defecit,eumque tribus de cauſis deficere.
De ſenio primum agit,& quomodo corrigatur, ac de ſenum exercitatione.
Exercitationis formæ,quæ ſenibus vtiles,& quæ alienæ ſint,ex tribus ſumi.
Partes imbecillas tantum ſenibus non exercitandas, alijs vero, ut magis diſtant à ſenio magis exercendas,quod exemplo declarat pueri à ſe ad naturalem habitum reſtituti.
Imbecillioribus quæ exercitatio conueniat, & quæ ualentioribus.

Caput Quartum.

Senium,quæ nam ſanitas ſit appellanda,ac quid ſit ſanitas καθ' ἕξιν dicta, & quid κατὰ σχέσιν.
De difficultatibus in ſene,vel fricando,vel vngendo,& in victus ratione iniungenda.
Qua victus ratione vtebatur Antiochus ſenex,vt exemplum ponit.
Qua ratione victus fuerit vſus Telephus Grammaticus qui centum ferè annos uixit.

Caput Quintum.

Multa vinorum genera recenſet,& quod ſeni ſit aptiſſimum,& quod minimè.
Ex vino,quod accedat ſenibus commodum, & quod incommodum.
De vinis aliquibus compoſitis,& medicatis.

Caput Sextum.

De cibis quos cauere ſenem oportet, ne incidat in obſtructiones,& qui conueniant: & ſi inciderit in obſtructionem quibus vtendum cibis, & medicamentis.

Caput Septimum.

Qui panis, & quomodo confectus erit vtilis ſeni,& qui aduerſus.
Vaſa aliquos habere anguſta,unde obſtructionibus obnoxij ſunt,alios latas quatuor exemplis

declarat eorum qui lacte uſi uarie ſe habuerant.
De commodis quæ lac affert,& quantum paſcua conferunt ad bonitatem,& paruitatem lactis, & quod lac ſit omnium optimum.

Caput Octauum.

Qui morbi pleriſque ſenum accidere ſolent; & cuique morbo quæ uictus ratio cōueniat, ſumptis ex ſuppoſitione ijs, quæ in commentarijs de temperamentis ſunt dicta.
Senum temperamentum eſſe frigidum,ſiccum uerò uel humidum diuerſa ratione.
Aliquos medicos excrementorum copia in ſenibus deceptos exiccante uictus ratione uſos.
Qua uictus ratione,& quibus medicamentis uti debent ipſi ſenes ex ſententia Galeni.

Caput Nonum.

Quibus urinæ ciendæ,& aluus mouendus ſeni,citra medicamenta.
Aloen non conuenire ſenibus, ſecus ac tunc uſurpabatur.
De reſina terebinthina, & eius uſu.
De medicamento ex caricis confecto.
In unoquoque ſene experientia cognoſcendum eſt quid magis cuique conferat, & eo utendū.

Caput Decimum.

Omnis affectionis corporeæ prouidentiam in duobus eſſe poſitam, nempe in coognſcēda eius eſſentia,& præſidiorum uiribus.
Quadruplex materiæ præſidiorum genus,& quodnam è ſingulis ſenem eligere oporteat, & de exercitatione.
Exemplum delectus præſidiorum affert in puero à ſe curato.
Ex differentia naturę ſenum,alia magis,alia minus adhibere ipſis oportere.
Nullo negotio inueniri remedia,affectu exacte cognitio.

Caput Vndecimum.

De uictus ratione inſtituenda, quæ intemperies corrigat, ac de morbis ſimilibus naturę hominis, & diſſimilibus.
De conſuetudine, & uſu,quantum ſit ipſis tribuendum.

Caput Duodecimum.

Quibus mordax calor eſt,quæ conueniant, & quæ aduerſentur.
Qui ſunt ab his diuerſa natura, quæ requirant.
Præceptum commune omnibus intemperatis naturis.
De exercitatione in quaque temperatura.
De humidæ,& calidæ temperiei exercitatione quibus morbis pateat,& quomodo curanda.
De balneo, & uino.
Triplicem genere eſſe calidi temperamenti differentiam, & quod uinum cuique dandum.

LIBER SEXTVS, Affert præcepta quæ ad omnes lapſus remouendos pertineant, in corporibus, quæ ab optima declinant ſanitate. Continet autem Capita xv.

Caput Primum.

Capita repetit eorum quæ hactenus tractata ſunt,tanquam dicendis neceſſaria.
Se nunc de ijs acturum dicit,qui debito tempore comedere,bibere,atq; exerceri non poſſunt,& de ijs quæ ualetudinarium à prima conſtitutione corpus habuerunt.

Caput Secundum.

De uarijs corporum conſtitutionibus uitioſis,tum æqualibus,tum inæqualibus.
De temperamentis quæ ætates ſequuntur, ac de ætatem diuiſione.
De corpore neutro.

Caput Tertium.

De ijs,qui calidius temperamentum habent,& in humiditate,& ſiccitate modice ſe habent, ac bilioſum eſſe temperamentum.
De prædictorum uictus ratione,exercitationibus,uino, & medicamentis quibuſdam,adhibendis tum ijs qui æqualem,tum inæqualem temperiem habent.
Quod ſingulis conueniens eſt,duplex eſſe,aliud quod ſimplicibus qualitatibus aptum eſt,aliud quod conuenientia totius ſubſtantiæ.
De ijs qui temperamentum ſortiti ſunt calidum,& humidum.

Caput Quartum.

De ijs,qui frigidū habent temperamentū,cuius tres air eſſe differentias, & quomodo tractādi.

Caput Quintum.

De ijs qui inæqualem corporis conſtitutionem habent,poſtea ſe dicturum pollicetur.
De regendis illis, qui inculpatum quidem habent corporis habitum uerum negotioſam, ſeu ſeruilem degunt uitam.

Hanc conſtitutionem multam latitudinem habere.
De quantitate maximi diei naturalis in aliquibus Europæ partibus ex quorum longitudine, vel breuitate determinat aliqua, quæ ad corporis curam pertinent.
Caput Sextum.
De ea regenda corporis natura, quæ aſſiduæ ægrotet.
Quicquid corpus affligit, duplicem habere occaſionem, aut redundantiam, aut ſuccorum vitium: & qui morbi ex his, & quæ curatio.
Caput Septimum.
De ratione cibandi, & exercendi eos, qui vitam negotijs diſtrictam obtinent.
Caput Octauum.
Artem tuendæ ſanitatis, ijs promittere ſanitatem, qui paruerint.
Aliquos ob ambitionem non parere, vt qui ſe pice illini non ſinebat pro remouenda gracilitate: & quomodo gracilitas curari poſſit.
De curandis ijs qui valde ſunt obeſi.
De alijs intemperiebus, quæ totum corpus occupant.
Caput Nonum.
De inæqualibus corporis ſtatibus, eoſque triplices eſſe, & qui ſint.
De intemperie capitis, & excrementis quæ in eo colliguntur, ac de fluxionibus, quę inde ad diuerſas corporis partes confluunt, quid efficiant, & quomodo appellentur.
Quomodo capitis intemperies corrigantur, ac de errore quorundam medicorum in huiuſmodi affectibus curandis.
De Balneis, & aquarum ſponte natarum vſu.
Caput Decimum.
De cura adhibenda ventriculo imbecillo, & primum ſi corpus totum fuerit bilioſum, & caput tranſmittat in ipſam materiam.
De compoſitione ex aloe: & de varijs vnguentis ad roborandum ventriculum.
Si præterea ventriculus ipſe inequali intemperie laboret, vel calida, vel frigida.
Quomodo componatur Aloe picra dicta, & quomodo dioſpoliticon.
De ijs curandis, qui ventrem calidum habent, & frigidum caput.
Caput Vndecimum.
De ijs curandis, quorum renes calculum generant, ac totus corporis habitus gracilis ſit.
Hiſtoria cuiuſdam, qui propter renum vitium extenuantibus vſus fuerat.
De victus ratione, & medicamentis, quæ conueniunt ijs, qui articulorum vitijs laborant.
In quo differant podagrica medicamenta à nephriticis.
Caput Duodecimum.
De regimine eorum quibus ex leui cauſa defluit materia à capite ad proximè ſubiectas particulas, quæ in ore, & faucibus ſunt, ad oculos, aures, naſum, & reliquas.
Caput Decimumtertium.
De modo quo fiunt fluxiones, & ratione eas in vniuerſum ſedandi.
Caput Decimumquartum.
De ijs qui calidum ſemen gignunt, & ob excretionem eius relaxentur, ſicci graciles〈que〉 fiant.
De victus ratione, quam ſic laboranti, impoſuit Galenus, & de vnctionibus in lumbis faciẽdis.
Quid excogitauerit Galenus pro ijs curandis, qui ſic ſunt affecti.
Caput Decimumquintum.
De malorum cotoneorum ſucco, eius compoſitione, & facultatibus, & quibus, & quando dandum, & quomodo eius vis, vel augeatur, uel minuatur.

GALENI LIBER, NVM ARS TVENDÆ SANITATIS ad medicinalem artem ſpectet. Continet Capita xlvij.

Caput Primum.
Inuentionis cuiuſcunq; principium eſt, ante cognoſcere, quid nam eſt id quod quęritur, cuius notitiam duplicem eſſe ait.
Caput Secundum.
Cum in dubium fuerit reuocatũ à Thraſibulo, utrum medicæ artis, an exercitatricis pars ſit facultas ſalubris vocata, quid à Galeno circa propoſitam quæſtionem fuit dictum.

Quæ

Quæ ſequantur abſurda rem non recte propoſitam.

Caput Tertium.

Se non admodum promptum ad hos ſermones ſcribendos eſſe compulſum,& qua cauſa.

Caput Quartum.

Abſque rationali facultate nullum quæſitum diſcuti poſſe,ſed oleum atque operam amitti.

Caput Quintum.

Modũ definiẽdæ medicinæ,& artis gymnaſticæ examinat, vt principia inueſtigationis ſtatuat.
Ad libros de demonſtratione remittit lectorem.

Caput Sextum.

Si finis medicæ artis ſtatuatur ſanitatis creatio,gymnaſticæ verò bonus habitus, quæ difficultates ſuperueniant.

Caput Septimum.

Quid appellet ſanitatẽ in affectione,bonũ habitũ, & ſanitatẽ ĩ habitu,exẽplo ꝓpoſito declarat.
Finis notione vniuerſam hanc propoſitam quæſtionem comprehendi.

Caput Octauum.

Ad artis eſſentiam accedit,ipſamque inquiſitionis principium facit.
Si quis dicat medicinam eſſe ſalubrium,& inſalubrium ſcientiã,quid ad hoc reſponderi poſſet.
Definitionem ex fine eſſe præſentis quæſtionis ſolutionem.

Caput Nonum.

Niſi quis circa corpus artem vnum habentem finem ſtatuat,eum ad ſeptem vſque artes accedere neceſſe fore,& quas.

Caput Decimum.

Malas artes apparens bonum, bonas verò id quod eſt vere bonum comparare.

Caput Vndecimum.

Nullum membrum ignauum,ac praue agens à nobis deſiderari.

Caput Duodecimum.

Vnum idemque eſſe bonum habitum,atque abſolutam ſanitatem probat.
Sanitatis nomen affectionis cuiuſdam nomen eſſe, boni verò habitus, non affectionem ſimpliciter,ſed quid in ea optimum,& permanens eſſe.
Ex hoc nomine,bonus habitus quid comprehendamus.
Quidnam propoſitum ſit omnibus artibus effectiuis.

Caput Decimumtertium.

Finem vniuſcuiuſque rei vnum eſſe, ſecundum illam ſubſtantiam,ſcilicet bonum.

Caput Decimumquartum.

Vnum eſſe corporis bonum,& eandem artem eſſe illius opificem,quæ & cuſtos.
Vnum eſſe corporis bonum primarie, & proprie dictum, ad quod reliqua omnia referuntur, quarum aliæ ut cauſæ, aliæ vt fructus dicuntur.

Caput Decimumquintum.

Omnium corporis bonorum unam tantum eſſe artem,& unum eſſe primariũ corporis bonum.
Corporis bonum abſolutiſſimum,& primarium,eſſe actionis perfectionem.
Tria hæc bona corporis ſunt, ſanitas, actio, & pulchritudo quodcunque horum iuuabis, & reliqua iuuabis.

Caput Decimumſextum.

Artem quæ corpus tractet circa ſanitatem omnium primam atq; per ſe uerſari, & id eſſe, quod primum expetitur.

Caput Decimumſeptimum.

In nulla materia artem vnam eſſe finis effectricem, alteram uerò conſeruatricem.

Caput Decimumoctauum.

Quibus ars tuendæ ſanitatis contineatur.

Caput Decimumnonum.

Quid à ſanitatis cuſtode agendum ſit, quomodo,& qua ratione conſulere ipſi debet.

Caput Vigeſimum.

In quo differat ars curatrix à conſeruatrice,duorum doliorum exemplo declarat.

Caput Vigeſimumprimum.

Quòd differentia in quanto ad unam artem ſpectet,in quali uerò ad diuerſas.

Caput Vigeſimumſecundum.

Singularia decipere multos,qui uniuerſale contemplari nequeunt.

Caput Vigeſimumtertium.

Quæ ſint ſingulares in medicina actiones,& quantum una actio differat ab alia, & de ipſarum numeroſa multitudine.

Caput Vigeſimumquartum.

Eos ualde errare qui per ſingulas actiones artes diſtingui arbitrentur.

In

In medicina multas artes contineri, uerum omnium illarum unum eſſe propoſitum, per quod unius artes particulæ dicuntur.

Caput Vigeſimumquintum.

Si artes recte diſtinguantur, non in ſingulas actiones, ſed in vniuerſas inſpici debere.

Caput Vigeſimumſextum.

Exemplo naturæ probat artem, id quod facit etiam conſeruare.

Caput Vigeſimumſeptimum.

De effectiuis, & actiuis artibus, eorumque finibus, & quo inter ſe differant.
Differre finem ab actione quæ finem præcedit.

Caput Vigeſimumoctauum.

Vnam materiam pluribus artibus ſubijci, vt lignũ; itaque non ex materijs artes eſſe iudicãdas.

Caput Vigeſimumnonum.

A fine artes omnes diſtingui inter ſe, & ad finem reſpiciendo ſumi conſtitutionis earum initiũ.

Caput Trigeſimum.

Artem quæ circa humanum corpus verſetur, correctiuam appellari, & eius partes enumerat.

Caput Trigeſimumprimum.

Propoſitam ab initio quæſtionem ita ſoluit, vt cum conſeruatricis artis tria ſint membra, vnicuique ſuum nomen attribuat.

Caput Trigeſimumſecundum.

De nominum ſignificatione in vniuerſum, ac de ijs nihil eruditum in medium adduci poſſe, ac de nominibus variarum linguarum.

Caput Trigeſimumtertium.

De Diætetica, & quo tempore gymnaſtica, & athletica exortę ſint.

Caput Trigeſimumquartum.

Bonum habitum athleticum vituperat, laudat autem bonum habirum cuius materiæ effectiuę & conſeruatiuæ duæ ſunt, victus rō ſalubris, & exercitatio, quatuor.n.ait eſſe oēs materias.

Caput Trigeſimumquintum.

Salubris artis partem eſſe Gymnaſticam, & quid de ea Hippocrates, & Plato tradidere.

Caput Trigeſimumſextum.

Gymnaſticam illam, qua inſtituuntur athletę, vitioſam eſſe, & in quo poſitus ſit eius bonus habitus appellatus, ac de eo Platonis, & Hippocratis ſententia.

Caput Trigeſimumſeptimum.

Multis diſputat aduerſus Gymnaſticam, vt uitioſam, & aduerſus ipſius opifices.

Caput Trigeſimumoctauum.

De vera Gymnaſtica, deque eius primis authoribus.
Totius artis non eſſe unũ nomen, ſed duo nomina, ſanorũ, ſ. Gymnaſticã, & ægrorũ curatricẽ.

Caput Trigeſimumnonum.

Cur Plato ſalubrem medicinæ partem Gymnaſticam dixerit.

Caput Quadrageſimum.

Quomodo recte partienda ſit ars medicinæ in duas partes in medicatricem, & curatricem, vel etiam in unam tantum, emendatricem.

Caput Quadrageſimumprimum.

Quænam vera Gymnaſtica dicenda ſit, & quæ vitioſa.

Caput Quadrageſimumſecundum.

Reprehendit malam artis medicæ diuiſionem.

Caput Quadrageſimumtertium.

Artes aliquas eſſe dominantes, & cognoſcere ſuas materias, alias verò ſeruientes, neque materiarum facultates cognoſcere.

Caput Quadrageſimumquartum.

Artem corporis curatiuam eſſe velut architectonicam omnium aliarum artium, & quomodo.

Caput Quadrageſimumquintum.

De arte Pædotribica, q̃ in luctationibus verſat̃, quõ ſerua exiſtẽs ĩ dñam Gymnaſticã inſurgat.

Caput Quadrageſimumſextum.

Gymnaſticam vitioſam multis verbis inceſſit, eamque è republica expellendam aſſerit, & Gymnaſtarum inſolentiam redarguit, vt ignaros, & infęlices.

Caput Quadrageſimumſeptimum.

Obiectioni reſpondet, cur tota ars medicina dicatur, cum id nomen poſitum ſit non uniuerſæ arti corporis gubernatrici, ſe illi tantum quæ laboranti opem adfert.

Finis ſecundæ Claſſis.

TERTIÆ CLASSIS.

GALENI DE DIFFERENTIIS MOBBORVM

Liber explicat morborum omnium differentias; qui ſunt tum ſimilarium, tum inſtrumentalium partium. Continet autem Capita x i i j.

Caput Primum.

TRia ſibi explicanda in hoc libro proponit, eſſentiã morbi, quot ſint ſimplices, & quot compoſiti morbi.

Caput Secundum.

Vt quid ſit morbus commodius inquirere poſſit, eius contrarium inueſtigat, in quibus conſiſtat, & quid illud ſit.

Cum morbus ſit immoderatio quædam, quarum rerum ſit immoderatio conſiderat.

Animalis corpus nõ eſſe vnum, vt Atomus Epicuri, vel incompactum corpuſculum Aſclepiadis, ſed eſſe compoſitum, & magis, & minus recipere, quoad ſanitatem, & morbum.

Caput Tertium.

Compoſitionem in corporibus animalium triplicem eſſe, ſimilarium, inſtrumentalium, & totius corporis, & primum de ſimilaribus ſe dicturum aſſerit.

Caput Quartum.

Duas eſſe primas corporis paſſiones, ampliationem meatuum, & anguſtationem, ac partem tum valere cum meatuum habuerit moderationem.

De ſanitatis, & morborum latitudine verſus aliquod extremum, tum ſi ſupponantur impaſſibilia, tum etiam paſſibilia prima elementa.

De compoſitis morbis in utraque ſuppoſitione.

Omnes inſtrumentorum ægritudines in quatuor genera diuidit, in figura, numoro, magnitudine, & compoſitione.

De primis inſtrumentis, & ſecundis, quæ ſint.

Communem eſſe tum ſimplicibus, tum inſtrumentalibus particulis vnitatis ſolutionem.

Caput Quintum.

De morbis ſimilarium partium iuxta primam ſuppoſitionem, quos ait eſſe duplices, meatuum anguſtatio, & ampliatio.

Iuxta ſecundam ſuppoſitionem duas eſſe morborum differentias.

De morbis quos ſola intemperies primarum committit qualitatum, calidis ſcilicet, & frigidis, humidis, & ſiccis.

Aduerſus eos, qui ſi uentriculus male afficiatur, illum eſſe imbecillum dicunt, neglecta cauſa huius affectionis, & unde proueniat ea imbecillitas.

Caput Sextum.

De morbis partium inſtrumentalium ſe dicturum proponit, & in his, quę dicatur morbi cauſa, & qui morbus.

Inſtrumentalium morbos iterum recenſet.

Caput Septimum.

De figurarum uitijs aduentitijs, ac natiuis, quæ in conformatione poſita ſunt.

De obſtructione, & eius cauſa, quòd duæ ſint ægritudines, & quando erit obſtructio tantum, exemplo ex uena ſumpto, & inteſtino.

Ægritudinem aliquando accidenti alteri originem præſtare.

De alijs quibuſdam modis, quibus figura partis læditur.

Caput

Caput Octauum.

De morbis, qui ad numerum partium referuntur, eorumque duas eſſe differentias, cum pars aliqua, aut deficit, aut ſuperabundat.

De morbis in ſuperfluitate, & eorum differentijs.

De morbis, qui in defectu conſiſtunt, & eorum differentijs.

Quinam in his morbi dicantur, & quæ morborum cauſæ.

Caput Nonum.

De morbis, qui pertinent ad magnitudinem, & in quo differant à morbis in numero.

Horum morborum differentias eſſe auctionem, & diminutionem, vt in lingua.

Caput Decimum.

De morborum ſpetiebus, quæ in compoſitione conſiſtunt.

Caput Vndecimum.

De morbo communi vtriſque partibus, ſimilaribus ſcilicet, & inſtrumentalibus, quæ vnitatis ſolutio dicitur.

Quod nomen habeat ſoluta continuitas in vnaquaque corporis particula.

Caput Duodecimum.

De morbis cõpoſitis ſimpliciũ, ac ſimilariũ particularũ ex priore ſuppoſitione, & ex poſteriore.

Quotupliciter morbi ſimilarium partium complicentur.

Caput Decimumtertium.

De morbis compoſitis partium inſtrumentalium, & in complicatione qui morbus in eis fit per ſe, & qui ex accidenti, exemplo ex oculis deſumpto.

De ægritudine compoſita totius inſtrumenti.

GALENI DE CAVSIS MORBORVM LIBER, inquirit ſimplicium, & compoſitorum morborum cauſas in ſimplicibus, & inſtrumentarijs partibus. Continet autem Capita xj.

Caput Primum.

Cauſas morborum ſe inueſtigaturum proponit iuxta primam ſuppoſitionem, quam veriorem eſſe putat.

Caput Secundum.

De cauſis morborum, qui in caliditatis immoderatæ intemperiæ conſiſtunt.

Ex quinque cauſis aliquod corpus ſeipſo calidius effici, & quibus.

Ad obiectionem reſpondet, cur nõ ſemper ob aliquam dictarum cauſarum febris accendatur.

Quæ requirantur, vt aliquid in aliud agat.

Caput Tertium.

De cauſis morborum, qui ex frigiditate proueniunt quot, & quæ ſint, exẽplo extinctionis ignis.

Ex quinque cauſis aliquid frigidius effici, ac de ea quæ conſtipatio dicitur, multa.

Caput Quartum.

De cauſis ſiccorum morborum.

Caput Quintum.

De cauſis humidorum ciborum.

Caput Sextum.

De cauſis morborum compoſitorum, qui ex quatuor qualitatibus complicatis, incidunt.

De quatuor humorum qualitatibus, qui aliquando ſinceri influunt, aliquando commixti; & qui ex his morbi.

Cum natura horum humorum abundantiam deponat in partem ignobiliorem, quod omnes dixere, quis ſit depoſitionis modus inquirit, quod ab alijs prætermiſſum fuit.

De quatuor potentijs naturalibus, earumq; facultatibus, ac de naturali imbecillitate partium, vt cutis, ad quas tranſmittitur materia.

Cutem nullam habere operationẽ, ſed vſus gratia factam, vt nimirũ totius excremẽta recipiat.

Caput Septimum.

De cauſis morborũ inſtrumentaliũ, & primo de ijs q̃ ſunt in cõformatione, quas tres eſſe dicit.

De cauſis ob quas naturalis figura permutetur tum propria ratione, tùm ex accidenti.

De

De cauſis malæ conformationis in meatibus corruptis,& quot modis corrumpitur meatus.
De cauſis malæ conformationis in aſperitate,& leuitate.

Caput Octauum.

De morborum cauſis,qui in numero conſiſtunt,uel in exceſſu,vel in defectu.

Caput Nonum.

De cauſis morborum in genere magnitudinis.

Caput Decimum.

De cauſis morborum,qui in compoſitione,& ſitu,& figura conſiſtunt.

Caput Vndecimum.

De cauſis ſolutæ vnitatis, ac de nominibus quæ cuiuſque partis unitatis ſolutio habet; & de colluſione,& illuſione.
Compoſitarum ægritudinum cauſas facilè eſſe ex dictis inuenire aſſerit.

GALENI DE SYMPTOMATVM DIFFERENTIIS Liber. Continet Capita vj.

Caput Primum.

Omnem corporis affectum,qui ſit præter naturam,vel morbum eſſe, vel cauſam morbi, vel ſymptoma; ac de ſymptomatum nominibus.
Quid ſit διάθεσις, id eſt affectus, quid ſit pathos,& pathema, id eſt paſſio, & differre paſſionem ab affectione motu.
De nominum impoſitione, quantum laborandum.
Quid ſit ſanitas,quid morbus, quid paſſio, quid actio,& quid cauſa; quid id ſine quo non.
Cauſæ plurimæ deinceps poſitæ diſtinguendæ ſunt eæ quæ per ſe dicuntur,& quæ per accidẽs, & quomodo diſtinguendum exemplo digiti calculos mouentis docet.
Quomodo diſtinguendus morbus à cauſa,& à ſymptomate, & quid ſymptoma in vniuerſum, & propiè dictum.
Eandem rem & paſſionem,& ſymptoma poſſe appellari, & quomodo.

Caput Secundum.

Tres eſſe ſymptomatum proptiè dictorum differentias, affectus,functionum læſio, & qualitatum mutatio.
Læſionis nomine etiam priuationẽ intelligi exẽplo mali motus, & malæ cõcoctionis declarat.

Caput Tertium.

De functionum læſionis diuiſione in animales, & naturales,& animalium in ſenſibiles, motiuas,& rectrices; & harum diuiſio in ſuas ſpeties.
Quot ſit ſenſibilium actionum ſymptomata.
Quot motiuarum actionum ſint ſymptomata.
Quæ ſint rectricis facultatis offenſæ.

Caput Quartum.

De ſymptomatis quæ pertinent ad actionem naturalem,vel non obitam, vel male obitam.
Cum quatuor ſint facultates naturales, & in vnaquaque duplex ſymptoma, alterum non rite obitæ actionis, alterum protſus non obitæ, in vnoquoque inſtrumento naturali octo erunt ſymptomata prima.
Ex prędictorum ſymptomatum diuiſione,numerum ad decem & octo augeri.
De differentia ſymptomatum concoctricis facultatis,pro exemplo vtens concoctione quæ ſit in ventriculo.
De differentia ſymptomatum facultatis retentricis.
De ſymptomatum differentia in facultate excretrice.
De ſymptomatis circa nutritoriam facultatem contingentibus.
De alteratricis facultatis ſymptomatis.

Caput Quintum.

De ſyptomatis,quæ in corporis affectibus conſiſtunt,quarum quatuor eſſe ait primas differentias,viſibilia,odorabilia,guſtabilia,& tangibilia: & horum differentiæ.
De ſymptomatis quæ ex influente humore oriuntur.
De reliquo ſymptomatum genere,quod vel in vocibus, & ſono conſiſtit, vel in ijs, quæ à corpore excernuntur, vel in eo retinentur.

Caput

Caput Sextum.

De ſymptomatis quæ in excretione, vel retentione exerementorum conſiſtunt, & eorum tres differentiæ.
Ex omnibus dictis patere omnem ſymptomatum naturam morbos præcedere; & diſtinctio morborum, & ſymptomatum.
Quomodo ſymptomata diſtinguantur ab operibus, quæ inter ſe ſunt valde ſimilia.

GALENI DE SYMPTOMATVM CAVSIS LIBRI tres, Quorum.

LIBER PRIMVS, Recenſet cauſas ſymptomatum, quæ in ſenſuum instrumentis, & in ſenſuum fonte conſiſtunt. Continet autem Capita viij.

Caput Primum.

Symptomatum differentias, & diuiſionem, quam ſupra tradidit, iterum recenſet, vt eorum cauſas eodem ordine ponat.

Caput Secundum.

Quod in ſentiendi actionibus triplex incidat ſymptoma, in oculo declarat.
De morbis tum primi viſus inſtrumenti, tum facultatis, tum earum particularum, quæ viſui deſeruiunt.
Quod ad oculos à cerebro confluat ſpiritus animalis, ex dilatatione pupillæ declarat.
Qui ſint affectus pupillæ, & quæ paruitas pupillæ ſit mala, quæ bona.
Qui ſint affectus tunicæ ragoidis.
De ſymptomatis, quæ ex vitiato humore aqueo, multipliciter accidere ſolent.
De ſymptomatis viſus ex ſpiritu animali vitiato.
Cornea tunica quot modis viſionem lædat.
Membranæ adnatæ ſymptomata, & quot modis uiſionem lædat.

Caput Tertium.

Ea quæ de oculo dicta ſunt, vt exemplum poſita eſſe ad inueniendas in reliquis ſentiendi potentijs ſymptomatum cauſas.
De cauſis ſymptomatum, quæ ſenſum auditus lædunt, quas tres eſſe ponit, ſicut in oculo.

Caput Quartum.

De guſtus, & odoratus ſymptomatis, & eorum cauſis.
Cur lingua vitioſe ſapores ſentire ſoleat.
De morbis qui naſo accidere ſolent.

Caput Quintum.

De cauſis ſymptomatum ſenſus omnibus corporis partibus communis, qui tactus dicitur.
De torpore membrorum, quæ ſtupidum quendam ſenſum habent, & à qua cauſa efficiatur, ac de paralyſi, id eſt reſolutione eorundem, quæ magnitudine tantum differt à torpore.
De eorum quibus ſpinalis medulla tantũ læſa eſt ſymptomatibus, lethalibus, & nõ lethalibus, & eorum quibus ſpinalis medullæ principium læſum eſt.
De ſymptomatum cauſis eorum in quibus vna aliqua pars ſpinalis medullæ læſa eſt.
Cum nerui ſenſum, & motum impertiant, qui fit, ut aliquando deperdatur alter, manẽte altero.

Caput Sextum.

De dolore, & voluptate quibus omnes ſenſus participant, ſed inæqualiter, & eorum cauſis.
Vnde fiat dolor, & voluptas ex Platone, & Hippocrate.
De ijs quę tactũ cõtriſtant in genere, & particulatim in vnoquoq; ſenſu tantũ ratione tactus.
De cauſis contriſtantibus, & delectantibus viſum ratione ſenſus, & cur album lędat, nigrum verò minime, & cur color cęruleus ſit omnium viſui iucundiſſimus.
De cauſis delectantibus, & affligentibus auditum, qua ſenſus eſt.
De ſuccis gratiſsimis, & moleſtis, & de cauſis guſtum mouentibus ad delectationem, vel triſtitiam, ac de olentibus, & graueolentibus.
De voluptate, & triſtitia in tactus, & guſtus ſenſu.
Delectationem, & triſtitiam fieri per contraria, & quomodo hoc ſit intelligendum, ac talem mutationem fieri debere celeriter.

De

De ſenſu particularum generationi deſeruientium.

Caput Septimum.

De cauſis ſymptomarum quæ circa os ventriculi eueniunt, quæ ſunt ex tactiuarum genere.

Quomodo fiat ventriculi appetentia circa cibos, ac quinque enumerat ſymptomata ſe ordine conſequentia.

Vnde fiat inappetentia, & vitioſa appetentia circa cibos, ac de pica mulierum prægnantium.

De appetentia, & inappetentia circa potum; ac de ſiti ex quibus cauſis fiat.

De cardialgia, animi defectu, & alijs ſymptomatis, quæ fiunt in ore ventriculi, cum mordetur; ac de affectibus qui per conſenſum oris ventriculi, accidunt.

Caput Decimum.

De ſymptomatum cauſis, quæ in primo ſenſorio accidunt, quod eſt fons omniū aliorū ſenſuū.

Quod cerebrum per neruos ſenſum omnibus particulis tranſmittat.

Vnde contingat ſomnus profundus, vel non profundus, & quod in ſomno vis animalis quieſcit, naturalis verò valde operetur.

Aduerſus Ariſtotelem, quòd primum ſenſorium non ſit in corde multis experientijs probat.

Vnde fiant comata, cari, torpores, & alij huiuſmodi affectus frigidi; vnde etiam phrenitides, & voluntariarum functionum affectus, apoplexia, & reliqua.

De conuulſione, palpitatione, & tremore.

LIBER SECVNDVS Explicat cauſas ſymptomatum, quæ motum animalem, & principem partem deprauare ſolent. Continet autem Capita vij.

Caput Primum.

DE ſymptomatis illis qui motum illegitimum pro communi genere habent, & quæ ſint eorum cauſæ.

Caput Secundum.

De cauſis ſymptomatum, quæ accidunt voluntariæ functioni, vt paralyſis, cōuulſio, tremor, & torpor, & quomodo hæc in particulis varient & nomen, & ſpeciem.

De motibus, & quietibus quæ ex morbo fiunt, & quæ ex potentia naturali, & quæ ex vtriſque.

De tremore, & à quibus fiat. Quid ſit palpitatio, & à quibus fiat cauſis, & in quo diſtet à motu arteriarum, & à motu conuulſiuo.

De rigore concutiente, & à quibus fiat, & in quo differat à prædictis.

Caput Tertium.

Inquit ſe cū eis verba facere, qui ea legerunt, quæ de facultatibus naturalibus à ſe ſcripta ſunt.

De motu ventriculi, vteri, inteſtinorum, & veſicæ, & quomodo ſint ſymptomata, & quomodo opus naturæ.

Caput Quartum.

Quid ſit tuſſis, & à qua cauſa fiat.

De ſternutatione, & à qua cauſa generetur, & quæ præſtet, & ambo dicta ſymptomata eſſe voluntariæ facultatis.

Quid ſit in tuſſi cerchnos, quod proportione reſpondet nauſeæ.

De alio genere tuſsis, quæ fit ex inæquali intemperie, & reprehenſio in eos qui erant ex ſecta pneumatica.

Caput Quintum.

Cauſam reddit, cur ex inæquali intemperie tuſsiatur, declarans prius vnde intemperies fiat inæqualis, & quid ſit, & quid in ea ſentiatur.

De cauſis pandiculationis, ſenſus qui eſt in laſsitudinibus, & eorum ſymptomatum, quæ à mordacibus oriuntur excrementis, & de horum ſymptomatum differentia.

Quieſcentibus excrementis corpus minus dolere, quàm cum mouentur, & huius cauſa.

De cauſis horroris, & rigoris, exemplum aquæ calidæ in corpus ſanum infuſæ, ſcintillæ ignis, & tertianæ.

In quo differat motus horroris, & rigoris à motu palpitationis, & conuulſionis.

Tuſsim, quæ fit ex intemperie ſpiritualium membrorum eſſe ex eodem genere cum concutientibus horroribus, & in quo differant.

Non eſſe in totum verum, quod dictum eſt antiquis, rigori ſemper febrem ſuccedere.

De cauſis, quibus ſanguis intro recurrit, & extremę corporis partes refrigerantur, ſicut in horroribus, & rigoribus.

De ſymptomatis quæ accidunt in verecundia, & in alijs animi motibus.

Caput Sextum.

Repetit breuiter cauſas ſymptomatum ſupradictorum, quæ fiunt à virtute expultrice.

De cauſis pruritus in corpore, & in quo talia ſymptomata differant inter ſe.

Caput

Caput Septimum.

De cauſis ſymptomatum, quæ rectrices actiones comitantur, quæ ſymptomata tria eſſe dicit.
De aliquibus qui eorum quæ didicerant obliti fuere, & de obliuione.
De delirijs, & eorum ſpetiebus, & vnde oriantur.
De delirio, quod occidit in melancholicis.

LIBER TERTIVS, Docet cauſas ſymptomatum functionis naturalis, & mutationis excrementorum, & qualitatum. Continet autem Capita v.

Caput Primum.

DE cauſis ſymptomatum quæ accidunt facultati concoctrici ventriculi, ac de ſpetiebus fruſtratæ concoctionis, earumque nominibus.
De cauſæ alteratricis fruſtratione, & eius generibus duobus: facultas læſa, & externus error, & horum ſubdiuiſio.
De fruſtrata concoctione in tota animalis mole, & affectibus inde orientibus, cauſa, & differentijs.

Caput Secundum.

De cauſis ſymptomatum quæ accidunt facultati retentrici expultrici, & attractrici, & de tribus earum ſymptomatum generibus, earumque prauis, & illegitimis motibus.
De facultate retentrice, & expultrice tum naturali, tum vitiata inteſtinorum, ac de cauſis ſymptomatum, quæ in illis oriuntur.
De cauſis ſymptomatum, quæ accidunt in digeſtione alimenti, quod diſtribuitur à ventriculo in iecur, à iecinore in totum corpus; quæ cauſæ triplices ſunt.
De triplici in venarum concoctione excremento, & eius expurgatione.
De cauſis fruſtratę nutritionis, & quam vim habeat nutrimentum ad carnis mutationem, ac multa de ipſa nutritione, & ſymptomatis ipſi contingentibus.
De cauſis ſymptomatum quę in multitudine, & qualitate excretorum; ac primum de ſanguinis profuſione.
De ijs quę euomuntur, & quibus cauſis ventriculus ad vomitum excitetur.
De cauſis ſymptomatum in deiectionibus, & multis excretionibus.
De cauſis, & generatione flatuum omnium in corpore, & de eorum ſpetiebus, & differentijs.
De ijs quę ſupernę in ventrem confluunt, & de excretionibus varijs bonis, & prauis, ac de quatuor differentijs ſanguinolentę excretionis.
De vrinarum ſuppreſſione, & excretione.
De cauſis excretionis ſudorum omnium, & eorum retentionis.

Caput Tertium.

Quæ temperaturæ, & quæ ætates magis, vel minus concoquunt, & ad alias operationes magis vel minus ſunt aptæ.
De inſtrumentis tum animalibus, tum naturalibus, qualia ſunt valentiora, & qualia imbecilliora ad functiones obeundas.
De vſu caloris, frigiditatis, ſiccitatis, & humiditatis.

Caput Quartum.

Cauſis prædictis ſymptomatum, quæ ad excrementa pertinent, addit aliquas alias, quas prætermiſerat
In omni excretione attendendam quantitatem, qualitatem, & modum; exemplum deſumit ex catarrho.
Fluxionum à capite ad diuerſas partes, varia recenſet nomina, & quæ afferant incommoda.
De vteri intemperie, & affectibus, de menſtrua purgatione, & menſtruorum retentione, ac fluxione quæ muliebris appellatur, à qua cauſa fiant.
De ſymptomatum cauſis quæ in pudendis marium contingunt.

Caput Quintum.

De cauſis ſymptomatum, quæ in mutatione qualitatis conſiſtunt.
De cauſis ſymptomatum in naturalis figuræ mutatione.
Quomodo ſymptomatum æſtimatio facienda, & quid in vnoquoque perpendendum.

GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM LIBRI DVO,

Ac primus quędam prima principia docet ad ſingularum febrium differentias intelligendas, explicatque febres ephemeras, & hecticas. Continet autem Ca. xj.

Caput Primum.

PRimæ,& principaliſſimæ febrium differentiæ vnde ſumantur; & in quo aberrarint plurimi medici.

Verba Hippocratis quibus optimam fecit febrium diuiſionem, à ſubſtãtia rei exorſus, à calore ſcilicet,quam diuiſionem explicat Galenus,exemplum ſubijciens lebetis aquæ calentis, quo tres febrium differentias aperit.

Caput Secundum.

Aliquas cauſas recenſet, ex quibus maniſeſte apparet omnes homines febricitare, & hoc omnibus eſſe cognitum ipſa experientia ait.

Qui nam is affectus ſit,qui corporibus noſtris aduenit,ex quo febricitemus, hoc multos latere ait,ac duplex eſſe genus medicorum hoc ignorantium.

Nolle ſe hoc loco aliorum nugas refellere,ſed ſuppoſitis ijs, quæ alibi oſtenſa ſunt,febrium differentias docere.

Caput Tertium.

Suppoſitiones ponit eorum quæ tradenda ſunt.

De cauſis præincipientibus, quæ diſpoſitionem faciunt in corpore,vnde febris accenditur, ſe tractaturum dicit.

Recenſet modos caliditatis gignendæ quinque, ad quos febrium cauſæ reducantur, eosque exemplis explicat.

De prauis cibarijs tum quæ ſua natura talia ſunt, tum quæ acquiſiuerunt prauitatem.

De febribus quæ accenduntur ob inflammationem.

Caput Quartum.

Febres recenſet,quæ ex aliquo aeris ſtatu proueniunt,vt in calido,vt in peſtilenti.

Nullam cauſam ſine patientis aptitudine agere poſſe, probat: exemplumq; ponit duorum variè diſpoſitorum in peſtilenti conſtitutione.

In omni cauſarum genere quid ſit aduertendum.

Narrat ſe vidiſſe temporis ſtatum, qualem recenſet Hippocrates in Cranone, & quomodo ægros tractauerit.

Caput Quintum.

Cum veteres dixiſſent,omnes febres à putredine oriri,eis aſſentitur,præter eas quæ ſunt ex genere ephemerarum,quas recenſet.

In quo differant febres ex bubonibus prouenientes ab ijs,quæ ex humorum putredine fiunt.

Exemplum ephemerarum affert in lapide,& ligno: putridarum verò in excrementis iumentorum & columbarum in agro accenſis ex caliditate ſolis.

Caput Sextum.

Humorum putredinem,quæ fit in vaſis,eſſe ſimilem ei quæ fit in inflammationibus,& abſceſſibus,& quo aliqua pars eorum, q̃ in venis ſunt, à natura ſuperata, reſpondeat proportione puri in abſceſſibus,ac de duplici putredinis genere ex naturæ, vel robore, vel imbecillitate.

Quodnam ſit optimum pus in abſceſſibus,& quod optimum ſedimentum in vrinis.

Caput Septimum.

Quibus notis ephemera ab alijs febribus diſtinguatur, & q̃ nã ſint p̃cipua ephemerarũ indicia.

De indicijs febrium,quæ fiunt ex humorum putredine.

Pulſum durum non eſſe alicuius generis febrium aduerſus Archigenem,& quas febres comitetur,& vnde durities,& ſiccitas adueniat arterijs.

Caput Octauum.

Vnde ortũ habeant hecticæ febres,ac duas eſſe ipſarũ generationis cauſas; & q̃ ſit earũ natura.

De febre maraſmode q̃ ſit,de ſenectute ex ęgritudine ſic à Philippo appellata,& d̃ febre tabida.

Caput Nonum.

De indicijs febrium hecticorum, & primo de ea quæ cum tabe exquiſita coincidit.

De incipiente tabe quæ ſit, & quod appellet principium harum febrium.

De ea febre,q̃ media eſt inter exquiſitã tabem,& incipientẽ,ac de indicijs incipiẽtis,& mediæ.

Quid ſit commune omnibus hecticis febribus,& quid cuique proprium.

Quod in hecticis febribus ſit ſicca caliditas probat.

De terminis earum principij,augumenti,& mutationis ad tabem.

Ex quibus primis affectibus aduenit cordi, vt hoc patiatur.

Caput Decimum.

Quomodo cognoſcatur hectica febris alteri aſſociata, exemplumque affert cuiuſdam mulierculæ hac febre laborantis. *Caput Vndecimum.*

Cum de cognoſcendis febrium ephemerarum differentijs in libro de criſibus tradiderit, nunc, quod in eo relictum eſt,quoad earum cognitionem, addit.

LIBER SECVNDVS, Agit de differentijs putridarum febrium, ac de morbis ex defluxione orientibus. Continet autem Capita xj.

Caput Primum.

NOn ſuffi cere ad generationem febrium,ſi ſolum amara,ſeu flaua bilis aucta fuerit, vt opinabantur quidam.

Singulas putridas febres proprios habere humores ex quibus oriuntur, & propriam corporum ætatis,regionis,ſequi naturam.

Caput Secundum.

Febrium ſimplicium intermittentium tres eſſe differentias,quotidianam,tertianam, & quartanam,& ex quo quæque humore fiat.

Continuarum quæ à bile fiunt, duplicem eſſe ſpetiem, ſynocha, & continua: & ſynocharum tres eſſe ſpeties: continuarum verò duas: quibus addit tertiam.

Caput Tertium.

Regulæ quædam circa febres ſimplices.

De exquiſitæ tertianæ humore,acceſſione,& duratione paroxiſmi,& tempore quo ſolet corripere homines.

Quomodo exquiſita tertiana dignoſcatur,& in qua parte eius.

Caput Quartum.

De quotidianæ febris typo,humore,quo conſtituitur,pulſibus, & caliditatis modo,& acceſſionis ſpatio,& natura.

Quas naturas corporum, ætates, tempora, loca, & ſtudia ſequatur.

Caput Quintum.

De quartanæ febris generatione,typo,rigore, quas naturas, victus rationes temporum ſtatus regiones,& exercitia ſequatur.

De huius febris ſpatio,ac longitudine.

Hanc febrem non accendi,niſi humor putreſcat.

Viſum eſſe ſine febre rigorem,quod antiqui fieri non poſſe putabant.

Caput Sextum.

De febre hepiala dicta,in qua ſimul febricitãt,& rigẽt,& q̃uo humor hãc febrẽ faciẽs, appelletũ.

Plures eſſe pituitæ differentias, quot, & quales, & quos rigoris modos efficiant.

Caput Septimum.

De complicatione tertianæ febris cum quotidiana,& quot modis complicari poſſint.

Formam acceſſionis oſtendit,ſupponendo ægrum aliquem.

Quæ ex duabus febribus finem ſit citius habitura, vnde inſpiciendum.

De varijs febrium formis in eadem complicatione.

De hemitriteo, & eius natura, & generatione,& exemplo in ſuppoſito ęgro.

Caput Octauum.

De varijs hemitritæi differentijs, cum vel bilis ſuperat pituitam, vel è contra, vel neuter humor alterum vincit,ſed ſunt æquales, qui exquiſitus hemitritæus eſt.

Aduerſus Archigenẽ,q̃ exquiſitũ hemitriteũ nõ cognouit,ac d̃ typo,&modo ipſius hemitritęi.

De alia febris ſpetie,quæ ſimilis quidem eſt hemitritæo,in hoc verò differt,quod ad infebricitationem venit,& num huiuſmodi febris ſit appellandus hemitritæus,vt Agatinus.

Hemitritæus generari ex duabus febribus quarum altera ſit intermittens, altera verò cõtinua.

Archigenem,& Agathimum non recte febrium differentias percepiſſe.

Quid vocet febrium complexionem,& quid confuſionem.

Omnium quæ ex humorum putredine fiunt febrium ſex eſſe differentias.

De febribus extenſis ſimpliciter,ſufficienter,& magis,& amplius extenſis.

Caput Nonum.

Proponit inquiſitione dignum eſſe, nunquid fiant febres ex ſanguine putrefacto, ſicut ex alijs humoribus.

Quomodo,& quare in bubonibus,collectionibus,& inflãmationibus oĩbus corrũpatũ ſanguis.

Si ſanguis ſupra modũ aſſetur,partẽ tenuiorẽ,& pinguiorẽ in bilẽ flauã, craſſiorẽ in atrã verti.

Pro

Pro varietate humorum in quos conuertitur ſanguis febres fiunt ſola malignitate, & non malignitate differentes.

Maximum humoris febrem facientis indicium, qualitas caliditatis.

Caput Decimum.

Cauſa, cur in alijs febribus calor æqualis occurrat tangenti, in febre verò ex pituita inæqualis ſit calor.

Caput Vndecimum.

Cauſas ſe inueſtigaturum proponit febrium, quæ ſynochæ appellãtur, & circuituum qui fiunt in febribus omnibus.

Initium inquiſitionis ſumit ab ijs, quæ manifeſtiſſime apparent, per circuitus inuadere.

Memoria repetit, quæ ab ipſo in alijs dicta ſunt de inflammationis generatione, ac de rheumaticis vocatis diſpoſitionibus, ſeu fluxionibus, vt cauſam reperiat periodorum in febribus intermittentibus, & exacerbationis in continuis.

GALENI DE INÆQVALI INTEMPERIE LIBER docet omnes modos quibus inæqualis intemperies, & in toto corpore, & in aliqua particula animalis oriatur. Continet autem Capita ix.

Caput Primum.

INæqualem intemperiẽ, aut in toto corpore oriri, & inde fieri aliquos morbos, quos narrat, aut in aliqua parte, vel cum fluxione, vel ſine fluxione, & qui morbi inde generentur.

Caput Secundum.

Partes corporis diuidit in continentes ſuas particulas vſque ad indiuidua.

Omnibus corporis partibus nõ vnicam eſſe temperiẽ, ſed multas pro affecti corporis natura.

Caput Tertium.

Quo pacto fiat inflammatio in muſculo, & ſi fluxio, vel vincat, vel vincatur, quid ſequetur.

Concoctionem humoris influxi quæ ſequantur, & quomodo fiat abſceſſus, & in quibus locis.

Partes cum mutatæ ſunt non dolere, ſed dum mutantur.

Caput Quartum.

Pro qualitate ſanguinis, qui in particula affecta eſt, & in toto corpore, multifarias fieri phlegmonis alterationes.

De qualitate ſpiritus ſanguinis, & cæterorum humorum quo ſe ordine ſuperent, vel in caliditate, vel frigiditate.

Caput Quintum.

Quantum incaleſcere oportet ſanguinem, vt fiat febris.

Terminum mutationis cuiuſque particulæ eſſe functionis læſionem.

In febre hectica nom amplius calefieri corpus, ſed calefactum eſſe, & eam dici intemperiem æqualem, dolorem non ſentientem.

Caput Sextum.

Non omnem alterationem inæqualem intemperiem facere, & quando fit intemperies.

Declarat dictum Hippocratis, quòd omnis morbus ſit vlcus.

Quis ſit immodici caloris, aut frigoris terminus.

Quod ſimile eſt, id congruum amicumq́ue eſſe, quod contrarium, noxium.

Omnes febres ſentiri alaborante, præter hecticas.

Caput Septimum.

Alias cauſas inæqualis intemperiei recenſet.

Febrem accendi quoque citra phlegmonem, ex ſolis humoribus putreſcentibus.

Fuliginoſum vaporem detentum inæqualem intemperiem poſſe efficere.

Caput Octauum.

De inæquali intẽperie eorũ, q̃ valde perfrigerati ſe cõfertim excalfacere ꝓperãt, ut ĩ vnguibus.

De inæquali intẽperie eorũ, q̃ ſimul rigẽt, & febricitãt, & eorũ q̃ rigent tm̃, nulla adiũcta febre.

De hepialo, tertiana, & alijs febribus.

Caput Nonum.

De intemperie inæquali, quæ fit in aliqua particula, oborto aliquo tumore præter naturam.

GALENI DE MARCORE LIBER DECLARAT genera marcorum qui curari nequeunt, & quomodo curentur ij, qui ſunt curabiles. Continet autem Cap. ix.

Caput Primum.

Quid ſit Marcor. Quorum ſit marcor, & quotupliciter dicatur, & de marcore propriè dicto, tantum ſe tractaturum ait.
De marcore ſimplici, eius generatione, & cauſa.
De marcore compoſito, & eius generatione.
Marcorem de toto corpore, non autem de aliqua particula dici.
Omnibus marceſcentibus neceſſe eſſe cordis corpus ſiccari.

Caput Secundum.

Senectutis cauſam indagandam prius eſſe, vt aliorum marcoris generum cauſa reperiatur, ſed prius dictionem hanc, (ſecundum naturam,) quot modis dicatur explicat.
De philoſopho, qui librum fecit, quomodo quis ſenij expers eſſe poſſit, & qui corpora immortalia ſe effecturum pollicebatur; & quid de hoc ipſe Galenus ſentiat.

Caput Tertium.

Cauſam inueſtigat, ob quam tum animalia, tum ſtirpes ſeneſcant.
Refellit eorum opinionem, qui dicebant, ideo exiccari animalia, quia innatus eorum calor incrementum exciperet, exemplo flammæ quæ in materiam agat.
Declarat dictum Hippocratis, interficit nos calor ille qui corpora produxit.

Caput Quartum.

Quibus opus fuerit naturæ ad fabricanda animalia, & ſtirpes: & quomodo ex elementis componentibus neceſſarium ſit ipſa ſicceſcere; ac de cauſa ſiccitatis, & ſenectutis.

Caput Quintum.

Cum marcor ſenectutis prohiberi non poſſit, quomodo poteſt effici, vt eius celeritas coerceatur, ac de ſpeciebus marcoris.

Caput Sextum.

Qui marcores curabiles ſunt.
Quomodo inueniendæ, & adhibendæ remediorum materiæ.
Aduerſus Philippum de Balneorum vſu.

Caput Septimum.

Balneum quãdo vtile ſit febribus ex putredine humorum ortis, & quo pacto noxiũ eſſe poſſit.
Quibus marcoribus balneum, & potus aquæ utilis ſit, aduerſus Philippum.

Caput Octauum.

Omnẽ hecticã febrẽ, ſi ſola ſit, à balneo iuuari, ſi verò cũ aliqua alia affectione cõmixta ſit, lędi.
Si hectica coniuncta ſit cum Eriſypelatoſa affectione, quomodo curanda.
Quomodo fiat omphacium ad refrigeranda hypochondria.
Quando ſit exquiſita hectica, & quando non.

Caput Nonum.

De victus ratione, & remedijs alimentorum in ſingulis generibus hecticæ febris.
De balnei vſu, & tempore exhibendi, ac de vino.

GALENI DE COMATE EX HIPPOCRATIS ſententia liber. Continet Capita iiij.

Caput Primum.

Quidnam coma ſit, aliquorum varias opiniones ponit, & aliquas etiam Hippocratis auctoritates in quibus videtur proferri, eum cum vigilia eſſe, ex ætymologia etiã idem videtur proferri, κωμάζειν enim vigilare eſt, verum rem non ſic ſe habere dicit, & Hippocratem recte explanari debere.

Caput Secundum.

Ex alijs Hippocratis auctoritatibus, coma opponi vigilijs oſtendit.

Inter-

Interpretationem ſuam verborum Hippocratis de coma ex alijs ſimilibus Hippocratis loquendi modis confirmat.

Coma eſſe cataphoram quandam, ac duas eſſe cataphoræ ſpeties, ſomnolentam, & inſomnem, & quid habeant cōmune, quid proprium; & alteram, ſomnolentam, ſcilicet eſſe propriam lethargicorū, & ſemper eis adeſſe, alterā non eſſe propriā phreniticorū, nec ſemper eis adeſſe.

Caput Tertium.

Laudat Hippocratem, quod non temere nomina impoſuerit, & idem repetit de cataphoris, eas eſſe duas ſomnolentam, & inſomnem.

Ad dubitationem reſpondet, ortam ex ijs verbis Hippocratis, cum dubitat, vtrum comatoſos vigiles phreniticos appellet, an alio nomine.

Vocem hanc ἆρα, i. num, eſſe dubitantis, non autē ſyllogiſticā concluſionē, vt aliqui dicebāt.

Caput Quartum.

Vocem ἆρα eſſe dubitatiuam coniunctionem, & cauſam oſtendit, ob quam Hippocrates dubitauerit, nec auſus ſit aſſerere tales eſſe phreniticos; & ex alijs ſimilibus morbis, vt hebrietate, id declarat.

GALENI DE TREMORE, PALPITATIONE, conuulſione, & rigore, liber docet, quod genus motus, quę differentię, & cauſę ſint dictorum motuum. Continet autem Capita viij.

Caput Primum.

SE depulſu, palpitatione, conuulſione, & tremore, additurum aliquid ad ea quæ Praxagoras recte ſentit, omiſſurum autem errores ait.

Caput Secundum.

Cum motus ſenſibiles in animali, duplices genere ſint, voluntarij, & animales, ſe de voluntarijs, qui muſculis, & neruis perficiuntur eſſe tractaturum ait.

Caput Tertium.

Quid ſit tremor, & vnde oriatur; & qui tremere ſoleant.

Caput Quartum.

Tremorem differre à palpitatione, neque enim idem locus affectus eſt trementibus, & palpitātibus, neque cauſa; neque ſymptoma idem.

Qui fiat, vt aliqui capita trementia habentes immobilem habeant manum, ſeu crus.

Auis quæ in alis conſiſtat, in motu eſſe, & ſtare non eſſe quietem ex Hippocrate probat.

Digreſſio de ægrotantibus, qui à lecto ad pedes dilabuntur.

Caput Quintum.

Quid ſit, & quomodo fiat palpitatio, & in quo differat à tremore.

Quæ particulæ palpitationem patiantur, & quæ minime.

Diſtinctius palpitationis generationem, & modum declarat.

Palpitationis cauſam eſſe ſubſtantia ſpiritum craſſum, & vaporoſum cui non ſit tranſitus; qualitas verò ſubſtantiæ humiditas, & craſſities.

Praxagoram non recte ſenſiſſe ſolis arterijs palpitationem tribuens, & num recte aliquis ſolis muſculis palpitationem concedat, an etiam in ſola cute, vt alij.

Quæ ætates ſunt obnoxiæ palpitationi, quæ naturæ, regiones, & anini tempus, & quæ ſint palpitationum remedia.

Tremoris quæ cauſa, & quæ ſint eius remedia.

Hippocratis locum explicat, qui trementi mulieri ſanguinem detraxerit, & quare, cum morbus frigidus ſit.

Qui ſit loci affecti locus, in quo Praxagoram reprehendit, & Herophilum.

Caput Sextum.

Inquirit quid ſit rigor, & in quo differat à tremore.

Non recte opinatum eſſe Platonem idem eſſe rigorem cum tremore.

Athenæum reprehendit circa notionem, & cauſam rigoris, eiuſque verba apponit.

Num rigor ſit perfrictio ſenſibilis diſcutiendum proponit; & num ſit dolorifica frigiditas; denique totam definitionem ponit.

Quæ ſit cauſa efficiens rigoris, & quibus ſuperueniat diſpoſitionibus.

De calore natiuo nonnulla; & qualis natiui caloris affectus ſit rigor.

Rigorem eſſe ſubitam perfrictionem in ſtatum præter naturam perducentem.
Qualis affectus ſit rigor in caliditate inſita exẽplo flãmæ declarat, q̃ quatuor modis affici pốt.
Pulchre deſcribit quomodo fiat motus ille in rigore.
Cur corpus poſt rigores amplius incaleſcat, quàm cum in naturali ſtatu calidum erat.

Caput Septimum.

Num merito omnes ferè frigidæ cauſæ rigorem attribuant.
A calido,& acri humore etiam rigorem prouenire, vt in tertianis, & in morbis à flaua bile conſpicitur.
Neque ſimpliciter frigido humore redundante, neque ſimpliciter acri, rigorem poſſe oriri, ſed peculiarem vtriſque eſſe modum, oportere, & qualem; de quo Platonis dicta adducit.
Propriam profert ſententiam de rigore.
De rigore,& horrore illo, qui ſine febre prouenit, iuueniſq́; hiſtoriam recenſet, tali ſymptomatæ correpti,& quibus illum,& alios curauerit.
De rigore quartanarum.

Caput Octauum.

Quid ſit conuulſio,& à quibus cauſis excitari ſoleat.

GALENI DE DIFFICVLTATE RESPIRATIONIS

Libri tres, quorum primus docet cauſas omnes difficultatum reſpirationis. Continet autem Capita XXV.

Caput Primum.

Quot ſit læſionis differentiæ in reſpiratione, ab eo quod in ipſa eſt ſecundum naturam inueniendum cenſet.
Id quod eſt ſecundum naturam,& moderatum vnum eſſe, affectus verò in exceſſu,& defectu circa ipſum, innumeros.

Caput Secundum.

Vniuerſam rationem de reſpirandi difficultate quatuor contineri partibus, inſpiratione,& reſpiratione,& duabus quietibus.
Quæ ſit ſimplex reſpirandi difficultas, & quæ compoſita, & primo de ſimplicibus differentijs agit,& earum nomina addit,& de nominibus imponendis.

Caput Tertium.

Quibus nominibus appellandæ ſint primæ, ac ſimplices reſpirandi differentiæ.

Caput Quartum.

Qua methodo inueniendæ ſint cauſæ ſimplicium differentiarum difficultatis reſpirationis.
Cauſas reſpirationis ꝑ capita recenſet, vt inde difficultatis ipſius reſpirationis cauſas inueniat.
Cauſas inquirit reſpirationis velocis, ac de velocitate motus ſe in libris de pulſibus egiſſe ait.

Caput Quintum.

Explicat, quod reliquum eſt de cauſis velocitatis reſpirationis, multaque dicit, quæ in libris de pulſibus tradita ſunt. *Caput Sextum.*
De cauſis magnæ,& paruæ reſpirationis.

Caput Septimum.

De proportione cauſarũ pulſus,& reſpirationis ſm ætates, regiones, & oẽs aeris cõſtitutiones.

Caput Octauum.

De proportione quam reſpiratio habet cum pulſibus in ijs qui ægrotant, tum cum magna velox,& denſa facta eſt, tum è contra, cum ea periſſe putatur.

Caput Nonum.

Cum dixiſſet in quibus ſint ſimiles pulſus,& reſpiratio, nunc declarat in quo differant.
Quæ ſit differentia inter animalia opera,& vitalia.

Caput Decimum.

Quæ ſit differentia pulſus,& reſpirationis iuxta inſtrumentorum varios affectus.

Caput Vndecimum.

Qualis fiat reſpiratio coarctatis, aut dolentibus ipſis inſtrumentis.

Caput Duodecimum.

De reſpiratione quæ fit valentibus particulis, quæ in ipſa commouentur.

Reſpira-

Reſpiratorijs organis prouidentiam ineſſe,qua cauent ne graui dolore affligatur animal.
Alienatos mente obliuiſci animalium actionum,quas poſtea confertim, & magnas obeunt, & cur rarum,& maximum ſpiritum reddant.

Caput Decimumtertium.

Quomodo quis magnam,& paruam reſpirationem dignoſcat.
Spiritus quantitatem diſtentioni organorum ſpiritalium ſemper proportione reſpondere, quandiu pro naturæ modo ſe habet.
Non eſſe adhibendum animum ad organa reſpiratoria, cum inſpirationis quantitatem volumus dignoſcere.

Caput Decimumquartum.

Repetit breuiter ea,quæ dicta ſunt.

Caput Decimumquintum.

De compoſitis reſpirationibus.
Inſpirandi compoſitas difficultates eſſe numero quatuor,ac totidem expirandi.

Caput Decimumſextum.

Inſpirationis cum expiratione collatio,ipſis motibus mutuo inter ſe collatis.

Caput Decimumſeptimum.

Inſpirationem dari inæqualem,& ordinatam, ac inordinatam.
Quot differentiæ inæqualium pulſuum,tot etiam reperiri reſpirationum.

Caput Decimumoctauum.

Quid differat prænotio quæ ſumitur à reſpiratione,ab ea prænotione,quæ ex pulſibus, accipitur,& quæ cauſæ ſint inæqualis reſpirationis cum inæqualibus pulſibus communes.
Omniũ inæqualitatũ tum quæ ſecundũ vnã actionẽ,tum quæ circa plures,aut aſperarũ arteriarũ coarctationẽ,aut thoracis muſculorũ erratẽ motũ, aut facultatis debilitatẽ eſſe cauſam.

Caput Decimum nonum.

Muſculorum genus proprium,& priuatim deſtinatũ reſpirationibus eſſe pręter pulſuũ rõnem.
Eximium quid ad inæqualitatis generationem reſpirationem habere,ſi cũ pulſibus cõferatur.
In delirijs quæ inæqualitas appareat.
Vnde originem habeat inæqualitas circa ſingulas,& omnes deinceps reſpirationes,& multiformis illa ordinis perturbatio.

Caput Vigeſimum.

Reliquas compoſitas difficilis reſpirationis ſpecies,& cauſas proſequitur,& primum eam, quæ circa vnam actionem conſiſtit,quæcunque ea ſit.

Caput Vigeſimumprimum.

De cauſis cõpoſitarum difficultatũ reſpirationis quæ à rhythmo, & conſonantia deſumuntur.

Caput Vigeſimumſecundum.

Quæ difficultatum reſpirationis coniugationes ad affectuum cognitionem ſint vtiles, & quæ non,& qui affectus ab unaquaque demonſtretur.
Reſpirandi difficultatum compoſitarum quæ ſint vtiliſſimæ coniugationes.

Caput Vigeſimumtertium.

Tria eſſe principalia genera cauſarum reſpirationis,vtilitatem,facultatem,& inſtrumenta.
Quæ ſint utiliſſimæ ad prænotionem reſpirandi difficultates.
Quæ ſigna ſint ipſius reſpiratoriæ facultatis ægrotantium, & in communi omnis facultatis animalis,& maximè perfrigeratæ.

Caput Vigeſimumquartum.

De prænotione quæ habetur ex ceſſationibus motuum in reſpiratione.
Reſpirationum duplicem eſſe ceſſationem.
Ceſſationes inter reſpirandum breues,& longæ à quibus cauſis proficiſcantur.

Caput Vigeſimumquintum.

Epilogus omnium quæ hucuſque de reſpirationum difficultatibus, & inæqualitatibus dictæ ſunt, quò præcedentia cum ſequentibus cohæreant.

LIBER SECVNDVS Explicat, quæ ab Hippocrate primo, & tertio libro vulgarium morborum tradita ſunt de reſpirationis difficultate, conuenire cum ſupradictis. Continet autem Capita xj.

Caput Primum.

QVicquid hucuſque dictum eſt de difficultate reſpirationis, huius fuiſſe auctorem, & inuentorem Hippocratem.

Caput Secundum.

De ſpiritu raro,& magno auctoritates Hippocratis adducuntur, in Philiſco, primo libro vulgarium morborum,in Sileno,in vxore Dromadæ; & deni que quater rari, & magni ſpiritus mentionem eſſe factam.

Caput Tertium.

Proprium deſipientium ſymptoma eſſe magnam, & raram reſpirationem facere ratione probat, & ab Hippocrate in multis locis dictum fuiſſe oſtendit.

Caput Quartum.

Et ſi magnus, & rarus ſpiritus ſit delirantium proprius, non tamen conuenit ita, vt omnes delirantes rarum, & magnum ſpiritum habeant, & aliqua aduerſus ſophiſtas.

Locum Hippocratis affert ex tertio popularium morborum, vbi videtur non ſemper deliros habere rarum, & magnum ſpiritum.

De vocis, imminuti ſpiritus, ſignificatione aduerſus ſophiſtam quendam, qui Hippocratem, & Galenum deridebat.

Caput Quintum.

Rarum & magnum ſpiritum eſſe proprium delirantium, non tamen inſeparabilem, quemadmodum nec geometrum homini, aduerſus eundem ſophiſtam multa.

Quibus deliris adſit ſpiritus magnus, & rarus.

Hippocratis verba, in quibus in vna eademque muliere dicit primum habuiſſe ſpiritum magnum & rarum, deinde breuiſpiram fuiſſe dicit.

Caput Sextum.

Quod magnus & rarus ſpiritus deliris fiat aliquando, & aliquando contrarium, & interdum vtrique ſingulatium in eodem incidant per ægros ab Hippocrate deſcriptos, oſtendit.

Cum Hippocrates dicat ſpiritus rarus magnus, per tempus, declarat qui d ſibi velint illa verba, per tempus, & quid illa alia, ad finem.

Interpretationem ſuam dictorum verborum confirmat ex ſimilibus loquendi modis Hippocrati familiaribus.

Caput Septimum.

Qua ratione fiat, vt aliquibus delirijs fiat ſpiritus rarus & magnus per omnem morbum, aliquibus nunquam, & quibuſdam per longius tempus raro intercidente, aut contra: quibuſdam verò vice verſa.

De voluntate & propoſito Hippocratis dum de difficili reſpiratione loquitur in libris de morbis vulgaribus, & in quo differant Hippocratis, & Thucididis ſcripta quo ad expoſitionem difficilis reſpirationis.

Caput Octauum.

Qui libri populariũ morborũ ſint verè Hippocratis, qui oĩno ſpurij, & aliorũ ex eadẽ familia.

Cur cum breuiloquus ſit Hippocrates, tamen in Anaxione vnum nomen pleuritis multis verbis circumſcripſit, & cur omiſerit quid ægre ſpirauerit.

Diuiſio ſymptumatum in neceſſario, & in vt plurimum contingentibus, & cur in aliquibus difficilis reſpirationis eius ſpetiei mentionem fecerit, in aliquibus verò minime.

Alios locos Hippocratis examinat, vbi de difficultate reſpirationis, & de eius ſpetiebus loquutus eſt.

Caput Nonum.

Se vere & fideliter Hippocratis libros citaſſe, hinc patere, quòd loca, & ægros, quotus quiſque eſt à principio, & alia ſigillatim expoſuerit.

Cur prædictorum ægrorum mentionem fecerit.

Caput Decimum.

Omnium ægrorum, qui ſunt in primo, libro morborum vulgarium, qui verè eſt Hippocratis, cenſuram facit, incipiens à primo, à Phyliſco ſcilicet, vſque ad vltimum, qui quatuordeſunt, & quæ ad delirium, & difficilem reſpirationem attinent declarat.

Caput Vndecimum.

Proponit ſe examinaturum ægros, qui ſunt in tertio morborum vulgarium, legitimo Hippocratis libro, qui ſunt duodecim ante peſtilentem conſtitutionem, & ſexdecim poſt eam.

Se ita expoſituros ęgros, vt & loquacitatẽ fugiat, & pronũtiata ꝓpoſita in oĩbus ęgris obſeruet.

Caput Duodecimum.

Duodecim ægros tertij libri ordine recenſet, qui fuere ante peſtilentem conſtitutionem.

Sexdecim alios ægros examinat eiuſdem tertij libri, qui fuere poſt peſtilentem cõſtitutionem, & in omnibus confirmat, quod à principio fuit propoſitum.

LIBER TERTIVS Oſtendit, ea quæ ſcripta ſunt in primo libro de differentijs reſpirationis, congruere cum ijs, quæ in cæteris libris morborum vulgarium Hippocrati ad ſcriptis, continentur. Habet autem Capita xiij.

Caput Primum.

QVæ in duobus præcedentibus libris dicta ſunt, repetit, ac deinceps in reliquis Hippocratis libris ſe idem facturum pollicetur, incipiens à ſecundo morborum popularũ.

Secundum,

Secundum, quartum, & ſextum morborum popularium eſſe Hippocratis, ſed à filio Theſſalo poſt mortem patris compoſitos.

Quintum,& ſeptimum librum non eſſe Hippocratis doctrina dignum, & quartum etiam refellit; & alios libros recenſet quos Hippocratis eſſe ait.

Caput Secundum.

Ea quæ ſunt in ſecundo popularium perpendit,& quatuor eſſe difficilis reſpirationis coniugationes aſſerit.

In quo differant quæ in ſecundo dicuntur,ab ijs quæ in ſexto.

Quod ſit opus bonorum expoſitorum.

Caput Tertium.

Ea quæ ſunt in ſexto populariũ examinat,& methodo differẽtias difficilis reſpirationis reperit.

Methodice diuiſuris quæ ſint conſideranda.

In tribus generibus omnes reſpirationis differentias eſſe.

Reſpirationis totius quænam ſint differentiæ.

Cur nullam inæqualitatis mentionem fecerit Hippocrates iuxta neutram reſpirationem, aduerſus callumniatores.

Caput Quartum.

Quid in libro prænotionum ſcripſerit Hippocrates de difficili reſpiratione; & cur in illo libro trium tantum difficilium reſpirationum meminerit,in alijs plurium.

Multa alia recenſet in quibus deficere Hippocrates videtur,ab ijs quę alibi copioſius dixit;vnde obſcurus,& indiſtinctus videri poſſit.

Caput Quintum.

Quomodo inueniatur via quædam facultatis ad propoſitas dubitationes ſoluendas.

Breuitatem fuiſſe veteribus familiariſſimam.

Hippocratis grauitas.

Spiritus paruus,& denſus in quibus affectibus accidat.

Spiritus denſus,& magnus quando redditur.

Concludit dubitationis reſolutionem.

Caput Sextum.

Inuentam ſuperius viam demonſtratione confirmat,ac probat,quòd Hippocrates cognouerit tum differentias,tum affectiones denſi ſpiritus,& parui.

Ex libro de victu in morbis acutis monſtrat,quod propoſuit,& ait propter dolorem fieri denſum ſpiritum, & ex hoc paruitatem etiam nouiſſe Hippocratem declarat.

In detento ſputo denſum fieri ſpiritum per mediam paruitatem.

Caput Septimum.

Nomen ipſum denſi,& parui ſpiritus,ſi non extaret apud Hippocratem,rem tamen ipſam ſatis eſſe debere,verum aliqua adducit etiam loca,in quibus hæc inſunt nomina explicite.

Quam appellet differentiã reſpirationis ſtertoroſam,& de ea quę fit ex coarctatione organorũ.

Aut ob dolorem,aut locorum coarctationem,aut caliditatis multitudinem dẽſum fieri ſpiritũ.

Locum adducit Hippocratis in libro de victus ratione in morbis acutis, vbi facile videntur, quæ dicta ſunt.

Caput Octauum.

Tribus inuentis difficilium reſpirationum coniugationibus apud Hippocratem, nunc ad quartam accedit,in qua paruus,& rarus fit ſpiritus.

Cur relicta dicta coniugatione,frigidam expirationem ſcripſerit.

Neque paruam & raram reſpirationem,neque calidam ab Hippocrate relictam eſſe.

Reſpirationem paruam,& raram oriri ab organis reſpirationis refrigeratis.

Expirationem frigidam morborum nunciam eſſe.

Caput Nonum.

Cur in prænotionum libro nihil de difficultate reſpirationis inæquali ſcripſerit Hippocrates, cum in alijs multis aliorum librorum ſuorum locis hoc fecerit,& vt cauſam reddat,alia eiuſdem loca adhibet.

Caput Decimum.

De longa,& breui reſpiratione ex alijs Hippocratis libris tradit,initio ſumpto à primo,& ſexto morborum vulgarium.

Vnde fiat hoſcitatio,& qua expiratione ſanetur, & cur etiam ſingultus reſpiratione cohibita, curetur.

Cur dixerit Hippocrates in abhorrentibus à potu,& vix bibentibus ſpiratio breuis.

Continentem reſpirationem ventilare ſimul, & excalfacere perfrigerata potuiſſe, & animi excandeſcentiam denſiorem reddere reſpirationem.

Diuerſum eſſe quod nunc dicitur,ab eo,quod dictum eſt in libro prænotionum, ſpiritus frigidus ex naribus, & ore ualde pernitioſus.

Caput Vndecimum.

Alia vniuerſa apponit ab Hippocrate conſcripta de ſpirandi difficultate.

De anhelosis,de ſpiritu duplicato,de ſublimi,de ſubdenſo,ac de alijs ſpirituum generibus,quę omnia,deſumuntur ex ſecundo,tertio,& quarto morborum vulgarium.

Caput Duodecimum.

Quid oportet intelligere cum Hippocrates dicit, aliquem factum pneumatodem, id eſt anheloſum,& quid ſit pneumatias.

De peripneumonicis,orthopnœicis,& alijs ſpirandi difficultatibus, ex quarto,& quinto morborum vulgarium deſumptis.

Caput Decimumtertium.

Reliquas ſententias ſexti libri vulgarium morborum,huc pertinentes exponit.

Cum Hippocrates ſpiritum ſolum dicit,difficultatem ſpirandi intelligere.

Quod denſus ſpiritus differat ab anhelatione, ac de ſpiritu ſublimi,& alijs ſpiritibus ex eodem ſexto libro.

GALENI LIBER DE PLENITVDINE VERAM rationem plenitudinis intelligendę explicat. Continet autem Capita x.

Caput Primum.

Medicos ſui temporis reprehendit,qui in ore ſemper habebant plenitudinem, & quid ea ſit ignorabant; eorumque reſponſiones ponit, quas afferebant, cum de illa interrogarentur.

Opinio eorundem medicorum de viribus,ac de facultate; & quibus ſignis, neglecta plenitudine,euacuandum eſſe corpus, determinabant.

Alios nullas eſſe vires dicere, alios, eſſe quidem, ſed illarum ſubſtantiam ignorari, & alia huiuſmodi abſurda.

Caput Secundum.

Aduerſus quoſdam medicos,qui ſe rationales appellabant,& analogiſmo vtebantur,qui ex ipſis tantummodo viribus plenitudinem metiebantur.

Rem aliquam non eundem ſenſum excitare, cum grauis eſt, vel cum mordet, vel cum alia aliqua qualitate infeſta eſt,exemplo ventriculi,& veſicæ vrinariæ declarat.

Aduerſus eos qui contrariam dictis opinionem habebant.

Caput Tertium.

Plenitudinis duas eſſe notiones,ac relationes, alteram ad robur, & vires deferentis, alteram ſecundum capacitatem.

In alijs libris ſe tractaſſe de ijs,quæ ad intelligentiam veram plenitudinis conferunt, vno verò hoc libro non poſſe omnia explicari.

Ἔγχυμα quid appelletur; & quæ ſit plenitudo πρὸς ἔγχυμα.

Quid nam ſit vis, & quid dicatur cauſa effectrix.

De vi contentrice aduerſus Stoicos, & Herophileos.

Caput Quartum.

Qui affectus pertineat ad continentia vaſa,non ad vires.

De arteriarum,& venarum plenitudine non eſſe ab alijs traditum.

De plenitudine iecoris,cordis,renum,craſſorum inteſtinorum,& aliarum particularum offerri aliquam dubitationem,& de ſenſu ponderis,quod in eis aliquando oritur.

Caput Quintum.

Ad faciliorem doctrinam à grauitate incipit,quæ ſignum eſt plenitudinis, quæ ad uim ſenſitricem ſpectat.

De grauitate percepta ex muſculis, vel neruis imbecillioribus factis; quòd exemplo declarat muſculi, qui moueatur ex ſpiritu per neruum delato.

Suppoſitione utitur ad declarandum quomodo quis cognoſcat plenitudine quæ pars laboret.

Quæ ſcire oportet illum,qui cognitor eſſe velit partis plenitudine laborantis.

Caput Sextum.

Aduerſus Eraſiſtratum de ſignis plenitudinis,eiuſque verba apponit, eaque vndique refellit.

Demonſtrationibus aſtruit ea quæ à ſe dicta ſunt,initio ſumpto ab ipſis Eraſiſtrati verbis.

Perpendit.

Perpendit verba ea Eraſiſtrati,fortiores,& robuſtiores.

Eraſiſtratum erraſſe in diuiſione plenitudinis, cum ne meminerit quidē plenitudinis ad vires.

Caput Septimum.

Num ad aucto ſolo ſanguine actiones validiores euadant,aduerſus Eraſiſtratum.

Sanguine vna cum virium robore adaucto, actionum fortitudinem augeri; non autem è conuerſo.

Mutuo ſe conſequi,fortitudinem actionum, virium robur,& è contra.

Quod ab Eraſiſtrato allatum eſt,non eſſe plethoræ ſignum proprium,& ſi inſeparabile, ac vocem,impleri,damnat,& quòd tendi,melius dixiſſet, ac de teſione aliqua aduerſus eundem.

Caput Octauum.

Num plenitudo tam ea,quæ virium comparatione, quàm etiam ea quæ ad capacitatem intelligitur,in ſolo ſanguine,vel in alijs omnibus humoribus conſiſtat.

Ex quacunque ſubſtantia humida, & flatuoſa poſſe tenſiuo affectu particulas occupari.

Aduerſus eos,qui plenitudinem ſemper virium comparatione conſtituendam putabant, hypoteſimq; ſupponit.

Mordacium humorum quatuor differentiæ quoad magis,& minus.

Gymnaſtę quomodo mordaces ſuccos diſcutiebant.

De vlceroſa affectione,& eius origine.

De plenitudinis denotatione ex præterito,præſenti,& futuro tempore,aduerſus Eraſiſtratum.

Caput Nonum.

Aduerſus Empiricos,& eorum plethoricam ſyndromen.

Suppoſitione Empiricorum poſita, aduerſus eos diſputat.

Quō Galenus Empiricum pręceptorem ſuū interrogando refutauerit in ſyndrome plethorica.

Caput Decimum.

Ad rationales redit,& ſymptomata ab ipſis literis tradita,quoad plenitudinem, diſquirit.

Quomodo tenſio, & tumor corporis vniuerſi, ac venarum ad indicandam, vel non indicandam plenitudinem valeant.

Caput Vndecimum.

De indicijs plenitudinis, quæ ſumuntur ex rubore,tumore, motu arteriarum, grauitate.

De indicijs plenitudinis ex coloribus.

De ſpeciebus pituitæ,& ſignis cuiuſque,& effectibus.

De differentijs vitioſorum humorum,& quot modis ſanguis à propria natura deſciſcat, & vitietur,ac de intemperaturis in eo contingentibus.

Exemplo rem totam declarat.

GALENI DE TVMORIBVS PRÆTER NATVRAM liber cauſas,& nomina tumorum pręter naturam explicat. Continet autem Capita xvij.

Caput Primum.

QVid ſit tumor præter naturam, & quid ſit ſupra,& infra naturam; quis tumor ſit in obeſo,quis in aqua intercute; ac de quibus tumoribus propoſitum ſit in hoc libro,agere.

Caput Secundum.

De inflammatione,ac de quibus partibus dicatur.

Quam ob cauſam inflammationis ſymptomata accidant,conſiderare aggreditur.

Quæ materia contineatur in inflammatione.

Quòd tumor partium inflammatarum propter ſolam fuſionem non fiat, aliquibus coniecturis probat.

Ex tumore,& colore cognoſci inflammationem eſſe,ac de temporibus ipſius.

Caput Tertium.

Cum natura vincit inflammationem,vel reſolui tumorem per tranſpirationem, vel in abſceſſum abire.

Quæ ſint ſupparantia,& quæ vocentur à medicis empyemata.

Caput Quartum.

De affectu poſt inflammationem, qui dicitur ſinus: & quomodo coerceatur, & quibus medicamentis,

camentis, & quid accidat ſi non recte curetur.
Abſceſſibus vnde ſit generatio.

Caput Quintum.

De fiſtulis, Atheromatis, ſteatomatis, & Meliceribus, ex quibus materijs conſtent, & cur ſic appellentur.

Caput Sextum.

De carbunculis, vnde fiant, quomodo cognoſcantur ex colore, & de eorum improbitate.

Caput Septimum.

De cancrorum generatione.

Caput Octauum.

De gangrenis, quæ magnas inflammationes ſequuntur, & affectæ partis mortificatio eſt, quomodo fiat, & earum ſymptomata.

Caput Nonum.

De fluxionibus billioſis, ex quibus fiunt Eryſipelata, & Herpetes tum exedentes, tum miliares, & de ijs tumoribus, qui fiunt ex bile mixta cum ſanguine.
De tumoribus qui fiunt fluente pituita, ædemate ſcilicet, & ſcirrho.
De ijs tumoribus, qui fiunt ab atra bile, & eius ſpeciebus.

Caput Decimum.

De tumoribus qui fiunt, ſanguine è venis effuſo, ecchymomata, & melaſmata dicta.

Caput Vndecimum.

De Aneuriſmate, & ſyderatione, & quomodo dignoſcantur, ac de ſphacelo.

Caput Duodecimum.

De tumoribus qui fiunt ex atræ bilis decubitu, vlcere, cancris, & alijs.

Caput Decimumtertium.

De phagedenicis tumoribus, de vlceribus chironijs, & telephijs, De ſcabie, & lepra, qui ſunt affectus cutis.

Caput Decimumquartum.

De Elephante, vnde originem habeat, & eius varijs appellationibus, pro varietate temporum.

Caput Decimumquintum.

De Achoribus, Cerijs, Myrmecijs, Acrochordonibus, Pſydracibus, Epinyctidibus, Furunculis, Tuberculis, Bubonibus, Strumis, & ramicum varijs ſpetiebus.

Caput Decimumſextum.

De varicibus, Bubonocele, Exomphalo, de ruptura inteſtinorũ, de hydropis tribus ſpetiebus.

Caput Decimumſeptimum.

De Epulidibus, Parulidibus, Thymis, vuis, Tonſillis, Pariſthmijs, Polypis, Encantidibus, vnguibus, & Staphilomatis.

GALENI DE MORBORVM TEMPORIBVS LIBER, Continet Capita nouem.

Caput Primum.

TEmpora morborum proportione reſpondere ætatibus animantium, & in quo diſcrepent, & quomodo augeſcere dicantur morbi, & quod ſit ipſorum principium.
Num tempus aliquod proprium attribuatur inflammationis generationi.

Caput Secundum.

De morbi principio aduerſus Archigenem, qui poſt initium, ſtatim vigorem poſuit.
Morbi initium ſpetie quadam diuerſum eſſe ab incremento demonſtrat.
De latitudine principij morborum.
De incremento, & quibus nominibus appellatum ſit à Græcis.
De circuitibus, ſeu periodis febrium, earumq; durationibus, & temporibus.

Caput Tertium.

Exemplo febris tertianæ tempora morborum declarat, & ipſius tertianæ omnia tempora perpendit ex pulſibus, calore, & alijs ſignis.
De quiuque, vel ſex conſtitutionibus corporis in febre tertiana.

Caput Quartum.

De ſex differentijs particularibus in tertianarum febrium circuitibus, & de nominum impoſitione tum in ipſis, tum in alijs.

Aduerſus

Aduerſus medicos recentiores,atque ipſis primam,& maximam erroris cauſam fuiſſe ignorantiam differentiæ morborum.
Ea quæ de tertianarum ætatibus dicta ſunt,non poſſe ad omnes morbos rectè transferri.

Caput Quintum.

Nomina ponit,quibus ſingulæ morbi partes ſint appellandæ.
Quid ſit intermittere,quod Græci dicunt διαλείπειν, & διάλειμμα, id eſt intermiſſio. Quid ſit ἀκμή. id eſt vigor.
De tempore inæqualitatis, incremento,ſeu aſcenſu,ac declinatione.
Omnia dicta tempora examinat,& quæ male ab alijs dicta ſunt,corrigit, & denique cuique nomen aſſignat.

Caput Sextum.

Rurſus totum circuitum morbi in duas partes maiores diuidit,vnam à primo inſultu ad extremam declinationem,alterã,quæ eſt inter dictũ extremũ, & principium alterius acceſſionis.
Quid ſit εἰσβολὴ, id eſt inſultus,quod & ἐπισημασία dicitur.
Quod ſit tempus accceſſionis ex Hippocrate declarat,ac de alijs temporibus.

Caput Septimum.

Diuiſio febrium non intermittentium,& de temporibus ipſarum.
De duplici ſpetie earum quæ ad integritatem non veniunt.
Tempora non intermittentium eſſe quinque,cum ipſis declinatio deſit;& de pulſibus ipſarum.
Quibus modis noſcenda tempora ſynocharum febrium, quæ circuitum non habent.

Caput Octauum.

Cum de ſimplicium periodorum temporibus dixiſſet,nũc ſe de complexorum acturum ait.
De inſultibus,& temporibus febris ſemitertianæ,& modo rigoris, & cur φρικώδη, id eſt horridam appellet.
Romæ ſemitertianam eſſe valde frequentem.
De temporibus aliarum febrium, quas τριταιοφυεῖς appellat, id eſt, tertianæ, vel tertij diei naturam ſapientes.

Caput Nonum.

De temporibus,& modis earum febrium,quæ ſingulis diebus habent acceſſionem.

GALENI DE TOTIVS MORBI TEMPORIBVS
Liber, docet indicia temporum totius morbi ſalubris, lethalis,& ſimplicis. Continet autem Cap. viij.

Caput Primum.

Totius morbi tempora ſimiliter,ac animantium ætates conſideranda.
Varias,& diuerſas opiniones recenſet circa totius morbi tempora.

Caput Secundum.

Totius morbi principium non eſſe primum morbi acceſſionis impetum, ſed longum quoddam tempus: quod aliquibus Hippocratis locis confirmat.

Caput Tertium.

Totius morbi quatuor tempora,principium, augmentum, vigorem, & declinationem exemplo inflammationis declarat.
Idem declarat in febribus ex humorum putredine citra inflammationem.
De notis concoctionis,& cruditatis in febribus.

Caput Quartum.

De differentia temporis,& durationis in quauis totius morbi parte.

Caput Quintum.

De natura morborum, qui non ſoluuntur, quam duplicem eſſe ait.
Triplicem eſſe cauſam, cur morbi interficiant.
De duplici ſignificatu magni morbi.

Caput Sextum.

De notis magni morbi,qui ſecundum ipſius naturam ſit magnus, & lethalis, deſumptis ex vrinis, ſputis, & alijs.
De incremento,& vigore morborum,qui non ſoluuntur.

Caput Septimum.

De ratione dignoſcendorum temporum, cum homo duobus, tribusve morbis infeſtatur, quorum alius declinet, alius ſit in principio, vel alio modo ſint varij.

Caput Octauum.

De vtilitate quam præſtat doctrina circa morborum tempora, ad eorum rectam curationem inſtituendam.

GALENI LIBER DE TYPIS, NATVRAM ET differentias explicat typorum ſimplicium, & compoſitorum. Continet autem Capita v.

Caput Primum.

SE de typorum ſpeculatione magis enucleate, quàm fecerint alij, velle percurrere.

Caput Secundum.

Quid ſit typus, & quid Periodus.

Qui affectus maximè habeant typos.

Caput Tertium.

Quot ſint typorum differentiæ, & eorum diuiſio tum ſimplicium, tum compoſitorum.

Caput Quartum.

De typis febrium omnium, & quæ accidentia ſingulos comitentur; de longitudine ipſorum, & cæteris qualitatibus.

Caput Quintum.

Qui typi duplicentur, & quo pacto, & quomodo inter ſe complicentur.

GALENI LIBER, CONTRA EOS, QVI DE TYPIS ſcripſerunt. Continet Capita vij.

Caput Primum.

CVr priſci medici non declararunt quid circuitus, vel periodi nomen ſignificaret.

Typum, circuitum, & ordinem, recte dictum fuiſſe ab aliquibus iunioribus, vnum, & idem ſignificare.

De ridiculis hypotheſibus medicorum ſui temporis in circuitibus deſignandis.

De hypotheſi abſurda, quæ propoſita fuit à quodam ipſi Galeno, quam ille exercitationis cauſa propoſuiſſe dicebat.

Caput Secundum.

Nihil vtilius præſertim in febribus, quàm futurarum acceſſionum principia nouiſſe;

Febres omnes, vel quotidie, vel tertio, vel quarto quoque die inuadere, præter hos, nugas eſſe quæ dicuntur.

Qui vltra quartum diem typos extendunt, ij nunquam poterunt præuidere futuram acceſſionem, & quare.

Caput Tertium.

Aduerſus eos qui tres arbitrabantur eſſe periodos, non ex propria cuiuſque natura, ſed ex acceſſionum proportione.

Quomodo iſti acceſſionem ignorent, ſuppoſitione declarat.

Qui de typis ſcripſerunt, non curaſſe quam id ad prænotionem, & ad victus rationem conducat, ſed exercitationis cauſa adoleſcentibus propoſita.

Caput Quartum.

Methodus inueniendi typos febrium iuxta hypotheſes medicorum ſui temporis.

Tabella, in qua breuiter omnes febrium typi ex hypotheſi iuniorum, ſupputati conſpiciuntur

Exemplo rem omnem declarat.

Caput Quintum.

De erroribus qui conſequuntur ex ſuperius tradita methodo.

Caput Sextum.

Præterquam, quòd vanæ, & inutiles ſunt illæ typorum hypotheſes, & exercitationis tantum cauſa inuentæ, innumeras, & inexplicabiles ex eis oriri coniugationes.

Caput Septimum.

De die, quot horis conſtet, & de anno quot diebus.

Methodus eadem quæ ſuperior, ſed diuerſo modo ſupputata, & facilior.

GALENI DE CAVSIS PROCATARCTICIS LIBER probat cauſas dari procatarcticas, & veterum ſophiſmata refellit. Continet autem Capita iiij.

Caput Primum.

PRocatarcticas cauſas dari, & quæ ſint.

Procatarcticas cauſas inualida tantum corpora immutare.

Recenſet hiſtoriam Menandri, & inſolatu febrientis, & aliorum quorundam, quos ipſe Galenus miro modo ad valetudinem reduxit.

Aduerſus illos, qui nunquam inter morborum cauſas immodicum frigus, vel ęſtum, vel repletionem, vel aliud huiuſmodi, numeranda cenſebant.

Illud, quod nocet eſſe nocumenti cauſam aduerſus eoſdem.

Quid ſignificet hoc nomen, cauſa, quę ſint cauſæ in vniuerſum, quot, & quales, & quomodo inter ſe, & ab his quæ per accidens ſunt, differant, ab euidentibus reperit.

Caput Secundum.

Aduerſus alios ſophiſtas, qui concedunt exiſtere cauſas, verum procatarcticas non appellandas eſſe cauſas aſſerebant.

Verba Eraſiſtrati ponit, qui huius opinionis fuit auctor, eumque, & illos qui illum ſequuti ſunt redarguit.

Diogenis Cynici exemplo eos redarguit; qui contra euidentia diſputant, & dialecticam methodum declarat, qua facilè hæ captiones cognoſcuntur, & diſſoluuntur.

Euidentia exempla multa affert aduerſus Eraſiſtratum.

Cauillatio Eraſiſtrati, & eius ſectatorum, in ijs, quæ de hypoſtaſi in vrina tradita ſunt.

Omnia agere Eraſiſtratæos, vt dogma illud defendant, quòd omnes febres ex phlegmone fiāt.

Aduerſus illud dictum Eraſiſtrati, quòd multi in maioribus laboribus verſati, nulla tamen ſunt arrepti febre, & ideo cauſas procatarcticas auferebat; pro quo deludendo oratorem orantem introducit ex hypotheſi Eraſiſtrati.

Ex labore, calore, & alijs, quæ ſunt cauſæ procatarcticæ oriri febrem.

Verbis eraſiſtrati addit ea, quæ deſunt, vt ſophiſma manifeſte appareat.

Caput Tertium.

Aduerſus Eraſiſtratum, qui repletionem non eſſe morbi cauſam procatarcticam dicebat.

Eraſiſtratus concedebat repletionem efficere plethoram, hanc verò, ſanguinis ad arterias paremptoſim, & hanc phlegmonem, & tamen repletionem phlegmonis cauſam non concedebat; pro quo, oratorem inducit Oreſtis cauſam defendentem.

Alia accuſatio medici, qui medicamentum exitrale dederit, & eius defenſio.

Caput Quartum.

Aduerſus Herophili timorem, qui dicebat, an cauſa ſit, vel non, inueniri non poſſe, ſed multis hominibus ſic videri.

In reliqua Claſſe ſequuntur libri morborum vulgarium Hippocratis, qui à Galeno ſex Commentarijs ſunt illuſtrati.

QVARTÆ CLASSIS.

GALENI DE LOCIS AFFECTIS Libri ſex; Quorum.

LIBER PRIMVS Docet methodum vniuerſalem dignoſcendi locos affectos qui ſenſum fugiunt. Continet autem Capita vij.

Caput Primum.

Quid nomine loci intelligatur.

Capita prima, quibus affecti loci cognoſcuntur, ſumi vel ab
- Eſſentiæ proprietate.
- Magnitudine.
- Rebus in particulis quibuſdam contentis.
- Rebus quæ adnaſcuntur.
- Rebus præter naturam in aliquo loco contentis.

Inueniendi affecti loci methodum in retentione vrinę per ſuppoſitionem exercet,& quot modis contingat vrinæ meatum ſtipari conſiderat, quomodo ex pręcedentibus,& præſentibus accidentibus cauſa ſuppreſſionis cognoſcetur.

De inutilibus quæſtionibus,quæ circa affecti loci dignotionem afferri ſolebant ab aliquibus.

Caput Secundum.

Affecti loci cognitionem ſemper incipere debere à læſæ actionis inſtrumento,deinde,quatenus dum quis ſit læſionis modus, Hippocratis auctoritatibus confirmat.

Ab excretis quomodo cognoſcatur affectus locus.

Affectum aliquem aliquando ceſſare ceſſante cauſa, aliquando etiam permanere,exemplo diſſenteriæ.

Num quilibet affectus dum fit,fiens quidem ſit,nõ dum tamen exiſtat, exẽplo domus exponit.

Poſſe in corpore affectiones aliquas conſiſtere, quæ ob exiguitatem nondum appareant, quæ tamen ſeparatis cauſis ſtatim finiuntur.

Nullam actionem vnquam lædi,niſi pars quæ ipſam facit affecta ſit, hocq́; pro fundamento dicendorum ponit.

Caput Tertium.

Quæ diſtinctiones adhibendæ ſint in affectæ partis dignotione.

Quis dicatur affectus per conſenſum,& quis primarius,& quid affici; quidve agere ſignificet.

Corruptionis ciborum tres potiſſimum eſſe differentias; ac quæ ſit circa hoc quęſtio,& diſcordia ſectarum quarundam.

Caput Quartum.

Qua ratione affectam partem cognoſcemus num ex ſuo, an ex aliorum errore eius actio lædatur,num ex intemperie tantum,an ex humore aliquo, exemplo ventriculi declarat.

Qua coniectura ductus Galenus,dato medicamento,partem affectam comperit,& curauit.

Si inteſtinum eſſe affectũ cognoſcatur, quomodo deprehendemus quodnã inteſtinũ ſit læſum.

Caput Quintum.

Quòd locus affectus,& affectus ipſe ex his deprehendatur, ab actione læſa, ab excretis, à poſitu, à doloris proprietate, & ex proprijs accidentibus.

Exempla aliqua affert, quibus declaratur quomodo locus affectus ex proprijs accidentibus innoteſcat.

Caput Sextum.

Quomodo diſcernatur proprius affectus alicuius partis ab eo,qui per conſenſum eſt.

Quis ſit affectus per conſenſum, exemplis ad vocem attinentibus declarat, & ſimul explicat, quæ ſint inſtrumenta voci deſeruientia.

Hiſtoria

Hiſtoria cuiuſdam, qui cum digitorum ſenſum, non autem motum amiſiſſet à Galeno curatus eſt, adhibito medicamento non digitis, ſed ſpinæ.
De quæſtione orta, quomodo, fiat, vt ſeruato motu, ſenſus deperdatur.
De cognitione loci affecti in ijs qui inuiti excrementa alui deijciunt.

Caput Septimum.

Quæ ſint naturalia inſtrumenta, & quæ animalia, & in quo differant, & quomodo in vtriſque læſa actio deprehendatur.

LIBER SECVNDVS Docet quomodo ex dolore affecta pars dignoſcatur, & aduerſus Archigenem de doloribus diſputat. Continet autem Capita ix.

Caput Primum.

Circa affecti loci notitiam tres eſſe exercitationis modos, quos declarat, vnumquodque exemplo manifeſtans.

Caput Secundum.

Aduerſus Archigenem de ſtupido dolore, & quòd ſtupor ſit diſpoſitionis nomen, non ſenſus, aut doloris.
Stuporem à refrigeratione proficiſci exemplis probat.
Archigenem male enunciaſſe ſtupidum dolorem ad neruos propriè pertinere.

Caput Tertium.

De pulſu in dolore, & quomodo fiat pulſatorius dolor, & ex quibus cauſis.

Caput Quartum.

De dolore, in quo ſenſum grauitatis percipimus, & in quo item extenſionis.

Caput Quintum.

De reliquis doloris modis, qui videlicet ex inæquali intemperie, ex tenſione, & compreſſione, vel contuſione, à vulnere craſſis humoribus, flatu, lapide, & punctione oriuntur.

Caput Sextum.

Reprehendit Archigenem, qui dolorum differentias tum ſaporum, tum aliarum rerum nominibus appellans, auditorem nihilo doctiorem effecerit.

Caput Septimum.

Miratur, Archigenem ſic dolorum proprietates ſcripſiſſe, & narraſſe, ac ſi omnes ipſe paſſus fuiſſet, quod fieri non poteſt.
Propoſita Archigenis oratione, quæ vera ſunt elicit, reliqua damnat vt falſa; omniaq; eius verba ſigillatim examinat, & corrigit, circa nomina, quæ doloribus impoſuit.

Caput Octauum.

Alium Archigenis locū perpendit, circa nomina dolorū hepatis, ſplenis, renū, ueſicę, & vteri.
De dolore hepatis holcimo, ideſt tractorio, quærit, quid ſit, item de dolore inhærente hepatis, de dolore auſtero, adſtringente, & alijs multis huiuſmodi nominibus.
Reſpondet ad ea, quæ pro Archigene defendendo ab eius ſectatoribus dicebantur.

Caput Nonum.

Quod Archigenes prætermiſit, ſe velle præſtare, vt viam, & rationem oſtendat, cuius ope quiſque affectos locos inuenire, & alijs oſtendere poſſit.
Pulmonis inflammati exemplo, quod propoſuit, explicat, item membranę coſtas ſubcingentis, ventriculi, & aliorum.
Eorum quæ hactenus dixit, exercitationem affert, quam fieri dicit, cum particularia ſub eandem viam, & rationem ducuntur, & in difficili reſpiratione auditorem exercet.
In affectibus corporis quomodo anima lædatur cur ſit obſcurum intelligere, & quomodo ſit in corpore; quòd autem anima lædatur, multis experientijs probat.
Quomodo diſtinguantur affectus primitiui ab eis, qui per conſenſum fiunt.
Non ſolum affectum locum, ſed & cauſam, quæ noxam infert conſiderandam eſſe probat.

LIBER TERTIVS Docet quomodo cerebri affectus dignoſcantur. Continet autem Capita x.

Caput Primum.

Qvonam modo pars quæ afficiatur, per conſenſum affici dicatur, & quid conſentientis vocabulo intelligatur.
Quæ ſint quęſtiones logicæ.
Pluribus modis per conſenſum laborare quis poſſet aliter enim in ſuffuſione, aliter in digitis non ſentientibus.

Caput Secundum.

Aduerſus eos, qui locorum affectorum notitiam non eſſe medico neceſſariam exiſtimabant, vſum,& experimenta tantum proferentes.
Sententiam ſuam dicturus aduerſus Empiricis,multa præmittit, vt ſe veridicum eſſe oſtendat.

Caput Tertium.

Aduerſus Empiricos, ſe inueniſſe quaſdam cognitiones ſcientifica notitia deprehendi poſſe, alias artificioſa coniectura; & hinc affectas partes cognouiſſe.
Qua via medicamenta inuenerit, quibus morbi rarò euenientes curarentur.
Repetit,affectas partes quinque modis poſſe deprehendi.
Quomodo deperditam cuiuſdam memoriam reſtitui poſſe ex ſe ipſo inuenerit Galenus.

Caput Quartum.

Archigenem vndecim libros epiſtolarum ſcripſiſſe, in quorum primo eſt epiſtola ad Marſum de reſtituenda ſui patris memoria, & eius verba ponuntur.
Du n Archigenes in læſione memoriæ cucurbitulas capiti adhibuerit, interrogat cur non thoraci,ſi anima habet ſedem in corde,& obſcuritatem eius redarguit.
Ex dictis Archigenis elicit contra dogmaticos reprehenſionem.

Caput Quintum.

Quænam diſpoſitio ſit in quacunque affectione animalis, & rationalis facultatis, declaratur, & quæ in vnaquaque ipſarum ſit intemperies.
De diſpoſitionibus ſomnolentis,& vigilibus,à qua intemperantia fiant, & de omnibus affectibus qui cerebro euenire ſolenr.
Quibus de cauſis lædatur memoria.
Irridet medicos,qui in omnibus rationalis facultatis affectibus remedia capiti adhibeant,cum putent tamen rationem eſſe in corde.

Caput Sextum.

Aduerſus eos,qui dicebant neruorum originem ex corde eſſe,& non à cerebro.
Ex conuulſionibus probat originem neruorum eſſe in cerebro.
Quomodo cognoſcatur vtrum ab ariditate,& euacuatione,an ab humiditate fiat conuulſio.

Caput Septimum.

De morbo comitiali; quomodo fiat,& quis morbus ſit.
De ſpiritu animali,quæ ſit eius facultas,& quòd ſit primum animæ inſtrumentum,genitum in ventriculis cerebri.
De differentijs pituitæ, & humoris melancholici, à quibus obſtrui ſolent cerebri ventriculi, ac de affectibus qui ex ipſis oriuntur,& varijs deliriorum generibus.
De tribus melancholiæ generibus.
Quando totum corpus intemperies, & melancholicus humor occupet, & quando cerebrum tantum quomodo cognoſcatur,& quæ cibaria melancholicum ſanguinem efficiant.
De diſpoſitione hypochondriaca, vel flatuoſa,& quid de ea Diocles ſcripſerit, & quid prætermiſerit.
Qualis ſit in affectibus hypochondriacis ventriculi diſpoſitio.
Quæ quidam imaginati ſunt,dum melancholia afficerentur,& varia ipſorum accidentia.
De morbo cominali, à quibus cauſis fiat, & quomodo per proprium affectum, quomodo per conſenſum aliquarum partium.
Hiſtoria cuiuſdam,qui in comitiali ſentiebat à tibia aſcendere aliquid paulatim ad caput, eius rei cauſa indagatur,exemplo paruorum animalium,vt ſcorpionis,& phalangij, quæ exiguo ictu totum corpus afficiunt: & eius affectus curatio.
Cauſam inquirit,cur in huiuſmodi per conſenſum affectibus epilepticę fiant conuulſiones.

Caput Octauum.

De affectu ſcotomatico,& uertiginoſo, à quibus cauſis fiat, & quæ pars afficiatur,quando per primogenium affectum,& quando per conſenſum.

Caput Nonum.

De Cephalea,Hemicrania, & reliquis capitis doloribus,quæ partes afficiantur, à quibus fiant cauſis, & quę corpora ijs apta ſint.

Caput Decimum.

De neruorum actione uitioſa. De apoplexia,& uarijs reſolutionum differentijs, parte affecta, & cauſa.
Hiſtoria Pauſaniæ Syri,qui duorum digitorum manus ſenſum amiſerat,& quomodo à Galeno curatus fuerit.
Cum olfaciendi uis læditur, quorum meatuum affectio ſit.

LIBER

LIBER QVARTVS, Faciei,ſpinalis medullæ, pulmonis, & partium reſpirationi ſeruientium affectus exponit. Continet autem Capita viij.

Caput Primum.

CVm primis duobus libris vniuerſalem rationem docuerit, ad affectas ſedes dignoſcendas,deinceps de ſingulis corporis particulis,quæ ſenſum fugiunt, ſe dicturum afferit, initio ſumpto à capite.

Caput Secundum.

De faciei partibus, quæ intrinſecus afficiuntur.

De affectu oculorum,tum vt ſimilarium,tum vt inſtrumentalium,tum cum ſpiritus non eſt lucidus,tum denique cum aliquis ipſorum muſculus eſt affectus, & qui ſint oculos mouentes muſculi, & quot.

De peruerſionibus oculorum.

De accidentibus oculorum ſuffuſorum viſis ſimilibus, & vnde oriantur, & quomodo cognoſcatur affecta pars,

Suffuſionis indicia; & quid conſuluerit ijs,qui ex diuerſis regionibus ad eum ſcribebant.

De accidentibus ſuffuſioni ſimilibus, & quibuſdam phrenitidis ſpeciebus, & de accidentibus huiuſmodi,quæ tum alijs,tum ſibi contigerunt.

De læſione linguæ quoad motum,& guſtandi ſenſum.

De ſopore, quibus muſculis affectis fiat, apoplexia,& comitialis morbus,à quibus ſuccis fiant.

Ad linguæ affectus redit tum proprios,tum per conſenſum.

De affectibus ſenſus auditus.

Vbi plures afficiuntur particulæ,quid conſiderandum.

Caput Tertium.

De affectibus ſpinalis medullæ.

De Angina orta primis vertebris affectis,de qua verba Hippocratis ponuntur.

De affectibus ſpinalis medullæ,qui oriuntur tum ex proprio affectu,tum per conſenſum, ac de luxatione varia vertebrarum.

Alia verba Hippocratis ponuntur de Angina,ac de quatuor ipſius generibus.

De ceruicis affectu,cum ad interiores partes vertebræ luxantur.

Caput Quartum.

De ſpinalis medullæ reliquis affectibus,quibus ipſa ſpiratio læditur,& cum cæteræ partes,quę ex ipſa neruos ſuſcipiunt,aliquam percipiunt læſionem.

Caput Quintum.

Quæ pars affecta ſit,cum ſanguis expuitur,vel aliquo pacto ex ore egreditur,quomodo cognoſcendum,& quot modis ſanguis eijciatur.

De vlceribus,quæ ſanguinis reiectioni ſuperuenire ſolent.

Hiſtoria ſanguinem reiicientium epota ſanguiſuga.

Caput Sextum.

Quid interſit inter vocem, & ſermonem.

Quot modis ſermo,vel vox deperdantur, vel aliquo modo lædantur, & quibus partibus affectis ſiue proprio affectu,ſiue per conſenſum.

Quæ ſit propria materia vocis.

Cum quinque ſint ſermoni ædendo ſeruientia,expiratio, exuflatio, citra ſtrepitum, cum ſtrepitu vox,loquela,quibus affectis alterum afficitur, vel non afficitur,& quæ pars vnicuique harum actionum deſeruiat.

Caput Septimum.

Quæ loca afficiantur in difficili reſpiratione, præter ea quæ dicta ſunt, cum de ſpinali medulla loqueretur.

Quæ reſpiratio mortem portendat, quæ difficilis curatu ſit, & quæ facilior, & quot modis fiat reſpiratio, & earum ſpecies.

Quem appellauerit Hippocrates ſublimem ſpiritum,& à quo fiat.

De ea ſpetie læſæ reſpirationis quæ apnæa dicitur, ideſt reſpirationis priuatio.

Caput Octauum.

Viam,qua ad affectorum locorum notitiã peruenimus,duplicẽ eſſe,exẽplo pulmonis declarat.

Quos affectus patiatur pulmo, & à quibus humoribus.

Cur vehementer tuſſiendo pauca aliquis expuat

Quos affectus patiatur pulmo ex intemperie tantum ſiue inæquali, ſiue æquali.

Ruptiones in pulmone vnde fiant, & quomodo cognoſcendæ.

De vlceribus pulmonis, & expuitione ſubſtantiæ ipſius.

Hiſtoria Antipatri medici qui ſine febre omne inæqualitatis genus in pulſu habebat, ob obſtructionem pulmonis

LIBER QVINTVS Explicat affectus cordis, thoracis, ſepti tranſuerſi, gulæ, oris ventriculi, & iocinoris. Continet autem Capita vij.

Caput Primum.

DEperdita cordis actione, deperire etiã cerebri, & iecinoris actiones, non autẽ è cõtra.
Cur per vehementem apoplexiã, ſuperno tantũ principio vitiato ſubito mors ſequaẽ.
Quomodo ex iocinoris affectibus mori animal contingat.

Caput Secundum.

Qui ſint proprij cordis affectus, quibus vt pars ſimilaris laborare ſolet, & qui parui, qui magni.
De affectibus quibus cor laborat, vt pars inſtrumentalis.
De affectibus tunicæ quæ cor inuoluit.
De vulneribus in ſubſtantia cordis inflictis.
De palpitatione cordis. De eius panniculo affecto.
Quæ ſpirationis difficultas à corde oriatur.

Caput Tertium.

De affectibus, qui propriè ad thoracem pertinent.
Reprehendit errores Eraſiſtrati, quum rationem reddere conaretur tranſumptionis puris, & ſanguinis ex thoracis ſpatio in aſperam arteriam.
De morbo laterali, & eius accidentibus.

Caput Quartum.

Septum tranſuerſum quibus nominibus appellatum fuerit.
Quibus de cauſis delirare homines ſoleant.
In quo differant deliria, quæ fiunt affecto ſepto tranſuerſo ab ijs, quæ fiunt in phrenitide, & quę ſit cuiuſque præcipua, & propria nota.
Quæ phrenitis fiat per proprium cerebri affectum, & quæ per conſenſum aliarum partium.
Delirium à ſepto tranſuerſo excitatum, etſi per conſenſum ſit, ferè perpetuum eſſe.

Caput Quintum.

De affectibus eius partis, quæ media eſt inter fauces, & os ventriculi, œſophagus, & gula dicta.

Caput Sextum.

De affectibus, qui oriri ſolent ob os ventriculi.
Quomodo diſcernendi affectus oris ventriculi proprij, & quomodo ij qui fiunt per conſenſum aliarum partium.
Hiſtoria Grammatici, qui facili de cauſa comitialem morbum incidebat affecto ore ventriculi, quomodo cognouerit affectum Galenus, & quomodo curauerit.
De conuulſione ob os ventriculi affectum.
De ſyncopa ob os ventriculi malè affectum.
De pica, nauſea, & alijs ſymptomatibus ex ore ventriculi.
De abſceſſibus vlceribus, & alijs tumoribus in ore ventriculi.
De ſanguinis expuitione, quæ ex ipſo proficiſcitur.

Caput Septimum.

De iecinoris, & lienis affectibus.
De octo muſculis abdominis; intra quos, ſub peritoneo ſitum eſt iecur.
De varijs iecinoris affectibus, inflammationibus Eriſypelatis, ſcirrhis, obſtructionibus, tum in gibba, tum in ſima ipſius parte.
Quibus de cauſis cibus ĩ ſanguinẽ nõ trãſmuteẽ, vt ĩ Anaſarca, & alijs ſpetiebus aquę intercutẽ.
De coloribus euenientibus ob ſplenis vitium.
De affectibus, qui ob ſolam Iecinoris imbecillitatem euenire ſolent, & de accidentibus quæ ſunt propria hepaticorum.
Hiſtoria medici Siculi, qui Iecinoris imbecillitate laborabat, ad quem Galenus ductus eſt à Glaucone, ac de admirabilibus eius prædictionibus.
De naturalibus facultatibus aliqua, ac de vi attrahendi Iecinoris, ſi lędatur, quid ſequatur.
De inflammatione, vel eriſypelate meſenſerij.
De vi contentrice Iecinoris imbecilla, & eius accidentibus.
De regio morbo, cauſis, ſignis, & proprietatibus eius.

LIBER SEXTVS Agit de affectibus lienis, inteſtinorum, renum, veſicæ, vteri, & colis. Continet autem Capita vj.

Caput Primum.

CVm lien cum hepate communes habeat affectus, qui ſint, & in quo differant.
Error medicorum, quorundam circa affectus lienis, & Iecinoris.

Aduerſus

Aduerſus eos,qui aquam intercutem conſiſtere poſſe putabant nullo loco affecto.

Caput Secundum.

De inteſtinorum affectibus proprijs.

De dyſſenteria,quæ fit ob inteſtinorum vlcus,quę propriè eſt dyſſenteria,& eius ſignis,& cauſis,& quæ pars ipſorum inteſtinorum afficiatur.

In quo differat hæc dyſenteria,ab ea quæ fit ex hepate.

De tineſmo, quod eſt vlcus in recto inteſtino.

De dolore coli, & quomodo dignoſcatur à dolore renum.

Medici fere omnes,& populares vehementiſſimos dolores in quacunque parte eueniebant, ad coli dolores referebant.

De ileo, ideſt voluulo, qui eſt inteſtinorum affectus.

De lienteria, & ventralibus diſpoſitionibus.

Caput Tertium.

De nephriticis, & eorum ſymptomatibus,& quomodo diſtinguantur à colicis.

Signa quibus cognoſcitur abſceſſum in renibus collectum, atque vlceratorum renum ſigna manifeſta.

De excretione ſubſtantiæ pilis ſimilis.

De diabete, ſiue vrinæ profluuio,vnde fiat, & multæ de hoc dubitationes, & de cauſa ingentis ſitis,quæ in diabete accidit.

Caput Quartum.

De affectibus proprijs veſicæ,vt vrinæ retentio, eius idem ſtillicidium, & immoderata vrinæ excretio.

De grumo ſanguinis in omnibus partibus,quæ ſymptomata afferat,notatu digna,præſertim in veſica, cuius hiſtoriam, & curationem recenſet.

Ad affectæ ſedis notionem non ſolum præſentia, ſed etiam præterita accidentia conſideranda eſſe,exemplo affectus veſicæ, & renum declarat.

De excretione puris, vel cum vrina, vel ſine vrina.

Caput Quintum.

De vteri affectibus, & primo de ſtrangulatione dicta,& eius ſymptomatis,& ſpetiebus.

Quæſtio,cur perſpirationis munus deperdatur, & quomodo ſi deperditur, viuere poſſint, & quam ob cauſam corpus refrigeretur.

De noxa ex retento ſemine proficiſcente.

Quomodo exiguus ſuccus tantorum malorum poſſit eſſe cauſa,phalangij exemplo declarat.

Quæſtio,an in animali corruptio talis naſci poſſit,vt veneni qualitatem,& vires æquet.

Num vterus loco moueatur,& aſcendat vſque ad ſeptum,erretque,vt aliqui dixerunt, & num vterus ſit animal.

Cur vterus modo ſurſum, modo in latus videatur moueri, & quomodo fiant eiuſdem peruerſiones, ex Hippocrate declarat.

De accidentibus quæ contingunt ob retenta menſtrua,vel immodice fluentia.

Caput Sextum.

De affecti colis indicijs.

De gonorrhæa,& priapiſmo, quid ſint.

Quæ cauſa ſit,vt cum quis libidine ſtimulatur,aut ſupine decumbit, colis extendatur.

Ex ſui natura citra doctrinam aliquam animal operari exemplo hædi explicat: ac de admirandis naturæ operibus in ſingulis animalibus actionibus.

Ad priapiſmi diſpoſitionem redit, & eius cauſas, & quibus eueniat.

GALENI DE PVLSIBVS AD TYRONES LIBER, differentias, & cauſas pulſuum abſoluit, quod ad Tyrones pertinet introducendos. Continet autem Cap. xj.

Caput Primum.

Omnium arteriarum eundem eſſe motum, & quibus in locis is ſit manifeſtior; atque eam quæ in carpo eſt omnibus alijs eſſe opportuniorem.

Caput Secundum.

De quantitate diſtentionis: & de dimenſionibus cuiuslibet corporis, ac de pulſu lato, longo, & alto.

Caput Tertium.

De quatuor pulſuum differentijs in ictu.

Caput Quartum.

De altera pulſuum differentia in interuallo, quod tempus appellatur.

Caput Quintum.

De æqualitate, & inæqualitate in dictis omnibus pulſuum differentijs.

Caput Sextum.

De ordine, & ordinis perturbatione in pulſibus.

Caput Septimum.

De inæqualitate quæ eſt in vno pulſu, & in quo con ſiſtat inæqualitas, ac de ſimplicibus inæqualitatibus.

Caput Octauum.

De compoſitis inæqualitatibus pulſuum.

Caput Nonum.

De triplici pulſuum mutatione, naturali, non naturali, & præter naturam, ſe dicturum aſſerit.

De pulſu naturali, habito reſpectu ſeſſus, temperaturæ, ætatis, anni temporum, regionum, prægnantium, dormientium, & aliorum huiuſmodi.

Caput Decimum.

De mutationibus pulſuum, quæ cauſas habent non naturales, ex balneis, cibis, potibus, & reliquis, quæ refrigerare, vel calefaecere poſſunt.

Caput Vndecimum.

De mutatione pulſuum ex cauſis præter naturam, quas multas ſigillatim recenſet ex varijs affectibus prouenientes.

GALENI DE PVLSVVM DIFFERENTIIS Libri quatuor; quorum

PRIMVS Genera prima, ac ſingulas pulſuum differentias pertractat ex propria opinione. Continet autem Capita xxx.

Caput Primum.

DIſputationem de nominibus inutilem eſſe, & eſſe Sophiſtarum inuentum; exemplũque affert pulſus vehementis, qui varijs nominibus appellabatur à multis, quę nihil ad artem faciunt.

Caput Secundum.

Primum omnium Hippocratem pulſus nomen literis tradidiſſe; & ab alijs qui ſucceſſerunt ſeruatum fuiſſe.

Proponit ſe dicturum quot ſint omnium pulſuum differentiæ, nihilque referre an genera, an ſpecies, ſeu aliquid aliud dicas.

Caput Tertium.

De generalibus differentis omnibus, quæ in vno pulſu incidunt, ac de duabus alijs quas collectiuas dicunt.

Caput Quartum.

De nouem differentijs pulſuum in diſtentionis quantitate in vna tantũ dimẽſione acceptorũ.

De differentijs pulſuum viginti ſeptem, ſi vnaquęque tribus dimenſionibus comprehendatur, quarum omnium tabellam apponit.

Caput Sextum.

De differentijs pulſuum ſumptis à qualitate percuſſionis, & cauitatis arteriæ.

Caput Septimum.

De differentijs pulſuum qui in tempore quietis conſiſtunt, & de ſecta, quæ ſe ſolam diſtentionem dicebat ſentire.

Caput Octauum.

De altera ſecta, quæ contractionem in pulſu dicebat ſe percipere.

Caput Nonum.

De differentijs quietis, & rhythmi in pulſibus

Caput Decimum

De æqualitate, & inæqualitate, de ordine, & ordinis perturbatione in pulſibus.

Caput

Caput Vndecimum.

De collectiuæ,inæqualitatis differentia, & primo de inæqualitatibus illis,quę æqualiter procedunt.

Caput Duodecimum.

De inæqualium inæqualitatum differentijs.

Caput Decimumtertium.

De inæqualitate in vno pulſu ſecundum motionis genus in vna parte.

Caput Decimumtertium.

De prima differentia inæqualitatis in vno pulſu ſecundū motus ratione͂,cuius tabella ponitur.

Caput Decimumquintum.

De ſecunda differentia inæqualitatis in vno pulſu ſecundum motum.

Caput Decimumſextum.

Differentiæ pulſuum in vna parte inæqualiter inæqualium, quorum tabellæ binæ ponuntur.

Caput Decimumſeptimum.

De tertia differentia pulſuum in vna parte inæqualium.

Caput Decimumoctauum.

De inæqualitate diuerſarum partium in vna diſtentione.

Caput Decimumnonum.

De differentijs motus interrupti in pulſu.

Caput Vigeſimum.

De inæqualitate quantitatis diſtentionis in diuerſis arteriæ partibus.

Caput Vigeſimumprimum.

Differentię inæqualitatis vitalis contentionis.

Caput Vigeſimumſecundum.

De inæqualitate corporis arteriæ.

Caput Vigeſimumtertium.

De inæqualitate quæ fit ab infuſa materia in arteriæ cauitatem.

Caput Vigeſimumquartum.

De pulſu,qui caloris qualitatem indicat.

Caput Vigeſimumquintum.

De inæqualitate pulſus à ſede arteriæ.

Caput Vigeſimumſextum.

De pulſu vndoſo, & vermiculante, & in quo differunt.

Caput Vigeſimumſeptimum.

De pulſu formicante.

Caput Vigeſimumoctauum.

De pulſu vibrato, & conuulſiuo.

Caput Vigeſimumnonum.

De pulſu caprizante ab Herophilo appellato.

Caput Trigeſimum.

De inæqualitace crebritatis,raritatis, & rhythmi in diuerſis pulſibus.

Caput Trigeſimumprimum.

De inæqualitate crebritatis, raritatis, & rhythmi in vno pulſu.

LIBER SECVNDVS Propria, & accommodata pulſuum nomina docet, & Archigenis errores explicat. Continet autem Capita x.

Caput Primum.

VSum huius libri eſſe diuerſum à primo.

Caput Secundum.

De vſu nominum aduerſus Sophiſtas, qui variarum linguarum nomina Barbara Græcis intermiſcebant, nec ijs quidem integris, ſed corruptis.

Caput Tertium.

Quomodo Sophiſtæ definitionibus abuterentur,ac de ipſorum inconſtantia, qui eodem tempore definitiones petebant, eaſdemque reſpuebant: ac de quinque illorum lapſibus in definitionibus tradendis.

Diſputatio, quam habuit cum quodam, qui ab ipſo, quid ſit plenus pulſus, poſtulauit, ac de æquiuocatione tollenda.

Caput Quartum.

Difinitio Archigenis de pleno pulſu redarguitur, ac de eiuſdem erratis circa octo pulſus qualitates.

Magnum,& paruum non eſſe qualitatem, vt Archigenes ponebat.
De pleno,& vacuo pulſu error Archigenis,qui plenitudinem eſſe genus eius dicebat.

Caput Quintum.

De nominum,& vocum vtendarum ratione, ac de linguis vſurpandis multa aduerſus Sophiſtas illius temporis.

Caput Sextum.

Aduerſus Archigenem,qui nomina pulſuum generis nomine appellauerit, & quo pacto appellanda ſint ſingula pulſuum genera.
Magnum, & paruum etſi videantur eſſe ad aliquid, quantitatem ſignificare, & de quantitate pulſuum.

Caput Septimum.

Archigenem ſecum pugnare,& vehementer errare in pulſuum differentijs quærendis, Cum omnia genera confuſa,& indiſtincta pertractarit.

Caput Octauum.

Quomodo Galenus pulſuum vniuerſam naturam in differentias deduxerit.
Differentias cuiuſque dimenſionis eſſe omnibus aliarum copulas, cuius rei vt in exemplo tabellam apponit.
Omnium differentiarum pulſuum,non magnitudinem, vt Archigenes,ſed quantitatem diſtentionis vnum commune genus eſſe.

Caput Nonum.

Quomodo diſtinguenda ſint prima,& communia genera pulſuum omnium.
Harum rerum commentationem requirere hominem exercitatum in prædicamentis.

Caput Decimum.

De nomine differentiæ. Archigenis verba ponuntur,in quibus circa differentiæ nomen errores oſtenduntur,ac perperam ipſum primas pulſuum differentias, qualitates appellaſſe.
Chryſippum tangit circa nominum impoſitionem, quod faciebat etiam Archigenes.

LIBER TERTIVS, Redarguit Archigenis, & pneumaticorum opinionem ſub exemplo pulſus vehementis, & languidi,pleni, & vacui, duri, & mollis. Continet autem Capita vij.

Caput Primum.

INutilem eſſe Archigenis de nominibus contentionem, ipſumque erraſſe in definiendo pulſum vehementem.

Caput Secundum.

Archigenem ignoraſſe vehementem pulſum,ac ipſum cum propria cauſa cõfudiſſe.
Quæ ſit cauſa vehementis pulſus,Herophili,Athenei,Aſclepiadis,& Pneumaticorum opinio.

Caput Tertium.

Archigenem aberraſſe in languido pulſu tradendo, & præter rem ab ipſo mentionem eſſe factam pulſus grauis.
Chriſtianos tanquam in ſua lege valde obfirmatos reprehendit.

Caput Quartum.

Nomen grauis pulſus,nomen eſſe tantum,nõ autem rem, ac multa nomina ponit, quibus vſus eſt Archigenes ad varias pulſuum differentias explicandas,valde obſcura, & inutilia.

Caput Quintam.

Propria Galeni opinio de pulſu,pulſu vehementi,ac eius cauſa.

Caput Sextum.

Aduerſus Pneumaticos de pleno,& vacuo pulſu,ac de ratione nominum transferendorum, ac de metaphoræ vſu.

Caput Septimum.

Quæ propriè ſint duri,& mollis ſignificationes,ac de errore Pneumaticorũ in his intelligẽdis.

LIBER QVARTVS, Refellit definitiones veterum, qui varijs ſectis adhærentes, ſe pulſuum notitiam tradere opinabantur. Continet autem Capita xvij.

Caput Primum.

QVid egerit in præteritis libris declarat, & quid acturus ſit in ſequentibus, quod ad pulſus attinet.
Se audacia,& ignorantia aliquorum adductum, vt præteritis diſputationibus vteretur,qui temere definiebant,& inanibus nominibus vtebantur.

Caput

Caput Secundum.

In quantam loquacitatem inciderint ij, qui ante ipſum, pulſum definire voluerunt,& quot modis definierint.

Eorundem diſſenſio circa ventriculos cordis; item & circa pulſationes arteriarum.

Diffinitionum eſſe duo prima genera,nominis,& rei,& earum explicatio.

Incipit explicare pulſus veram definitionem.

Caput Tertium.

Qualis pulſus definitionem tradiderit Heraclides Tarentinus, & Empirici aliqui; & quid illorum definitioni oppoſitum fuerit ab alijs.

Quid dixerit Herophilus aduerſus Praxagoram ſuum præceptorem de palpitatione, & tremore, & conuulſione. *Caput Quartum.*

De duplici definitione pulſus Alexandri Philalethis.

Caput Quintum.

Demoſthenis Philalethis pulſus definitio.

Diſſenſio eorum,qui dicebant pulſum conſtare ex diſtentione,& contractione, & illorum,qui ex ictu,& interuallo. *Caput Sextum.*

Bachij pulſus definitio qualis, & Eraſiſtratorum contra eam definitionem diſputatio.

Caput Septimum.

Ariſtoxeni Herophilij pulſus definitio, & in eum diſputatio.

Caput Octauum.

Zenonis pulſus definitio,& in quo inſimulta fuerit ab Ariſtoxeno.

Caput Nonum.

Chryſermi definitio pulſus, & circa eam quæſtiones.

Caput Decimum.

Heraclidis Erythræi definitio pulſus,& in quo differat à definitione ſui pceptoris Chryſermi.

Altera Ariſtoxeni definitio, quam dicebat eſſe priore clariorem: ac de opinione Aſclepiadis.

Philonidis Siculi definitio pulſus, & eius epichiremata.

Caput Vndecimum.

Agathini definitio pulſus,& eius inanis loquacitas.

Vnum ne à pulſus nomine, an multa denotentur, quæſtio.

Caput Duodecimum.

Quam Archigenes tradiderit pulſus definitionem.

Caput Decimumtertium.

Magni definitio pulſus.

Caput Decimumquartum.

Athenei definitio pulſus: altera item definitio eiuſdem.

Caput Decimumquintum.

Aſclepiadis,& eius diſcipulorum pulſus definitio.

Caput Decimumſextum.

Moſchionis cognomento Correctoris definitio pulſus.

Caput Decimumſeptimum.

De definitionibus quas attulerunt Eraſiſtrati diſcipuli,ac de eorum magna diſſenſione.

Reprehendit multiplices,& varias nugas circa pulſuum definitiones tanquam inutiles exemplum afferens duorum adoleſcentium ad ægrum accendentium.

GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS Libri quatuor; quorum.

LIBER PRIMVS Pertractat de diſtentione, & contractione, ac primis, & principibus pulſus partibus per ſenſum dignoſcendis. Continet autem Capita x.

Caput Primum.

Totam de pulſibus comentationem in quatuor præcipuas partes eſſe partitam,& quæ partes ſint philoſophorum propriæ, quæ medicorum,& quæ vtrorunque.

Quæ conſideranda ſunt in dignoſcendis pulſibus ob quæ difficilior eſt ipſa cognitio.

Quomodo multo tempore laborauerit Galenus in cognoſcenda contractione, poſtea paulatim omnia perceperit.

Quam

Quam viam tenebit in docenda dignotione pulſuum.

Caput Secundum.

De quatuor principijs,& quaſi elementis,quæ pertinent ad pulſuum dignotionem; ac primum aduerſus Empiricos diſputat.

Caput Tertium.

De ijs qui aiebant contractionem non poſſe ſentiri, & ijs qui poſſe ſentiri dicebant, Galeni hæſitatio,& vnde exortus rectam viam, & rationem inuenerit.

Caput Quartum.

Exemplo veſicarum,& vtrium repræſentat contractionem pulſus.

Compreſſionem digitorum in veſicam, vel vtrem plenum comparat tactum digitorum in ipſam arteriam. *Caput Quintum.*

Quid primum ſentiamus dum tangimus arteriam, & digitis comprimimus; quid poſtea; & quanta compreſſione indiget vnuſquiſque pulſus.

Quid ſcire debent qui exercitare tactum volent ad manifeſte ſentiendam contractionem.

Caput Sextum.

Exercitatio particularis indagandi contractionem arteriæ, quibus ſanis, & quibus ægrotis ea ſit manifeſtior.

Nos ſentire recedere arteriam non autem receſſiſſe,ac duritiem nihil facere ad contractionem percipiendam,cuius rei cauſam nunc apponit.

Caput Septimum.

Quomodo applicanda ſit manus in percipiendo pulſu,& qua cauſa.

Caput Octauum.

Quæ pars diſtentionis, & contractionis à nobis percipiatur, & quæ nos fugiat; & diſputatio aduerſus eos qui ſe diſtentionis primum impetum cognoſcere dicerent.

Caput Nonum.

Quanta pars diſtentionis, & contractionis non ſentiatur.

Caput Decimum.

De cognoſcenda interna, & externa quiete arteriæ.

LIBER SECVNDVS, Agit de ijs,quæ in diſtentione pulſus conſiderantur, & quomodo moderatus pulſus in vnoquoque genere inueniatur. Continet autem Cap. iiij.

Caput Primum.

Qua ratione cognoſci poſſint quæ inſint in vnaquaque parte pulſus, initio facto à diſtentione.

Diſtentionem eſſe principem partẽ pulſus,& plurimum ad præſagiendũ conducere.

Motui omni quæ inſint.

Celeritati pulſuum diudicandæ, quid expendere oporteat, & quid tarditati.

Vermicantem, & formicantem pulſum ſibi mutuo ſuccedere.

De magno, & paruo, quomodo intelligenda.

Caput Secundum.

Quam latè pateat ipſius magni,& parui intelligentia, & quomodo ad aliud ſemper referantur.

Quomodo moderatus pulſus ſit inueniendus,& cognoſcendus,examinat,& pro exemplo medium ſumit inter magnum,& paruum pulſum.

In omni natura proprius corporum pulſus animaduertendus.

Quæ diſtinctio adhibenda in pulſuum cognitione,exemplo eorum qui ſe exercent,declarat.

Pulſuum permutationes cognituris tria ſpectanda eſſe.

Quam ardua ſit obſeruatio pulſuum per experientiam tantum, & de difficultate empiricæ obſeruationis.

Viam oſtendit, & rationem qua moderatum pulſum reperire poſſimus.

Caput Tertium.

Pulſum naturæ optimæ aliorum omnium regulam, & menſuram exiſtere, & quæ ſit optima temperatura.

Dubitatio,num poſſit vnus pulſus in quantitate diſtentionis moderatus eſſe; & ſolutio.

Quid rogare ſoleat Galenus illos medicos,qui magnum,& paruum pulſum dictitabant,& quis ſit naturalis, & de pulſibus ſecundum anni tempora, aduerſus ſui temporis medicos.

De pulſu puerorum,& ſenum; & Herophilus defenditur.

Caput Quartum.

Quis ſit moderatus pulſus in quantitate diſtentionis,& quæ ſit eius dignotio.

Pulſus in omni genere moderatos, & immoderatos inueniendi ratio.

LIBER

LIBER TERTIVS Docet rationem dignoſcendorum pulſuum, qui in qualitate motus, & in quantitate diſtentionis, & in proportione motuum & quietum conſiſtunt. Continet autem Capita iij.

Caput Primum.

Pulſus celer, & tardus quis ſit.
Pulſuum celeritatem, vel tarditatem, vt cognoſcamus, neque temporis, neque interualli quantitatem eſſe ſpectandam.
An corpus dum mouetur, etiam maneat aliquo modo.
Motus celeritatem, aut tarditatem ex locis vbi mouentur corpora iudicari.
Ratione omnem motum, non ſenſu dignoſci.
Quantam compreſſionem quiſque pulſus ferat.
In optima conſtitutione moderatus in motu pulſus, ex qualitate explorandus non ex interualli quantitate.

Caput Secundum.

De quantitate diſtentionis dignoſcendæ.
Arteriæ dimenſiones eſſe tres, quarum nullam totam à nobis percipi.
Senſu nullius dimenſionis exacte dignoſci poſſe quantitatem, & qua cauſa.
Quomodo vnaquæque dimenſio arteriæ dignoſci poſſit.
Qua applicatione tactus quis ad vnguem motum ſentiat arteriæ; dubitatio, & ſolutio.

Caput Tertium.

De rhythmis dignoſcendis.
Ad dignoſcendum rhythmum ſolam quantitatem temporis, quæ in motu abſumitur, explorari debere.
Rhythmum in ſolis dignoſci vehementiſſimis pulſibus.
In comparatione qualitatis motus diſtentionis cum qualitate motus contractionis differentiæ primę nouem, & earum tabella.

LIBER QVARTVS Docet quo pacto ictus in pulſu comprehendatur, & refellit Archigenem, & Agathinum circa plenum pulſum dignoſcendum. Continet autem Capita iij.

Caput Primum.

De ictu, quem violentum occurſum appellat, ſe dicturum pollicetur.
Qua cauſa tam multis pulſibus, vnus communis comitari videatur affectus, violentia ſcilicet ictus.
Aduerſus medicos qui diuerſas pulſuum ſpecies appellabant vehementes, exemplumque ſumit à veloci pulſu.
Pulſuum vehementer ferientium duo tantum genera haberi.
Dura quæ ſint; & quid ſit duri proprium, item & mollis.
Aliud nos ſentire cum tangimus vehementia, aliud cum dura.

Caput Secundum.

Num interſit inter plenum pulſum, & vehementem, aduerſus aliquos antiquos.
Geminam eſſe pulſuum naturam.
De pleno pulſu Herophilum nihil ſcripſiſſe, eius verò ſectatores vana multa.
Verba ipſa Archigenis ponit de pleno pulſu, eaque ſigillatim examinat, & refellit.
Agathini verba examinat, & quærit an penitus aliud in vehementibus genus, aliud in plenis ſtatuat.
Quomodo idem Agathinus expoſuerit affectus tactus in vehementibus, & languidis pulſibus, & quomodo Archigenes.
An arteriæ ſanguinem contineant cum naturę lege diſpenſatur animal.
Plenus pulſus quid ſit, & ſi multa ſcripſerit Archigenes, tamen ex ſe intelligere non potuiſſe aſſerit Galenus.

Caput Tertium.

De pleno pulſu aduerſus eundem Archigenem diſceptatio.
De duobus plenitudinis generibus in pulſu.
Nullum ſenſum eſſe, quo dignoſcas, in arterijs contentus ſanguis quàm ſit multus, & qualis, exemplo trium ſpecierum hydropis.
Quomodo licebit cognoſcere quantitatem, & qualitatem contenti humoris in arterijs.
De varietate ſententiarũ circa Herophili opinionẽ de pleno pulſu, ac eius verba examinãtur.

GALENI DE CAVSIS PVLSVVM LIBRI quatuor; quorum,

PRIMVS Docet quæ cauſæ ſint vehementis, duri, magni & celeris, pulſus. Continet autem Capita xij.

Caput Primum.

De generibus cauſarum pulſus, quot ſint, & quæ.

Caput Secundum.

De cauſa pulſuum, quam facultatem appellari dicit, & ſi ſubſtantia ignoretur.

Caput Tertium.

De continenti cauſa pulſuum ex vſu.

Caput Quartum.

De reliqua continenti cauſa pulſuum ex inſtrumentis.

Caput Quintum.

Quos pulſus efficiat calor, & qui pulſus peculiares ſint copioſo calori.
Vt celer, vel magnus pulſus fiat, tria concurrant genera cauſarum oportet.

Caput Sextum.

Quos pulſus efficiat defectus caloris natiui.

Caput Septimum.

Pulſus omnes medios eſſe naturales, excepto illo, qui habetur inter vehementem, & languidũ.
Quos pulſus gignat vinum modice potum.
Quos pulſus gignat iracundia.
Pulſuum qui nam vni ſemper cauſæ adhæreſcant, eamq; fideliter indicẽt, & qui rurſus familiares ipſis tantum cauſis dicantur.
Celeritas pulſuum à quibus cauſis oriri poſſit.
Pulſuum magnitudo ex quibus cauſis oriri poſſit.
Facultate exiſtente valida, nunquam pulſus fieri perfectè tardos, vel paruos.

Caput Octauum.

De pulſuum quatuor differentijs, dum facultas ſimul atque vſus mutatur.

Caput Nonum.

De cauſis pulſuum ex differentijs inſtrumentorum.
De pulſuum differentijs pro mollitudine, vel duritie organorum.
Si cum duritie refrigeratio concurrat, & calor cum mollitudine, qui pulſus efficiantur.
Si mollities, & frigiditas concurrant, qui pulſus efficiantur.

Caput Decimum.

Quos pulſus efficiant inſtrumentorum differentiæ cum facultatis differentijs coniunctæ.

Caput Vndecimum.

De continentium cauſarum variantium pulſus, octo coniugationibus.

Caput Duodecimum.

De vſu exercitationis, in cauſis pulſuum cognoſcẽdis, exemplo propoſito vnius celeris pulſus.
Pulſus, nec celeres poſſe eſſe, nec magnos, niſi vſus poſtulet, ac quantus pulſuum generationis ſit vſus.

LIBER SECVNDVS Explicat cauſas pulſuum inæqualium, & eorum qui ordinem, & rhythmum ſeruant. Continet autem Capita xv.

Caput Primum.

Pulſus inæquales à quibus cauſis proficiſcantur.
Pulſuum generationis cauſas continentes eſſe tres inſtrumẽtum, facultatẽ, & vſum.
Facultatis læſioni quę pulſus inæqualitas ſuccedat.

Caput Secundum.

Inſtrumentorum vitia quomodo inæquales pulſus efficiant.
Ex aliquo tumore præter naturam poſſe fieri pulſus inæquales.
Pulſuum inæqualitatem accidere interdum ob ſanguinis copiã in venas, aut arterias infuſam.

Si

Si inſtrumentum ſit illæſum,ſed facultas valde infirma,quam pulſus inæqualitatem efficiet.

Caput Tertium.

Facultatis oblęſiones diuerſas varias pulſuum inæqualitates producere.

Decurtatorum pulſuum differentiæ, de pulſibus intermittentibus,& decidentibus.

Caput Quartum.

Inæqualitatis in vno pulſu cauſæ.

Diſtentionum pulſus,quiete interpellatarum tres differentiæ,& alteræ tres differentiæ vbi prio re motu tardo,alter trifariam variet, & aliæ tres cum à primo motu moderato, alter tribus modis conuertatur,ita vt omnes ſint nouem.

Caput Quintum.

De cauſis pulſuum, qui totius diſtentionis habent quidem perpetuum motum, non tamen pari celeritate.

Pulſuum in contraria affatim permutatorum quid proprium.

Caput Sextum.

Cauſæ vibratorum,& dicrotorum pulſuum. Dicrotus tantum pulſus qui dicatur,& dicrotus, ac vibratus vnde.

Caput Septimum.

Caprizantis pulſus cauſæ, & in quo cum dicroto pulſu conueniat.

Caput Octauum.

Vndoſorum pulſuum,& vermiculantium cauſæ.

Vndoſos,& vermiculantes pulſus ſola differre quantitate.

Arteriarum partes omnes,dum animal rectè ſe habet eodem moueri tempore.

Caput Nonum.

Decurtati pulſus vnde proueniant, eosque conſequi imbecillitatem facultatis à qua pulſus creantur.

Caput Decimum.

Annuentes pulſus,circumuentesq; vnde oriantur,& eorum natura.

Caput Vndecimum.

Inæqualitates ex ſitu arteriæ cauſæ.

Caput Duodecimum.

Conuulſiui pulſus cauſa.

Quomodo poſſit fieri conuulſio in arteria, ſi non oritur à cerebro, ſed è corde.

Arterijs ſingulis ineſſe fibras à neruis deductas.

Caput Decimumtertium.

De cauſis pulſorum,qui dicuntur alti,humiles,lati,anguſti,longi, & breues, & quando horum quiſque accidat.

Qua cauſa naturalis eorum proportio conſtare,vel perire ſoleat.

Qua cauſa multis gracili corpore, nec facultate firma ſi iraſcantur, magni, & non alti videantur eſſe pulſus.

Caput Decimumquartum.

Pulſus ordinati,& inordinati cauſæ.

Ordinem æqualitatemque naturæ familiarem exiſtere.

Caput Decimumquintum.

De cauſis rhythmorum mutatorum.

Excrementorum quantitatem reſpondere quantitati confectorum ſuccorum.

LIBER TERTIVS Agit de naturalibus, ac non naturalibus cauſis, quæ non per ſe, ſed continentibus, ac primis mutatis, cauſæ pulſuum dicuntur. Explicatq; capita ex introductorio. Continet autem Capita xvij.

Caput Primum.

SE explicaturum dicit cauſas quæ nō per ſe, ſed quòd mutent primas, cauſæ pulſuum uocantur, quæ ſunt partim præter naturam,partim naturales,& partim mediæ.

Caput Secundum.

Viros in vniuerſum habere pulſus longè maiores, & vehementiores mulieribus & qua cauſa.

Præter pulſus in quo differat conſtitutio viri à mulierum conſtitutione.

Mulierum pulſum eſſe celeriorem quàm virorum.

Caput Tertium.

Calidorum natura pulſus eſſe maiores,celeriores,& crebriores,non autem vehementiores.

Caput Quartum.

Gracilium pulſus qui ſint, & qua cauſa.

Caput Quintum.

Pulſuum cauſæ, qui ſecundum ætates permutantur, & eorum differentiæ.
Iuuenum pulſus eſſe maximos.
Puerorum pulſus celerrimos, magnos, & crebros eſſe.
Senum pulſus paruos tardos atque raros, & cauſa.

Caput Sextum.

De cauſis pulſuum qui mutantur pro temporibus anni.
Pulſuum differentias ſecundum tempora, referri ad vſum, facultatem, & inſtrumenta.
Ver medium eſſe temperatiſſimum, quo tempore optimè ſe habent corpora.
Calorem innatum eſſe temperatum, acquiſititium verò intemperatum.

Caput Septimum.

Pulſus immutari à regionibus non ſecus, ac à temporibus.

Caput Octauum.

Prægnantium pulſus eſſe maiores, crebriores, & celeriores.

Caput Nonum.

Somni quos pulſus efficiant.
Concoctricem facultatem per ſomnos intro ſe recipere.
Contractiones arteriarum per ſomnos cur celeriores ipſis dilatationibus fiant.
Si ſomnus poſt confectos ſuccos perduret, immoderatum exiſtere, & qua cauſa.
Somnum eſſe mortis fratrem, ac viam ad interitum.

Caput Decimum.

De cauſis mutationis pulſuum eorum, qui ex ſomno expergiſcuntur.
Somnus quo fiat modo, tum naturalis, tum præter naturam, & quomodo vigilantiæ.

Caput Vndecimum.

Aſcititiæ habitudines, vt pulſus naturales immutent.

Caput Duodecimum.

De Aſcititijs corporis temperamentis, & eorum pulſibus.
Aſcititia temperamenta perinde naturalia permutare pulſus.

Caput Decimumtertium.

De pulſuum mutatione pro exercitationum varietate.

Caput Decimumquartum.

De pulſuum mutatione ex balneis calidis.
Balneorum moderatorum commoda.
Balnea immodica facultatem diſſoluere.

Caput Decimumquintum.

Balnea frigida quomodo pulſus immutent.

Caput Decimumſextum.

De pulſuum mutatione pto varijs ciborum modis.

Caput Decimumſeptimum.

De mutatione pulſuum ex potu vini.
Vinum cur pulſum maiorem, & celeriorem reddat, quàm cibus.
Vermiculantes, & formicantes pulſus quando gignantur.

LIBER QVARTVS Agit de cauſis præter naturam, quæ tum animi, tum corporis affectione pulſus immutant. Continet autem Capita xxvij.

Caput Primum.

Quæ pulſuum cauſæ ſuperioribus libris explicatæ ſunt, & quæ hoc libro explicandæ?

Caput Secundum.

Iræ pulſus qualis, & eius cauſa.
Cur pulſus per bonas iudicationes fiant vehementes.

Caput Tertium.

De cauſis pulſuum in lætitia.
Lætibu sdiffundi calorem per vniuerſum corpus.

Caput Quartum.

De cauſis pulſuum in triſtitia.

Caput Quintum.

De cauſis pulſuum timoris.

Timorem inueteratum à triſtitia non differre.

Caput Sextum.

Cauſa mutationis pulſuum pro dolorum varietate.

Caput Septimum.

Cauſa mutationis pulſuum pro ratione inflammationum.
Inflammationes diuerſarum partium varia ſymptomata inducere.
Arterioſis partibus inflammatis cur inæquales fiant pulſus.

Caput Octauum.

De cauſis pulſus Pleuriticorum.
Pleuritidis eſt proprium ſignum ſerrans dictus pulſus.
Pleuriticorum pulſum eſſe celerem, durum, & crebrum.
Pleuriticorum pulſus, ſi in maiorẽ crebritatẽ mutentur, nũtiare peripneumoniã, aut ſyncopẽ.

Caput Nonum.

De cauſis pulſus ſuppuratorum, ſuppurati qui ſint, & ſuppuratio quando accidat.

Caput Decimum.

De pulſibus marceſcentium.
Marceſcentis caloris pulſus.
Marceſcentium pulſum eſſe vndequaque æqualem, cum conſiſtat in ſolidis partibus.
Marcidorum ſimul cum inflammatione quales pulſus.

Caput Vndecimum.

De phtiſicorum pulſibus, eorumque cauſis.

Caput Duodecimum.

De cauſis pulſuum Peripneumonicorum.
Peripneumonicis omnibus adeſſe febrem acutam, ac nonnihil comatis.

Caput Decimumtertium.

De pulſu lethargicorum, & vnde gignatur.

Caput Decimumquartum.

De cauſis pulſus phreneticorum.
Phrenitim èললbilioſo humore produci.
Phreniticorum pulſibus quidnam adſit perpetuo.

Caput Decimumquintum.

De affectu q mixtus eſt ex phrenitide, & lethargo, & de pulſu eius affectus, & cauſa eius pulſus.

Caput Decimumſextum.

De catochorum pulſibus, & eorum cauſis.
Catochorum, ac lethargicorum differentia.

Caput Decimumſeptimum.

De cauſis pulſus coluulſorum.

Caput Decimumoctauum.

De paralyticorum pulſibus, & eorum cauſis.

Caput Decimumnonum.

De comitialium, & attonitorum pulſibus.
Comitialium pulſus eſſe pulſibus apoplecticorum ſimiles.

Caput Vigeſimum.

De pulſu Anginæ, & eius cauſa.

Caput Vigeſimumprimum.

De orthopneæ pulſibus, eorumq; cauſa, & quos pulſus mediocris habeat quos acuta, & vehementiſſima.

Caput Vigeſimumſecundum.

De cauſa pulſuum in vteri ſuffocatione.

Caput Vigeſimumtertium.

De pulſuum differentijs pro varijs oris ventriculi affectibus, & vnde gignantur.

Caput Vigeſimumquartum.

Hydropum ſingulæ ſpecies quam pulſuum differentiam ſortiantur, & vnde oriantur.
Timpanites vnde fiat, & eam replere vniuerſum corpus ſpiritu.
Anaſarca imbuit humiditate vniuerſum corporis habitum.

Caput Vigeſimumquintum.

De pulſu elephantiaſis, & eius cauſa.

Caput Vigeſimumſextum.

De pulſu Ictericorum, & eius ortu.

Caput Vigeſimumſeptimum.

Veratrum epotum quales pulſus efficere ſoleat, & qua cauſa.
Qui ex veratro ſuffocantur, quos habeant pulſus.

GALENI DE PRÆSAGITIONE EX PVLSIBVS
Libri quatuor; quorum,

PRIMVS Docet quo pacto pulſus, qui in diſtentione arteriæ conſiſtunt, oſtendant præſentem diſpoſitionem, & præcedentes ipſius cauſas externas. Continet autem Capita ix.

Caput Primum.

PRæſcientiam non eſſe futurorum tantum, ſed præſentium etiam, atq; præteritorum; cuius doctrinam bipartitam eſſe.
Eum qui hæc intelligere cupit, oportet exercitatum eſſe in antedictis tractationibus de pulſibus, cuius rei exercitationem proponit in pulſu magno.
Artificiales omnes modi cauſarum dignoſcendarum quæ in magnitudinem pulſum ſanis, & ægrotis conuertunt.
Cauſarum dignoſcendarum modi extra medicam artem poſiti.
De fraudolentis quorundam ſycophantarum moribus, & hiſtoria cuiuſdam diuitis, qui Galenum decipere volebat, in magnitudine pulſus.

Caput Secundum.

Exercitationem molitur in commutatione pulſus in paruitate, cuius tres eſſe differentias dicit.
Via inquirendi qua cauſa ſit effectus minor pulſus, quæ ſit.
Refrigerantes cauſæ tot numero eſſe, quot dixit eſſe caleſacientes.

Caput Tertium.

Dimenſiones diſtentionis arteriæ non ſemper tantas apparere, quantæ ſunt, ſed quandam partem eius delitеſcere.
Pulſus longi qui dicantur, qui breues.
Latitudinis motus quando in pulſu obſcuretur.
De viginti ſeptem pulſuum differentijs, qui in tabella de eorum differentijs poſiti ſunt, & complicatam habent longitudinem, & latitudinem.

Caput Quartum.

De eſſentia facultatis, ac de reliquis pulſibus, qui in quantitate diſtentionis conſiſtunt.
Facultatis eſſentiam ſingularum partium poſitam eſſe in commodo temperamento earumdem partium.
Temperiem, intemperiemque cordis ex quatuor elementis conflari.
Siccitas in quibus morbis arterias inuadat.
Noxa illata à vino quomodo deprehendenda.
Conuulſiuæ diſpoſitiones quæ ſint.
Duros ſimul, & paruos pulſus omnes ferè fieri vibratos, & quando vibratus pulſus accidat.
Facultatis imbecillitas quàm ſit magna vnde deprehendatur.

Caput Quintum.

De præſagijs ex mutatione pulſus in celeritatem, & tarditatem, iuxta primas, & ſimpliciſſimas mutationes.
De mixtis, & compoſitis mutationibus in celeritatem, & paruitatem.

Caput Sextum.

Diſtentionis arteriæ quatuor eſſe generales differentias.
Quantitatem diſtentionis arteriæ ſeptem, & viginti pulſuum differentias complecti.

Caput Septimum.

Vehementem pulſum à facultatis robore ſemper fieri.
Pulſus durus, & mollis vnde proficiſcatur.
Medium pulſum, qui naturalis ſit, dari nullum inter languidum, & vehementem.
Medius pulſus inter languidum, & vehementem quomodo dignoſcatur.
De alterationibus pulſuum quæ fiunt in remiſſionem, & vehementiam.

Caput Octauum.

Cauſas antecedentes, quæ facultatis robur augent, eſſe duplices.
Facultatem quæ deprimant.

Caput Nonum.

De cauſis præcedentibus, & externis pulſus mollis.
Pulſus ante omnia indicat coniunctæ cauſæ naturam, atque conſtitutionem.

LIBER

LIBER SECVNDVS Docet præſagitionem ex pulſibus qui in contractione arteriæ, in tempore quietis, in æqualitate, & ordine, ordiniſq́ peruerſione, conſiſtunt. Continet autem Capita xiij.

Caput Primum.

Contractioni arteriæ ineſſe quatuor genera pulſuum.
Contractionis celeritatem ſignificare magnam vim excrementi fuliginoſi, tarditatem contra.
Fuliginoſi excrementi quando plus, quando minus accreſcat.
Humores in aſperis pulmonum arterijs, vnde illuc confluant, & qua cauſa putreſcant.

Caput Secundum.

Crebritas, & raritas in pulſu quid indicent.
Quies arteriæ duplex, & vtrique quieti, quid ſit proprium.

Caput Tertium.

De rhythmis pulſuum, & quid de eo ſcripſerit Herophilus.

Caput Quartum.

De pulſuum inæqualitate, quid ea indicet.
Intermiſſionem arteriæ periculoſiorem eſſe alijs omnibus inæqualitatibus.
Intermittentes pulſus vnde oriantur.
Inæquali pulſui gignendo quæ requirantur.
Intermittentes pulſus minus perniciosos eſſe in ſenibus, & pueris, quàm in iuuenibus.
Pulſum omnino intermiſſum mortem ſignificare.
Raritas ab intermittente pulſu quomodo diſtinguatur, & vnde rarus pulſus gignatur.
Intermittentes pulſus cur pernitioſiores ſint raris.

Caput Quintum.

Crebri, & intercurrentes pulſus, quid ſignificent.
Intercurrentem pulſum intermittenti oppoſitum, & rarò crebrum.
Archigenis error, qui formicantem pulſum habet pro celeri.
Duriſsimum pulſum perinde ac molliſsimum eſſe periculoſum.

Caput Sextum.

De inæqualitate in vno pulſu ſibi dicendum proponit.
Inæqualitatem in vno pulſu intermittente eſſe periculoſiſsimam, & omnium inæqualitatum eſſe deterrimam.

Caput Septimum.

Quid ſignificent pulſus, qui in vna diſtentione duos habent ictus.
De cordis facultate, & motu.
Cor moueri eatenus, quatenus à particulis ſuis excitatur ad motum.

Caput Octauum.

De præſagijs ſumendis ex pulſu caprizante, & dicroto appellato.
Pulſuum bis ferientium generationes eſſe tres.

Caput Nonum.

Vndoſus, & vermiculans pulſus quando fiat.
Vermiculantem pulſum infirmam facultatem demonſtrare.
Vndoſus pulſus quid promittat, & vnde naſcatur.
Vermicantem pulſum ſolere citra febrem accidere.

Caput Decimum.

Decurtatorum pulſuum duplex eſſe genus, & eorum dignoſcendorum ratio, & quomodo ſint admouendi digiti ad arteriam.
Pulſum aboleri bifariam, & qua cauſa.
De pulſu reciproco decurtato.

Caput Vndecimum.

De genere pulſus commemorati contrario ab aliquibus reperto, & quid de eo ſentiat Galenus.
Nihil perinde facere ad dignoſcendos pulſus, vt pulſus natiui, quem quiſque habeat notitiã.
Pulſum decurtatum in quibuſdam fieri ex cauſis præter naturam, in nonnullis ex propria conformatione, aliquando ob imbecillitatem facultatis.

Caput Duodecimum.

Pulſus tremulus q̃d indicet, & hic abſoluit tractatũ de inæqualitate, & cauſis eam efficiẽtibus.

Caput Decimumtertium.

De ordine, & perturbatione pulſus, quid ſignificent.

Vnumquemque ordinem perturbationi eiuſdem generis præſtare; ac niſi perturbatio ſit eiuſdem generis, falſum hoc eſſe aliquando.

LIBER TERTIVS Agit de præſagitione ex pulſibus, qui in proprijs cordis, & arteriarum affectibus deprehenduntur. Continet autem Capita vij.

Caput Primum.

Sibi agẽdum eſſe ait de ijs pulſibus, qui diſpoſitionibus præter naturã ſunt peculiares.
Rerum præter naturam tres eſſe differentias, affectus, cauſas, & ſymptomata.
Affectus ſimilarium partium eſſe octo numero, quatuor ſimplices, & quatuor compoſitos.
Corde affecto, neceſſario etiam arterias affici, non è contra.

Caput Secundum.

Caloris intemperiei cuique qui pulſus peculiares ſint.
Qui fieri poteſt, vt permultus calor teneat cor, & valeat facultas.
Cordis calorem variare pulſus, eumque duplicem eſſe, alterum à putredine acrem, alterum cum humiditate ſuaui.

Caput Tertium.

Si cor ſit calidius, frigidiores autem arteriæ, qui pulſus efficiantur.
Arterias nonnunquam non eodem tempore omnes à corde influentem facultatem recipere.
Cordi ineſſe nonnunquam varia temperamenta.
Peſtilentium febrium pulſum parum à naturali recedere.
Febrientium pulſibus vniuerſis adeſſe ſemper celeritatem; ac de hecticarum pulſibus.

Caput Quartum.

Frigidam cordis intemperiem qui pulſus comitentur.
Cor ſi laboret inęquali intemperie, pulſus vniuerſos variè inæquales efficere.
Pulſum bis ferientem proprium ſymptoma eſſe intemperiei corporis cordis.
De peſtilentium, & hecticarum febrium ortu, & pulſibus.

Caput Quintum.

De ijs febribus in quibus cor calidius eſt, quam vicina frigidiora, vel è contra.
Diaria febre, vel putrida quando febricitabit homo.
Febris diariæ, & febris putridæ propria indicia, & qui pulſus in his eruat.

Caput Sextum.

De proprijs rerum nominibus, ac de translatis vitandis: aliqua aduerſus Archigenem.

Caput Septimum.

De febribus omnibus per pulſus dignoſcendis.
Diariæ febres qualiter pulſus mutent.
Febres putridæ quales habeant pulſus.
Cauſæ mutantes pulſum vt inueniantur, conſiderare oportere inſtrumentum, vſum, & facultatem.
Hecticas febres rariſſimè à principio oriri, iiſque nunquam adeſſe magnum pulſum nec vehementem.
Pulſus in vtranque partem mutationem, acceſſionis initium denuntiare.
Inæqualitas pulſuum iuxta acceſſiones quid ſignificet.
Vigor acceſſionis quid ſit.

Caput Octauum.

De mutatione pulſuum ex intemperie ſicca, vel humida tum cordis, tum arteriarum.
Siccæ cordis intemperiei, & humidæ quæ cauſa ſit.
In corde non excitari tumores, qui pulſum duriorem efficiant.

LIBER QVARTVS Explicat præſagia ex pulſibus, qui ex reliquis affectis partibus oriuntur, tracto in conſenſum corde. Continet autem Capita xij.

Caput Primum.

Quid in tribus ſuperioribus libris actum ſit, quid in hoc agendum.
Pulſum totius corporis, antequam cor conſentiat parti prius affectæ, pertrahi in communem alterationem non poſſe.

Caput Secundum.

De pulſibus qui oriuntur ex organis reſpiratorijs affectis, & prius ab affecto pulmone.

Cor

Cor pulmoni conſentiens quales pulſus efficiat.
Pulmonis calida intemperię affecti notæ.
Quos pulſus efficiat pulmo,qui fluxionibus laboret, tum calidis, tum frigidis.

Caput Tertium.

Thoracis intemperies,tumoresq́; qualem pulſus alterationem efficiant.

Caput Quartum.

Iecur affectum quales pulſus producat.
Nec iecur, nec thoracem laborare ędemate.

Caput Quintum.

Quomodo cor conſentiat cum ſepto tranſuerſo.
Septo tranſuerſo affecto quomodo pulſus varient.
Pleuritidem exitialem qui pulſus oſtendant,& ſepto inflammato,quæ deliria ſequantur.

Caput Sextum.

Qui pulſus fiant ventriculo affecto.

Caput Septimum.

Qui pulſus fiant, affectis cæteris nutritionis inſtrumentis.

Caput Octauum.

Qui pulſus fiant partibus affectis, quę ſunt extra inguina, & alas.
Cerebrum intemperie affectum qualia ſymptomata inducat; vigiliæ,ſomnus profundus,fatuitas, ſopor vigilans.
Delirium quos cerebri affectus ſequatur.
Cerebri intemperies humidas quæ ſequantur.
Lethargus quando gignatur,& qui ſint omnibus his morbis pulſus.

Caput Nonum.

De pulſibus affectæ tenuioris meningis.
Meninx durior affecta quos pulſus efficiat.
Pulſus molliſſimos eſſe,qui ex affectu cerebri,& pulmonis oriuntur.
Partes ſpiſſas,& duras pulſus duros efficere.
Hydropis cauſa,cui ſuccedat,eiuſque pulſus.

Caput Decimum.

Teſtibus affectis qui pulſus fiant, eiſdemq́; inflammatis cur ſtatim febres accendantur

Caput Vndecimum.

Quæcunque dicta ſunt in breue compendium redigit,& quo futura præſagienda ſint repetit.

Caput Duodecimum.

Facultas vitalis vnde cognoſcenda.
Pulſuum languor quando per vniuerſum corpus,& quando in vnica parte accidat.
Criſim morbi cum excretione qui pulſus indicent.
Facultatis vitalis opus,& quibus ea negata ſit animalibus, & quibus vehementiſſima data.
De facultate expultrice, excrementis,quæ bona, quæ peſſima.

GALENI SYNOPSIS LIBRORVM SEXDECIM de pulſibus:quorum argumenta,pręteriuimus,tum quia iam poſita ſunt in ipſis ſexdecim libris, ne idem bis faceremus; tum verò quia impreſſa in vno quoq; capite argumenta ſatis copioſa videntur.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE VRINIS HABET in vnoquoque capite impreſſa argumenta, vt nihil addi poſſit; ideo ea omittemus.

GALENI DE CRISIBVS LIBRI TRES, QVORVM

PRIMVS Agit de temporibus ægritudinum dignoſcendis, ſignorum omnium naturam explicat, in quibus omnis iudicationis prænotio conſiſtit. Continet autem Capita xx.

Caput Primum.

QVibus nominibus criſim, quis appellare velit ſibi nunc eſſe in animo diſtinguere, ſed quo pacto hæc cognoſcantur omnia inſtituit percenſere.

Caput Secundum.

Tempora totius morbi quatuor eſſe; eaque non definiri dierum numero.
In qua nam re veteres diſſentiant inter ſe circa morbi tempora declaranda.

Caput Tertium.

Acceſſionum anticipationes nō ſemper morbi incrementum arguere, ac vnde conijcere oportet morbi incrementum.
Quid vocet intermiſſionem, quid declinationem.
Magnitudo temporis, ſeu vehementia ex quibus cognoſcenda.
Intermiſſionis, aut declinationis tempus vnde dignoſcendum.
Signa oſtendentia morbum ad magnitudinem creſcere; & ad declinationem peruenire; & in conſiſtentia eſſe.
Hippocratis verba declarantur, in quibus docet quomodo quis ex circuitibus inueniat ægritudinis incrementum.
Sæpe in morbis nullum reperiri ſenſibile ipſius vigoris tempus.

Caput Quartum.

Quod nam ſtatuendum ſit principium morbi totius, huius rei dubitatio, & ſolutio ex Hippocratis verbis.
Quomodo morbi, & anni tempora, & circuituum adinuicem incrementa, vniuerſalia tempora morbi commoſtrabunt.

Caput Quintum.

Ad exquiſitam temporum morbi cognitionem, quid addendum ſit, ex Hippocratis verbis explicat.
Quæ ſint propria morbi accidentia, & quæ mox apparentia, in exemplo morbi lateralis declarat, ac de ſputis, & eorum coctione multa, ex Hippocrate.
Quæ ſint morbis acutis communia ex Hippocrate manifeſtat, in eodem exemplo permanens.
Coctionis ſigna in vnoquoque morbi tempore quid oſtendant.

Caput Sextum.

Hippocratis aphoriſmum apponit, quod ait eſſe compendium eorum omnium, quę in prognoſticis ſcribuntur.
Quæ ſint apud Hippocratem prima capita continentia, quæ in prognoſticis exponuntur, explicat.
Cum principium duo ſignificet, primum indiuiſibilem inſultum, & tempus latitudinem habens, Hippocratem de primo non eſſe loquutum, ex aliquot eius locis monſtrat.

Caput Septimum.

Principium ſecundum latitudinem contineri in prima acceſſione, & quid ſignificet apud Hippocratem verbum, ſtatim incipiens.
Omne coctionis ſignum poſt apparens breuem, & ſalutarem morbum oſtendit.
De ſputo, & alui excrementis, qualia eſſe debeant, ac de indicijs ex ipſis ſumptis.
Vrinas indicare coctionem, quæ eſt in venis, & quales eſſe debent.
Sanguinis profluuia, ſudores, & decubitus omnes quo tempore boni.
De verbo αὐτίκα, id eſt ſtatim quid ſignificet Hippocrati.

Caput Octauum.

Principium proprium cuiuſque morbi coctionis ſignis determinari, & in quo differt à principio ſecundum latitudinem, & quouſque extendi contingat.
In quo differant concoctionis ſigna à decretorijs.
Deinceps duobus principijs ſignificatibus omiſſis, de tertio ſe dicturum declarat, quod cruditate continetur in quo nullum ſignum iudicatorium, ait eſſe bonum.

Caput Nonum.

Vniuerſalia morbi tempora, aut cum fiunt, aut nuper facta quomodo cognoſcendum quantum extendi debeant, quã in re Hippocratis verba exponenda ſuſcepit.

Verbum turgere quid ſignificat Hippocrati.

Caput Decimum.

De extremo aſcenſu dignoſcendo, ac de vigoris in morbis acutis perduratione, & ad quot acceſſiones extendatur.

Caput Vndecimum.

Vniuerſalia morbi tempora, quæ futura ſunt, quomodo cognoſcenda.

Excrementum alui laudabile quale eſſe debeant, & quantum.

Excrementum non coctum alui quale eſſe ſoleat.

Excrementorum alui ſpecies complures præter naturam.

Fetidum valde excrementum, vehementem putrefactionem indicare.

Varium excrementum varijs corpus affectibus detineri indicat.

Caput Duodecimum.

De vrinarum differentijs, dignotione, & iudicio, tum in colore, tum in ſubſtantia, tum in hypoſtaſi.

Caput Decimumtertium.

De præcognitione ſtatus, & aliorum temporum.

Signi cuiuſque naturam accurate conſiderandam ſi quis vult recte præcognoſcere.

Victus rationem non poſſe inſtitui, niſi præſciatur ſtatus.

Caput Decimumquartum.

De ſignorum generibus, ac de ſingulorum natura.

Triplicem eſſe ſignorum differentiam.

Signa mortem, & ſalutem nunciantia quæ.

Modi morborum ſigna tripartita eſſe, & quæ.

Criticorum accidentium duplicem eſſe naturam.

De ſignis, & decernentibus, & non decernentibus, quæ aut nullo modo, aut male decernunt.

Caput Decimumquintum.

Signa quæ à coctione ſumuntur certam præbere præcognitionem ijs verò quæ non rationabiliter leuant, non eſſe confidendum.

Caput Decimumſextum.

Quomodo, etiamſi nondum adſint vniuerſalia tempora morbi, quiſque ea præcognoſcere poſſit in primis diebus.

Criſis in primis quatuor diebus acceſſuræ exemplum, item & in ſeptem.

Quid febris ſimplex, ſimpliciſſima, maligna, & maligniſſima ſit.

Singulis quaternarijs ſigna diligenter obſeruans, etiam ipſum ſtatus tempus diligenter obſeruare poterit.

Caput Decimumſeptimum.

Qui morbi citam, qui tardam præbeant temporum præcognitionem, & quæ ſit perfecta, quæ imperfecta concoctio.

Caput Decimumoctauum.

Quomodo morborum tempora ex perfecta, vel imperfecta coctione deprehendi poſſint, pleuritidis exemplo manifeſtat.

Locus Hippocratis in Anaxione, qui pleuritide laborauit, in quo declarantur quæ ante dicta ſunt.

De vrinarum coctione, & cruditate ex eodem Hippocrate.

Hæc tria inuicem differre, obſcuram coctionem, manifeſtam, & perfectam.

Caput Decimumnonum.

De tribus principijs in morbis ſignificatibus.

Perfecti principij, & finituri ſigna, ac de ipſorum duratione.

Neceſſarium eſt exquiſite ſcire quantum inuicem ſuperant, & ſuperantur coctionis, & cruditatis ſigna.

Caput Vigeſimum.

De reliquorum temporum perduratione, & quomodo exquiſitius, quod dictum eſt præcognoſci queat.

Qui in ſequentibus ſit tractaturus de temporum vniuerſalium, cognitione, & de criſibus.

LIBER SECVNDVS Declarat quibus indicijs morborum naturam cognoſcamus, ex qua præſens, & futura mutatio præſentiatur. Continet autem Cap. xiij.

Caput Primum.

IN hoc ſecundo libro pollicetur ſe declaraturum quo pacto cuiuſq; ægritudinis naturam quiſque internoſcere poſſet.
Quid tenere oporteat eum, qui in his expeditus eſſe velit.

Caput Secundum.

Quo pacto quiſpiam primo die morbi naturam exactè dignoſcat, ſibi dicendum proponit, & quid intelligat pro die, quid pro menſe.
Simplices diſpoſitiones eſſe per ſe noſcendas.
Si quis in prima experientia, propoſitum, non aſſequatur non ideo ſibi deſperandum, exemplo artis ſagittandi.
Primum dignoſcendus eſt morbus ex ijs, quæ ſecundum propriam ſubſtantiam ei inſunt, deinde ex ijs, quæ ſæpius acciduut, exemplo febris tertianæ, & quintanæ.

Caput Tertium.

Tertianam exquiſitam ſeptem abſolui circuitibus ad ſummum, & quid ea ſit.
Quid per æſtatem intelligat Hippocrates, quid per hyemem, & quæ ſit ipſarum temperies.
Febres ardentes, & tertianas quæ gignant.
Tertianarum, adurentiumque febrium diſcrimen.
Rigorem fieri à frigida, & à calida cauſa.
Tertianam oriri à flaua bile per corpus mota.
Rigor tertianæ, & quartanæ quomodo differant.
Tertianarum, & quartanarum ſecundum pulſus differentia.
Tertianarum ſigna, & ſymptomata.
Tertiana laborantibus quando potio danda eſt.
Tertianam acceſſionem vltra duodecim horas non protrahi.
Tertianæ breuem ſolutionem quæ vrinæ indicent.

Caput Quartum.

De quartanarum febrium ſignis, & ſymptomatibus.

Caput Quintum.

De febre quotidiana dignoſcenda, & in quo differat à tertiana.
Quotidianarum febrium indicia, & cur aſſiduè pueros inuadant.
Quotidianæ quo maximè tempore gignantur.

Caput Sextum.

De febrium ſimplicium continuarum dignotione, quæ idem habent genus cum intermittentibus.
Continuæ quotidianæ deſcriptio.
Continuæ quartanæ deſcriptio.
Continuarum, & intermittentium diſcrimen ſecundum modum generationis.
Quid ſit febris continua, & quid deurens.
Febrium ſimplicium tria genera eſſe.

Caput Septimum.

Quomodo ex dictis compoſitæ, & commixtæ febres dignoſcendæ.
Febrium genus compoſitum dupliciter conſtitui, & quomodo inter ſe miſceantur.
Quartanis circuitibus tribus poſſe vnum eundemque ſimul corripi.

Caput Octauum.

Se mediam viam tenuiſſe, neque breuiſſimum eſſe voluiſſe, neque longiſſimum, vt Archimedes, & ea ratione abſtinuiſſe à plurimis enarrandis morbis, & eorum doctrina vnde ſumenda.

Caput Octauum.

Viam tradit exercitationis circa compoſitos morbos dignoſcendos.
Horridæ febris, ſeu hemitritæi deſcriptio.
Hemitritæum conſtare ex bilioſa, pituitoſaque febre per ſe totas confuſis, vel ex ijſdem inter ſe complicatis: quæ complicatio quadrupliciter fieri poteſt, & quomodo.
Hiſtoria muliérculæ, quæ horridam febrem patiebatur ſemitertianæ exquiſitæ propriam.
Febrium putridarum tria genera.
Febris acuta quibus occaſionibus gigni poſſit.

Caput

Caput Decimum.

De febribus quæ ex locis affectis accenduntur, & quomodo de vno indicio multa poſſint demonſtrari, exemplum in pleuritide.

Caput Vndecimum.

Febrium omnium diuiſio.
Febrium longitudinem,& breuitatem ex natura humorum deprehendi poſſe.

Caput Duodecimum.

Ad vnum caput omnia quæ hucuſque dicta ſunt redigit, & quaſi epilogum quendam efficit.

Caput Decimumtertium.

De tertio febrium genere, quæ ephemeræ,ſeu diariæ dicuntur.
Ephemeras febres ſolius ſpiritus eſſe paſſiones,& earum cauſæ, & indicia.
Triſtitiam quæ ſigna arguant.
Ex oculorum ſignis in ſanis etiam animi affectus dignoſci poſſe.
Febrientium ex laſſitudine ſigna.
Febrientium ex denſata cute ſigna.
Ephemerarum ex bubone ortarum ſigna.
Hecticarum febrium nullam fieri ſtatim in primis diebus, ſed in progreſſu.

LIBER TERTIVS *Agit de fine omnium ſalubrium, & lætalium morborum, ac de præcognitione criſis in eis futuræ. Continet autem Capita xj.*

Caput Primum.

Sex mutationum differentias eſſe in morbis, & quomodo vnaquęque ipſarum appelletur.

Caput Secundum.

Criſim per excellentiam dici ſubitam morbi permutationem ad ſanitatem.
Quæ indicia antecedere ſoleant excretiones, & abſceſſus iudicatorios.
De ſymptomatibus criſim præuenientibus.

Caput Tertium.

Qualem ſit habitura exitum præſens criſis quo pacto dignoſcendũm.
Concoctiones eſſe expendendas ad cognoſcendam præſentem criſim, ac præuidendam futuram.
Excretiones corporis quæ in quibus morbis præcipue ſint expendendæ.
Criſis bonæ inſtantis indicia.
Febris ardens,tertiana,quotidiana, phrenitis, & alij quidam morbi quibus excretionibus ſolui ſoleant.
De ſudoribus,& quos affectus ſoluant.

Caput Quartum.

Quomodo futuram optimam criſim dignoſcere quis poſſit, & in qua die ſoluendus, aut iudicandus eſt morbus.
Criſim cito,& tardius futuram quæ indicent.
Acceſſiones ſingulas quatuor ſortiri tempora, initium, augumentum, ſtatum, & declinationem.
Criſim ſalutarem, aut pernicioſam cognoſces ad ſpeciem morbi, morem, & magnitudinem reſpiciens.
Solutio morbi ſit ne futura per criſim,an ſecus quomodo cognoſci poteſt.
Accidentia ſuperuenientia tripliciter diuidi.
Motus celeritatem,& tarditatem adiuuantia exemplis ægrotorum declarat.

Caput Quintum.

Nulli alteri exercitationi tam eſſe intendendum,quàm ad morbi ſtatum prænoſcendum.
Statum morbi omnium iudicationum eſſe regulam.
Status tempore elapſo, ſolui paulatim morbos,omnéque abeſſe periculum.
Predicturus mortem,vel ſalutem,debet prius magnitudinem morbi,naturæ robur,ac futurum ſtatum inueſtigare.

Caput Sextum.

Epilogus eorum quæ faciunt, vel ad ſalutem, vel ad mortem prænoſcendam.

Caput Septimum.

De tribus modis commutationis morborum, cum à morbo liberari debeat æger.
De tribus modis commutationis morborum cum mori debet æger, qui dictis oppoſiti ſunt.
De quarto modo ſubitæ mutationis ad peius.

Caput Octauum.

Aduerſus Aſclepiadem,& reliquos Sophiſtas,qui ob ignorationem principiorum naturalium, criſes, & reliqua naturæ opera damnabant.

Caput Nonum.

Qui euaſurus eſt morbum neceſſario debet omnia illius vniuerſalia tempora tranſire.
Eum qui moriturus ſit ad declinationis tempus pertingere minime poſſe.
Tres eſſe omnes mortis modos ijs,qui ſine criſi moriuntur.

Caput Decimum.

Criſis ad mortem præcognitionem quæ minus ſtabiles ſint,ac prius exercitari debere in optimarum criſium præcognitione.
Naturæ motus quando ordinati,ac determinati ſint,& quando contra.
Mortem abſque criſi acceſſuram quæ indicent.
Mortis dies qua via cognoſci poſſit.
Maximum ſignum criſis tempeſtiuæ.
Primum,& maximum in mortalibus morbis ſignum quod nam ſit.
De optimarum criſium exquiſitis præcognitionibus.

Caput Vndecimum.

De modo futuræ criſis præcognoſcendi, & ea de re Hippocratis auctoritates multę,ac indicia ex pulſibus, quæ ab eodem Hippocrate fuere prætermiſſa.
Sanguinem fluxurum per nares quæ præindicent.
Menſtruas purgationes criticas quæ ſigna præcedere ſoleant.
Criſis per abſceſſus futurę ſigna quæ ſint.

GALENI DE DIEBVS DECRETORIIS LIBRI tres, quorum

PRIMVS Enumerat iudicatorios dies, vim ipſorum, & facultatem oſtendit, & rationem ipſorum prænoſcendorum explicat. Continet autem Cap. xiij.

Caput Primum.

VT ſolutiones morborũ firmæ ſint,q̃ habere debeant, & quæ ſigna præcedere debeãt.
Quando recidiua morbi expectanda.
Criticas excretiones grauia præcedere ſymptomata,maximãq; ægri perturbationẽ.
De medicorum ignorantia,circa huiuſmodi perturbationes.

Caput Secundum.

Criſes omnibus diebus accidere,ſed neque pares numero,neque ex æquali fide.
Iudiciorum tot differentias exiſtere, quot dierum decretoriorum exiſtunt.
Dierum iudicatoriorum differentias auctoritate præſtantiſſimorum medicorum confirmat.
Septimum diem eſſe optimum decretorium,ſextum malum,ac de alijs diebus.
De iudicationum differentijs varijs.

Caput Tertium.

Aduerſus eos qui vniuerſam decretoriorum dierum doctrinam impugnabãt ea ratione, quòd dicerent pleroſque medicos circa ipſos diſſentire.

Caput Quartum.

De potentia,& dignitate dierum iudicatoriorum.
Septimum diem inter decretorios eſſe pręcipuum,eiuſque quartum eſſe indicem.
Sextus dies,quàm ſit malignus,& qualia eo die excrementa excernantur.
Septimum diem aſſimilari regi,ſextum tyranno.
Quartum diem non ſolum ſeptimi,ſed & ſexti eſſe indicem.
Reſpondet obiectioni huiuſmodi,ſi ſeptimus dies decretorius dicitur, ſextus qui ei contrarius eſt quo modo appellabitur,& medicos ſui temporis reprehendit.

Caput Quintum.

De ordine dierum iudicatoriorum ad vigeſimum vſque.
Aliqua afferuntur aduerſus Sophiſtarum nugas de diebus decretorijs.

Caput Sextum.

Proponit multas Sophiſtarum dubitationes, quæ aduerſus cognitionem principij morborum afferri poſſent,eaſque omnes ſoluit.

Aduerſus

Aduerſus eos qui principia ratione contemplabilia ſcire volebant.

Caput Septimum.

Dierum iudicatoriorum terminationes, & exitus ſuppoſitionibus quibuſdam ægrorum declarat, ac de ipſorum iudicatoriorum vſu.

Aduerſus nugas Sophiſtarum, qui decimoquarto, fidem abrogare tentabant.

Caput Octauum.

Alium ægrotum ſupponit, qui quarto die ſignum iudicatorium habuerit.

Acceſſionum proportio quomodo exploranda ſit.

Iudicia maiori ex parte in acceſſionibus fieri.

Decretoria tempora tria.

Caput Nonum.

De prima, & ſecunda die, & quomodo appellari iudicatorij poſſint, ac de nomine huius vocis, criſis, ſiue iudicium.

Caput Decimum.

De ordine dierum iudicatoriorum poſt vigeſimum diem.

Caput Vndecimum.

Quibus indigeat is, qui diem criticum præſagire velit.

Lætalia ſigna nunquam coire cum coctionis ſignis.

Dierum paritatem, & imparitatem eſſe expendendam.

Errata circa ægrum commiſſa virtutem diei iudicatorij obſcurare poſſe.

De pulſu, & ratione diei iudicatorij prænoſcendi.

Morbos faciles ob errata produci, & interdum fieri lętales.

Quænam decretoriorum dierum ſpeculationem confundere poſſint.

Caput Duodecimum.

Generoſum medicum non ſolum diem firmiter aliquando poſſe prædicere, ſed etiam horam ipſam in qua ægrum quempiam liberari, vel mori neceſſarium eſt.

Aduerſus eos qui volebant futurum ſemper prædicere debere Galenum, & quantum errari poſſit in prædictione.

Caput Decimumtertium.

De ratione iudicandi morbos, ac diem iudicatorium prædicere tum in acutis, tum in longioribus morbis.

Nutriendi modus vnde colligi poſſit.

LIBER SECVNDVS Explicat vim iudicatoriorum dierum tum experientia, tum ratione, illorum ordinem, & proportionem oſtendit, & qui ad quos morbos pertineant. Continet autem Capita xiij.

Caput Primum.

HOc libro explicandum eſſe, quo pacto nonnulli circa decretorios dies errauerint, nonnulli verò rectè ſenſerint, & cur nō omnium dierum numerus ſit decretorius.

Caput Secundum.

Quæ definiat prius oportet illum, qui experimento decretorios dies diſquiſiuerit.

Methodus qua experientiam ratione iudicari conuenit.

Naturam hanc inferiorem à cęleſti magnopere ſuperari, ab eaq; recipere quicquid habet boni.

Proportionibus quibuſdam definitis, & periodis ordinatis naturæ motiones fieri.

Speculatio circa decretorios dies, & vim ſeptimanæ circuitus.

Caput Tertium.

De diebus iudicatorijs ex experientia, & obſeruatione Hippocratis ex primo libro de morbis vulgaribus.

Caput Quartum.

Quo pacto Hippocrates omnes dies decretorios omnibus inter ſe contulerit.

Quo pacto dies decretorij per integras ſeptimanas numerari non poſſint.

Multa adducuntur ad demonſtrandum; Hippocratem non ratione quadam perſuaſum, ut decimumſeptimum iudicatorium eſſe ſtatueret, vigeſimo verò primo efficaciam adimeret, ſed vſu, & experientia doctum.

Caput Quintum.

Cuiuſnam diei proprium ſit iudicium, cum in plures partitum fuerit, quomodo diſtinguendum.

Criſim nihil aliud eſſe, quàm morbi ſolutionem.

De recidiuis quæ incidere contingit ſæpe in diebus quibuſdam iudicatorijs.

Caput Sextum.

Dierum iudicatoriorum differentiam eſſe duplicem, natura enim differunt, & vſu.

De omni decretoriorum dierum potentia ex verbis Hippocratis.

Cur Hippocrates non vnam in omnibus libris decretoriorum dierum doctrinam tradiderit.

Caput Septimum.

De obſeruationibus multorum annorum à Galeno factis in pluribus ægrotantibus circa decretoriorum dierum firmitatem.

Caput Octauum.

Epilogus eorum quæ dicta ſunt de ordine dierum iudicatoriorum.

Caput Nonum.

Decretoriorum dierum ſemper proportionem ſeruari.

Circuitus minores dicuntur qui diebus quaternis fiunt, perfectiſſimos omnium eſſe qui ex trinis ſeptimanis conſtantur.

Perfecti circuitus quodnam ſit indicium.

Caput Decimum.

Prædictorum dierum qui nam de acutis morbis decernat.

Morbum qui vigeſimo die iudicetur, vel acutum, vel diuturnum appelles nihil ad ſalutem referre, aduerſus Sophiſtarum de nominibus contendentes.

Morbos partim quidem diebus, partim menſibus, & partim annis iudicari, ac de naturali ipſorum dierum differentia inuenienda.

Caput Vndecimum.

De differentijs dierum decretoriorum ad ægrorum vſum vtilibus, ex Hippocrate explicatio.

Hypotheſis dictorum in adoleſcente valido morbo correpto.

Conſuetudini eſſe aliquid condonandum, & de victus ratione aliqua ex Hippocrate.

Caput Duodecimum.

Qui morbi acuti, qui peracuti apud Hippocratem dicantur, qui diuturni, & quæ ſit ipſorum ſingulorum differentia.

Caput Decimumtertium.

Quomodo morborum diuiſio facienda ſit, ex Hippocrate.

Dioclem erraſſe vigeſimum primum magis, quàm vigeſimum, terminum acutis præfiniens.

Acuti ex decidentia morbi qui dicantur.

LIBER TERTIVS Agit de cæleſti, ac de materiali cauſa dierum indicatoriorum, ex quibus ipſorum & ordo, & facultas tota pendet. Continet autem Capita xiij.

Caput Primum.

OMnia quæ hucuſque dicta ſunt de diebus decretorijs experientia approbata eſſe: quæ verò dicenda ſunt ex principijs naturalibus, & à ratione ducentur.

Caput Secundum.

De vi Aſtrorum, Solis, & Lunæ maximè in hunc mundum inferiorem: de Lunę illuminationibus, mutationibus, & obſcurationibus.

Quando Luna maiorē habet vim, & quando languidiorē: ac de Solis præſtantia, & principatu.

Caput Tertium.

Quo tempore Lunæ mutationes vehementiores fiant, & quò minores, & de omnibus eius diſpoſitionibus, & quanto tempore eius occultatio duret.

Caput Quartum.

Criſis tuta quo tempore accidat, de Lunæ aſpectibus, & coitionibus cum Sole.

Menſtruum tempus non omnino triginta diebus conſtare.

Caput Quintum.

Menſem à Luna immutari per ſeptimanas, vt alia omnia.

Aerem magnas ſuſcipere mutationes dum Luna primum occultatur, & primum apparet, Arati carminibus probat.

Lunæ motum eſſe cauſam omnium permutationum, quæ in corporibus accidunt.

Caput Sextum.

Lunam indicare fęlicem, vel infelicem progreſſum, exitumq; non modo ægris, ſed etiam ſanis.

Per hypotheſim fingit hominem naſcentem ſalutares planetas in Ariete, malignos in Tauro habere.

Stationum cauſas indagat ipſius Lunæ.

Caput Septimum.

De circuituum differentijs.

Quemad-

Quemadmodum ſeptimana acutorum morborum eſt decretoria, ſic temporis annui mutatio diuturnorum morborum eſt ſolutoria.
Mutationes validiſſimas quæ cuique per ſeptimanos dies propriè contingunt, vnde accidant.
A quibus cauſis interrumpantur aliquando ſeptimanorum dierum facultates.

Caput Octauum.

Omnium decernentium dierum in acutis cauſas inueſtigat.
Tertium diem eſſe principium dierum, qui cum agitatione quadam acute morbos mutant.
Excrementa cur interdum citius, interdum tardius, quàm oporteat, à natura expellantur.
Expultricem vim criſes in morbis efficere, & quando optimæ criſes fiant.
Acutorum morborum indicia in diebus imparibus fieri.
Dies non primario, ſed ex accidenti decernere.
Dies tertius, & quintus, qua ratione decernant.
Peracutos morbos, quorum vltimus decretorius eſt ſeptimus in omnibus fere diebus iudicari contingit.
Peracutorum morborum duplicem eſſe differentiam.

Caput Nonum.

Vigeſimus dies, cur decernat magis, quàm vigeſimus primus.
Septimana quot integros habeat dies, & quot tres ſeptimanæ habeant dies.
Vigeſimus dies quos morbos iudicet.
Mutationes noſtris corporibus accidere quaſdam proprias, quaſdam communes, & quæ ſint.
Exactam, vel mixturam, vel ablationem in ſeptimana Deum tantum nouiſſe.
Apparitionis Lunæ tempus quantum ſit.
Trium ſeptimanarum numerus quot dies comprehendat iuxta exactam ſupputationem.

Caput Decimum.

Quibus hominibus, & qua de cauſa Galenus hunc tertium librum de diebus decretorijs conſcripſerit.

Caput Vndecimum.

De nugis, & ineptijs aliquorum circa numerorum proprietatem.
Nihil ad morbum referre, qui ſeptimo die iudicatus ſit, vtrum ſeptem ſint pleiades, ſeptem portæ Thebarum, & ſeptem oſtia Nili.
Vrſam non habere ſeptem ſtellas, vt nec alia quædam aſtra, vt dicebant nugantes.

Caput Duodecimum.

Lunam terreſtrem plagam veluti hyparchum quendam magni regis, ſolis ſcilicet, gubernare.
Cur primam ſeptimanam à ſecūda ſeparauerit Hippocrates, ſecundā autē tertiæ coniunxerit.
Quaternionum qui ſeparentur, & qui inuicem coniungantur.

Caput Decimumtertium.

Aduerſus eos, qui putabant acutum vocari morbum qui celeriter iudicatur, contrarium huius diuturnum.
Acutos morbos oēs eſſe temporis exigui, non tamen omnes breues morbos ſtatim eſſe acutos.
Qui propriè dicatur acutus morbus, longus, tardus, & breuis.

GALENI IN PRORRHETICVM, ET IN PROgnoſtica Hippocratis Commentarij.

Hi quoniam habent Hippocratis contextus pro argumentis, alia ſynopſi non indigent: non enim in capita diuiſi ſunt, ſed in contextus.

GALENI DE PRÆCOGNITIONE AD poſthumum liber. Continet Capita xiiij.

Caput Primum.

Qvales medicos Galenus offenderit cum Romam primo ſe contulit.

Caput Secundum.

Quomodo Galenus duas quartanas Eudemo prædixerit, & vna ſtatim à prima inuaſione cognouerit.

Caput Tertium.

Quo pacto Galenus Eudemi curatione ſuſcepta ꝓdixerit quo die à tribus quartanis liberaret.

Caput Quartum.

Expoſitio Eudemi circa mores medicorum qui eo tempore Romæ degebant.

Caput Quintum.

Deſtitutos alios ægros ad ſanitatem reuocauit Galenus, & quomodo per anatomen demonſtrarit quibus inſtrumentis vox fiat.

Caput Sextum.

Quo pacto mulieris amorem,& ſerui ſolicitudinem Galenus ex pulſu inueſtigauerit.

Caput Septimum.

Quibus artibus Cyrillum, Boethi filiū,clam cibū ſumere,& ea cauſa ægrotare,deprehenderit.

Caput Octauum.

Boethi vxorem vteri profluuio laborantem præter ſpem aliorum ſanauit Galenus.

Caput Nonum.

Galeni reditus in patriam,eiuſque ab Imperatoribus reuocatio.

Caput Decimum.

Recidiuæ febris præcognitio,& illius per ſudorem diſceſſus.

Caput Vndecimum.

Ventriculi laborantis ab inuaſione febris dignotio.

Caput Duodecimum.

Faucium inflammationem ex pulſu cognoſcit, & ex inconuenienti medicamenti vſu, & oris inſpectione.

Caput Decimumtertium.

Futuræ criſis per ſanguinis fluxum è naribus,quomodo præſenſerit Galenus.

Caput Decimumquartum.

Pulſum intermittentem,ſed naturalem eſſe,neque quicquam timoris afferre,quomodo cognouerit Galenus.

Iſocratis reſponſio aduerſus illum, qui interrogauerat, nunquid ſi ſe tribus annis exercuiſſet, de quacunque propoſita re dicere poſſet.

Finis Quartæ Claſsis.



QVINTÆ CLASSIS.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAmentorum Libri vndecim, quorum

PRIMVS Oſtendit, quibus rationibus exploranda ſint ſimplicium medicamentorum facultates, propoſitis exemplis aquæ, & Aceti. Continet autem Cap. xxxviij.

Caput Primum.

SE de ſimplicium medicamentorum temperamentis acturum eſſe his libris.
Vocabulorum ſignificata definit,quibus in hoc libro vtetur.
Quid dicatur medicamentum tum ſimplex,tum compoſitum,quid nutrimentum.
Quid ſit facultas tū actu,tū potētia,& de quorundā diſſentione circa eius ſubſtantiā.

Caput Secundum.

In iudicanda facultate ſumendum eſſe experimentum ab ea re ad quam dicitur.
Quod ex accidenti eſt diſtinguendum eſt ab eo, quod eſt per ſe,exemplo aquæ.

A colore

A colore non eſſe iudicandum de facultate.
Calida, & frigida facultate quæ propriè dicantur.

Caput Tertium.

Quodcunque medicamentum in iudicium vocare velis ſit expers omnis alienæ caliditatis, & frigiditatis.
Quomodo diſtinguenda inter ſe medicamenta.

Caput Quartum.

In contemplatione aquam examinandam proponit; & quomodo eius propria facultas cognoſcenda, & quid in diuerſis corporum temperamentis præſtet.
De aqua potabili, & alijs ab ea; & aquam omnem ſinceram eſſe natura frigidam.

Caput Quintum.

Aqua tribus ſenſibus iudicari debet, guſtu, viſu, & olfactu.
Elementum purum minimè reperiri.

Caput Sextum.

Aquam omnem dulcem manifeſto refrigerare, exemplo cerati humidi.
Ceratum humidum frigida ablutum calidos omnes affectus refrigerare.
Aquam marinam, muriam, ſulphuream, & alias omnes eſſe calidas.

Caput Septimum.

Aquam potabilem ſolam eſſe humidam, exemplo vlceris probat.
Aquam dulcem tantum ſitim reſtinguere.

Caput Octauum.

Quæ ſit aquæ propria natura, quæ adſcititia.
Humectandi vim nunquam deponere aquam, & ſi frigiditatem aliquando deponat.
Ex euidenter apparentibus colligendam cuiuſque medicamenti facultatem.

Caput Nonum.

Si quis velit à rebus externis probationem ſumere de medicamentorum facultate, quàm caute id agendum.
Si quid facilè in ignem vertitur, id facultate eſſe ignem, non actu.
Facultate aliquid ex aduerſo diſtinguitur ei quod actu.

Caput Decimum.

Quomodo à rebus extraneis tuto ad corpora animalium tuto pertranſire quis poſſit.

Caput Vndecimum.

Calida poteſtate, vt nos calefaciant, debere prius in tenuia comminui, ac craſſa neque perpeti à corpore noſtro, neque in illud agere, niſi comminuantur in tenues particulas.
Ignem eſſe omnium tenuiſſimum, & calidiſſimum, & ob id facilè penetrare.
Caliditatem noſtram eſſe craſſæ eſſentiæ.
Aliqua calefacientia corpus ab ipſo corpore initium caloris aſſumere.

Caput Duodecimum.

Idem probat duobus principijs aſſumptis, alterum cutem prius denſam, & continuam temporis ſpatio perforari; alterum, corpus noſtrum perſpirabile eſſe.
Medicamenta omnia quo pacto in corpus ſuas vires exerceant, piperis exemplo.
Idem declarat in frigidis vſu venire.

Caput Decimumtertium.

Non ſolum conſiderandum num craſſarum, an tenuium partium ſit medicamentum; ſed num etiam rarum, vel denſum.
Rara facilius accendi quàm ſpiſſa.
Flammam eſſe aerem accenſum, carbonem verò terram accenſam.
Fiſtuloſa omnia eſſe leuia, & facilè accendi.

Caput Decimumquartum.

Aqua cum ſit tenuis, non tamen excalfacere nos poſſe ex ſua natura.
Ex ignis commercio coniectura ſumenda, quomodo medicamentum ſit in calore, & frigore, verum non protinus, ſed quando.
Cur oleum etſi facilè in flammam vertatur, non tamen admodum celeriter nos excalfaciat.
Aqua feruens ſimul cum oleo celerius, quàm illud abſumitur.

Caput Decimumquintum.

Non ſimpliciter, quod citius ab igne accenditur, id ad nos quoque apparere calidius.
Calefaciens actu, & potentia quodque dupliciter dici.

Caput Decimumſextum.

Non quod citius à frigore congelaſcit, eo quod tardius abſolute frigidius exiſtimare licèt, ſed hoc valet inter ea, quæ parem nacta ſunt conſiſtentiam.

Caput

Caput Decimumſeptimum.

Non idem eſſe congelari,& refrigerari,& in quo differant.
Tenuia corpora prompte incaleſcere,& refrigerari.
Aqua quæ dicatur leuiſſima.
De cõtrouerſia quæ circa acetum exiſtit,vtrum calidum ſit an frigidum.
Acetum non eſſe ſicut lac diſſimilarium partium.
Fortaſſe in aceto eſſe quippiã,quod fęci reſpõdet in alijs liquoribus, quod ſit caloris particeps.

Caput Decimumoctauum.

Reprehendit illos,qui acetum calidum eſſe aſſerebant.
Cauteria ſanguinem ſupprimere, eo quod relinquant eſcharam, acetum verò alia ratione.

Caput Decimumnonum.

Methodo ab initio tradita aceti facultatem indagat vtrum calida,an frigida, & experimentum in idiotam proponit.
Acetum eſſe frigidum,& ſi caloris particeps ſit, ita vt ardorem à thapſia excitatum, ſua frigiditate reſtinguat.

Caput Vigeſimum.

Quibus rationibus vſi ſunt tum ij, qui acetum vehementer calidum ; tum qui vehementer frigidum eſſe dicebant.
Aceti temperaturam non longe à media diſtare.

Caput Vigeſimumprimum.

Acetum neutrum dici poſſe ſicut, & roſaceum.
Cum neutrum tripliciter dicantur,quomodo neutrum dicatur acetum , & quomodo roſaceũ.
Rationes quomodo ſint probabiles tum eorum qui calidum,tum qui frigidum eſſe acetũ dicũt.

Caput Vigeſimumſecundum.

Aeris tenuitas vnde iudicetur.
Ignem omnem non eſſe tenuem, ac tenuia omnia non eſſe ignem.

Caput Vigeſimumtertium.

Non omne quod mordax eſt, tenuium partium eſſe,aut calidum.

Caput Vigeſimumquartum.

Vnde fit,vt quibuſdam obſcuræ cuiuſdam qualitatis ſenſus oboriatur in aceto,rationes.
Neutra omnino eſſe ea, de quibus dubitari contingit, nam quæ in ſummo habent aliquid de ijs non dubitatur.

Caput Vigeſimumquintum.

Veteres medicos accuſat,qui gradus qualitatum non diſtinxerunt, ſed abſolute calidum, aut frigidum medicamentum dixerunt.
Facultatum medicamentorum exceſſus, & gradus diſcendos eſſe.

Caput Vigeſimumſextum.

Veteres accuſat,qui à compoſitis medicamentis orſi ad expendenda,quæ in illis ſunt ſimplicia tranſeunt.
Compoſita cognoſci non poſſe ſimplicibus ignoratis.

Caput Vigeſimumſeptimum.

Illos,qui citra iudicium, ſimpliciterq́; compoſitis omnibus facultatibus fidem habeant, etiam Empiricis ipſis reprehenſionis locum,& occaſionem exhibere.
Hiſtoria cuiuſdam,qui mirificas medicamenti podagrici laudes iactabat.

Caput Vigeſimumoctauum.

Stupidos eſſe illos, qui hac in re cõtemnendos eſſe ſenſus exiſtimabant: & quomodo reſponderit quidam interrogatus,cur piper album videretur calidum.

Caput Vigeſimumnonum.

Oxycrati vires extinguendi ſitim.
Aquam ab oxycrato deduci per vniuerſum corpus.
Aqua vino permixta cur efficacius reſtinguat ſitim, quàm ſi ſola biberetur.
Fieri poſſe,vt aquam acetum deducat,nec ipſum refrigeret,item non ſolum deducat,ſed etiam refrigeret.

Caput Trigeſimum.

Cauſam reddit cur interim ſedetur ſitis, interim augeatur epoto aceto.
Sitim duplici ratione prouenire poſſe : & acetum cui ſiti remedium ſit.
Aquam humidorum omnium eſſe humidiſſimam.

Caput Trigeſimumprimum.

Medicamenta,quæ indicare volumus,qualiter expendere oporteat,& in quibus corporibus.
Acetum ſolum non poſſe præſtare quod præſtat aqua commixtum,exemplo æruginis.

Caput Trigeſimumſecundum.

Aduerſus eos qui dicebant,aſtringentia omnia vlcerum eſſe conglutinatoria.

Aſtrin-

Aſtringentia omnia haud quaquam conglutinare, neque glutinantia omnia aſtringere.
Reprehendit eos qui tum mordacia,& acria, tum mollia quędam & iucunda aſtringere aiebãt.

Caput Trigeſimumtertium.

Quod non omnia aſtringentia refrigerent.

Caput Trigeſimumquartum.

Herodotum,& Dioſcoridem ſugillat, qui quæcunq; dyſſenterijs, & profluuijs medentur, omnia adſtringentia eſſe dicebant.
Caprillum adipem contra ſuccos inteſtina erodentes eſſe ſalutare præſidium: & qua cauſa.

Caput Trigeſimumquintum.

Vnamquanque ſenſibilium naturam ſui ſenſui ſubiectam eſſe, & quæ ſubijciantur tactui, quæ viſui, quæ guſtui.
Verba Platonis circa guſtabiles differentias, auſteras, inquam, acerbas, ſalſas, nitroſas, & alias.
Aduerſus medicos, qui omnia in vnum confundebant tum piper, tum acetũ indiſtinctè aſtringere dicentes.
Omnis inuentionis, & demonſtrationis principia eſſe quę ſenſui, atq; intellectui euidẽtia ſunt.

Caput Trigeſimumſextum.

De proprijs linguæ ſenſorijs.
Quid ſit χυμὸς, ideſt ſapor, quæ eſt guſtatoria facultas.
Saporum diuiſiones ex doctrina Platonis.
Vnctuoſum ſaporem nihil attinere ad guſtum.

Caput Trigeſimumſeptimum.

Sapores omnes exactè exponere eſſe impoſſibile.
Aſtringens eſſe commune genus auſteri, & acerbi.
Quæ dicantur ſalſa, amara, acria, acia, dulcia, piuguia.
Sapotes omnes ex miſcella quatuor qualitatum primarum naſci.

Caput Trigeſimumoctauum.

Medicamenta ſingula talia dici, qualia erga noſtrum corpus ſunt, & ad naturam noſtram referri, non ad communem.
Experientiam eſſe certiſſimam iudicatricem facultatum, quæ medicamentis inſunt.
Impuros animos prius eſſe à paralogiſmis purgandos, quam vera doctrina imbuendos, ex auctoritate Hippocratis, & Platonis.

LIBER SECVNDVS Exponit, unde errandi occaſionem veteres medici ſumpſerint, prauas ipſorum rationes confutat, ac olei, & roſacei exemplo veram docet rationem facultatis medicamentorum iudicandæ. Continet autem Cap. xxvij.

Caput Primum.

ADuerſus Sophiſtas inuehitur, qui longitudinis ſibi cauſa ſunt, cum apparentia ex ſenſibus negarent, & ſolam adhibendam rationẽ in demonſtrationibus aſſerebãt.
Senſus eſſe demonſtrationum principia, & ſi à ſenſu recedamus, nullam ſuppetere demonſtrationem.
Anaxagoram, & alios inſanos appellat, qui ſenſum contempſerunt.

Caput Secundum.

Si ſenſus noſtros nihil effugeret, & omnia ſub ſenſus caderent, nihil haberemus ambiguum.
Quod in aqua, & aceto in primo libro fecit, idem in oleo, & roſaceo nũc ſe facturum pollicetur.
Medicos nonnullos reprehendit, qui ad roſæ, vel olei colorem reſpicientes, de facultatibus eorum iudicabant.

Caput Tertium.

Non quia ignis ſit ruber, ideo eſſe calidum, neque rubrum omne eſſe calidum, neque è contra.
Roſas quòd rubrę ſint calidas eſſe dicentes quotupliciter peccent.
Odores non indicare facultates medicamentorum.
Calidum multipliciter dici: & quod calidum hoc loco conſiderandum venit.
Hominem non abſolutè calidum, ſed per exuberantiam calidum dici.
Neque à colore, neque ab odore, neque à conſiſtentia, neque ab alia ex ſecundis qualitatibus de medicamentorum qualitatibus oportere ratiocinari.

Caput Quartum.

Sophiſtas non vſos rationibus ſcientificis ad eas ſumptiones ex quibus perperam de medicamentorum facultatibus concludunt, ſed aut inductionibus, aut exemplis.
In quo differt perſuaſio ab inductione, ab ea, quæ ſit exemplis, & quæ ſit vehementior.

Caput Quintum.

Inductionis, & exempli naturam manifeſtat ex ijs quæ de oleo diſputantur aduerſus Archida-

mum

mum & Dioclem, qui putabant oleum vrere, & ſiccare; & eius verba ponuntur.
Problemata multa proponuntur de oleo tum phyſica, tum cómunia, quæ diſputanda venerãt.
Cur oleum laſſitudini medeatur, nec gymnaſtem, nec pædotribam noſſe, neque medicum Empiricum.

Caput Sextum.

Aduerſus Archidamum, qui dicebat, meliorem eſſe frictionem ſiccam ea, quæ cum oleo adhibebatur, quia corpus durius, & ſiccius ijs, qui vnguntur efficeret.
Non eadem agere oleum calidum, frigidum, temperatum, tepidum, aut feruens, ſicut nec aquã.
De qualitate olei, & frictione, quæ cum eo fit; & olei vires qualiter expendendæ ſint.

Caput Septimum.

De ratione refrigerandi olei.
Olei calidi perfuſio quibus conueniat.
Dioclem reprehendit qui pugnantia de olei facultatibus dixerit.
Varij olei effectus, ex quibus colligitur oleum mordicare, & mordicationes curare.
De olei differentijs, ipſumque ſimpliciter, & abuſiue dici.

Caput Octauum.

De differentijs eius olei, quod propriè oleum dicitur.

Caput Nonum.

Quomodo cuiuſque medicamenti facultates experiri, & quæ experiri debeamus.

Caput Decimum.

Nonnullos medicos non ſolum in explorandis medicamentorum viribus hallucinari, verum in opinionibus etiam, quas habent de affectibus.
Diuerſitas opinionum, dum quærunt quis affectus ſit laſſitudo, quæ oleo curatur, ſicut etiam accidit, dum de phlegmone quærunt.

Caput Vndecimum.

Multum referre, ſi in ventrem inijciatur oleum expers ſalis, an quod plurimum accepit ſalis.
Oleum tum expers ſalis, tum ſalſum ſubducere aluum, ſed diuerſa ratione, & quomodo.
Quodnam oleum radat, vel mordicet, vel leniat.

Caput Duodecimum.

Salſuginoſa ex accidente nonnunquam mordicationes ſanare, & quomodo.
De oleo dulci quomodo doloribus frigidis medeatur, & quando ſimplex, & quando alijs mixtum adhibendum ſit.
Vacuandos eſſe eos, qui ab ijs, quæ temperandi naturam habent, exaſperantur.

Caput Decimumtertium.

Eodem modo lac diuerſos effectus in diuerſas ventriculi temperaturas inducere.
Poſſe rebus ferè omnibus multas, & diuerſas eſſe facultates, ſed diſtinguẽdas eſſe eas quæ ſunt per ſe, ab ijs quæ per accidens inſunt, quod vtrumque in exemplo contemplatur.
De ſucco ptiſſanæ, quòd diuerſos effectus progignere ſoleat, & cur; ac de eius natura.

Caput Decimumquartum.

Cacochyma qua ratione mordicationes, & quomodo diſceruendum num à cacochymis, an à temperatis mordicatio ſanata fuerit.
Qui cibi fiant apti mordicationibus.
Lenientia per ſe ab ijs, quæ per accidens id præſtant, quatuor indicijs diſtingui poſſe.
Lenientia interdum à cacochymis victa, mordicantia efficiuntur.

Caput Decimumquintum.

Lauanda quæ ſint medicamenta, & quomodo, & quæ opus habent, vt lauentur.
Quomodo lapidoſa, & dura abluenda ſint.
Oleum ablutum non ſolum mordacitate ſe exuere, ſed etiam candidius reddi, ac de alijs modis candidum efficiendi oleum.

Caput Decimumſextum.

Non ideo oleum mordax dici debere, quòd guttur ad tuſſis impetum prouocet, vt dicebat Archidamus, quod tum oſtenſiuo, tum ſuppoſitiuo ſyllogiſmo demonſtrat eſſe falſum, & formę ſyllogiſmorum examinantur.
Tuſſim excitantia non eſſe neceſſario mordacia.

Caput Decimumſeptimum.

Quænam ſit ad tuſſim impetum mouendi affectio.
Sternutationis vſus.
Tuſſis vſus, & cauſa duplex.
Eius quod bibitur diſtillare ſemper aliquid per aſperam arteriam in pulmones.
Succis plantarum omnibus duplex excrementum eſſe, ac de olei partibus.

Caput Decimumoctauum.

Quot modis repurgetur oleum, ſeparatis ab eo ſeroſis, & tenuibus excrementis.

De

De olei dulcis natura, & viribus.
De vſu frictionis, quæ fit ex oleo.

Caput Decimumnonum.

Frictionem ex oleo quidem æqualem, ſiccam verò inæqualem eſſe, aduerſus Archidamum, & quomodo inæqualis, quomodo æqualis fiat frictio in cute.

Caput Vigeſimum.

Propoſito exemplo olei, reprehendit prauam viam inueniendæ facultatis rerum.
Vnde aliqui frigidum eſſe oleum contendebant, ac diuerſæ opiniones concretionis ipſius, & de cæteris omnibus eius qualitatibus.
Oleum experiendum eſſe in hominibus tantum.

Caput Vigeſimumprimum.

Experiendi rationes diuerſæ.
Medicamenta, quæ experiri volumus debent eſſe alienæ qualitatis omnis expertia.
Oleum calfacere quidem, ſed non admodum euidenter, vt multa alia.
Oleum quibus fluxionibus ſit noxium.
Oleum videri calorem parem accendere eis, quibus applicatur.

Caput Vigeſimumſecundum.

Medicamenta facultate calida quomodo nos calefacere apta ſint.
Oleum ex eorum numero eſſe, quæ ex æquo nos calefaciant.
Oleum eſſe veluti materiam reliquorum medicamentorum, ac medium temperie quod eſt, vtriſque extremis inſeruire.

Caput Vigeſimumtertium.

Tot dubitationum circa medicamentorum facultates tria fuiſſe principia.
Quæ dicantur nos calfacere.
Calidum poteſtate, & actu, vtrunque quotupliciter dicatur, ſic de frigido, & alijs qualitatibus.

Caput Vigeſimumquartum.

Ad oleum redit, & eum multifariam nos calefacere ait, vt alimentum, vt medicamentum, vt tegumentum.
Veſtimenta à nobis calefacta, nos recalfacere: ac de olei cum veſtimentis collatione.
Oleum, & veſtes non propriè nos calfacere, ſed obſiſtendo frigori.
Medicamenta quomodo nos calefaciant.
Oleo vngendi qui ſint, & qui minimè.

Caput Vigeſimumquintum.

Oleum eſſe medium inter nos humectantia, & exiccantia.
Oleum talem ſeruare noſtram temperiem, qualem illam reperit.
Laſſitudini diſcutiendæ qualia requirantur remedia.
De frictione ex oleo, & aqua, & cur ſiccis corporibus auxilietur.
Oleum eſſe aliorum medicamentorum materiam.

Caput Vigeſimumſextum.

Oleum mediam habere temperiem probat pluribus rationibus ex experientia ductis.
Mediam obtinere temperaturam debere, quod vtriſque extremis tanquam materia inſeruire debet.
Excuſat ſe de prolixitate ſermonis.

Caput Vigeſimumſeptimum.

De roſaceo pauca; eiuſque temperiem eſſe. qualis ſucco roſarum ineſt.
Quomodo conficiendum roſaceum.
Quod appellent oleum roſaceum.
Quæ medicamenta appellet proxima temperiei mediæ.

LIBER TERTIVS Abſoluit quæſtiones logicas de actione medicamentorum ſimplicium, quæ quaſi elementa ſunt totius tractationis de ipſorum facultate. Continet autem Capita xxviij.

Caput Primum.

SE nihil ſcribere decreuiſſe niſi quod vtile foret curandis morbis, ac de orationis prolixitate ſe excuſat.
Quid egerit in duobus prioribus libris explicat breuiter, & q.d acturus ſit ĩ hoc tertio.

Caput Secundum.

Calidum, frigidum, humidum, ſiccum, quot modis vnumquodque dicatur.
Quæ dicantur potentia, & quæ actu calida: & eorum quæ actu dicuntur ſubdiuiſio.

Caput Tertium.

Ex antedicta nominum diuiſione quæ percipiatur vtilitas.

Alimentum à medicamento differre, quòd alimentum ſubſtantiæ corporis aſſimiletur, medicamentum verò in qualitate alteret.

Caput Quartum.

De alterationibus, eaſque duplices eſſe ait.

Medicamentorum vires ſub quibus contineantur alterationibus, & quid ſit mutari ex ſpecie in ſpeciem.

Qualitates ſpecificæ quæ ſint, & cur ſic dicantur.

Ariſtotelem, & Theophraſtum non ſine certa methodo legendos.

Caput Quintum.

Solis Philoſophis conuenire de calido, frigido, humido, & ſicco, vt ad totam naturam diſtinguere, medicis verò, vt ad hominem.

Caput Sextum.

Aliud ſimpliciter, aliud per exuperantiam à Philoſophis dici calidum, & horum ſubdiuiſio: quæ omnia rectè dicta aſſerit, cum de tota natura ſcrutentur.

Medicis alium ſcopum habentibus non rectè dicta videbuntur eadem illa, exemplo mandragoræ, cicutæ, & ſalamandræ.

Conſenſus quoſdam, & diſcrepantias qualitatum ineſſe vniuerſis rebus.

Familiaritates vnde exoriantur.

Caput Septimum.

Quomodo iudicanda ſint, quæ ex media ſunt temperie, nempe ſi mediæ temperaturæ ſimilem ipſa temperaturam obtineant.

Caput Octauum.

Cur quod propriè, & per ſe eſt calidum cũ calidiore cõmixtum, frigidius ipſum efficere queat.

Quæ ſit alterabilium omnium natura.

Vrina cur appareat nobis frigida in balneo, & putealis aqua cur videatur rigentibus tepida.

Tactum debere eſſe ab omni aliena qualitate immunem, ſi ſenſibilia ſit rectè iudicaturus.

Calidum, & frigidum partim abſolutè dici, partem per exuperantiam, partim ad ſymmetrum ſui generis comparatum, partim ad quiduis obuiam collatum.

Caput Nonum.

Experientia cognoſcere, iudicareque medicamentorum facultates oportere.

Experientiæ rationem eſſe facilem, roſarum exemplo probat, & Herodoti curatione, & ſi verbis contrarium aſſerebat.

Caput Decimum.

Experientia iudicandas medicamentorum facultates.

De ijs quæ mediam temperiem obtinent, in roſaceum, lini ſemen, & chamemelum, ac de ipſorum facultatibus.

Chamemeli facultates inſignes in febribus.

Caput Vndecimum.

Pro diuerſis corporum affectibus alias aliter agere nata eſſe tum quæ mediæ temperaturæ ſunt medicamenta, tum quæ paulum in alteram partem declinare videntur.

Caput Duodecimum.

Reducenda ad temperiem non mediocria, ſed contraria, & quæ æque à medio recedant, præſidia poſtulare.

Eucratum medicamentum, quod dicatur.

Omnium nominum ſignificata prius diſtinguenda.

Caput Decimumtertium.

Generales medicamentorum facultates ad mediam temperiem referentes expendendas eſſe.

Gradus virium medicamentorum quomodo inueniendi ſint.

Temperatum medicamentum, quod dici debeat.

Medicorum ſui temporis errores in commiſcendis medicamentis.

Quid facturus ſit in cæteris libris ſequentibus vſque ad quintum, & deinceps.

Caput Decimumquartum.

Omnia propemodum medicamenta licèt ſenſu ſimplicia appareant, natura tamen eſſe compoſita, & nonnunquam contrarias facultates obtinere.

In lacte duas contineri facultates excernendi, & ventrem ſiſtendi.

Caput Decimumquintum.

Braſſicam duas, eaſque contrarias in ſe facultates obtinere probat.

Braſſicæ bis, vel ter elixæ ſuccum ventrem ſoluere, ipſius verò corpus, ventrem ſupprimere.

Gallorum veterum ius ventrem ſubducere,carnem verò ſiſtere.
In æris ſquama duplex,& contraria facultas.
Aſtringens non eſſe contrarium purganti facultati.
Succos alios aceſcere, aut computreſcere, ſola autem oleum, mel, & vinum longo tempore durare.
Quomodo roſarum ſuccus conſeruetur.

Caput Decimumſextum.

Similárium inter ſe,ac diſſimilarium differentiæ vnde naſcantur.
Linguam ſecundum diuerſas partes à diuerſis ſaporum qualitatibus affici, & quare.
Saporum qualitates afficiunt reliquas etiam partes, vt linguam, licèt non perinde ab ijs percipiantur.
Lingua cur ſenſum nacta ſit adeo exquiſitum.
Simplicia medicamenta affectus contrarios gignère non eſt mirum, cum natura compoſita ſit.
Aſtringens duplex eſſe.

Caput Decimumſeptimum.

Roſaceum quando conueniat inflammationibus
Inflammationum curatio, & roſacei facultas exprimitur.
Medium omne ex contrarijs commixtum exiſtere.
Quæ humectantia efficaciſſime humectare poſſint.

Caput Decimumoctauum.

Frigida,& deleteria medicamenta cur citiùs, magisq; in calidis naturis vim ſuam exerceant, & quæ ſint.
Qualitates omnes quadantenus in ſe mutuo agere.
Succi à quibus deducantur per corpus.
Lactucæ ſuccus ſi integer ad cor perueniret,non ſecus ac cicuta perimeret.
Deleteria, quæ putreſcendo enecant, quomodo ab ijs differunt, quæ ſua interimunt frigiditate.
Cicuta cur minimè ſturnos enecet.
Hiſtoria Anulæ Athenienſi,quæ alebatur cicuta.
Plurimum poſſe conſuetudinem,& eſſe veluti adſcititiam naturam.

Caput Decimumnonum.

Eorum medicamentorum quæ frigiditate ſua interimunt nullum genere letale eſſe, ſed ſola quantitate.

Caput Vigeſimum.

Medicamenta calida, & frigida à nobis ſumere initium actionis ſuæ, ac proinde poteſtate dici talia.
Cicuta,ſi cum modico,& minime generoſo vino bibatur,ocius perimit.
Vinum vetus,& generoſum, & calidum auxiliari venenis refrigeratione lædentibus, & quale eſſe debeat.

Caput Vigeſimumprimum.

De actione medicamentorum, quæ putrefactione, & eroſione perimunt.
Redigit in memoriam,quæ antea dicta ſunt,quod vrina in balneo videatur frigida,& reliqua.
Pro ſuo vnumquodque affectu corpora admota ſentire conſueuit.

Caput Vigeſimumſecundum.

Deleteria humanæ naturæ quæ ſint.
Putrefacientia, vel ſi ſumantur portione minima corrumpere animal.

Caput Vigeſimumtertium.

Cur putrefacientia pharmaca licèt genere letalia ſint,non tamen perpetuo occidant, exemplo cantharidum,quæ miſcentur diureticis.
Alexipharmacis commodè miſceri interdum letalia.

Caput Vigeſimumquartum.

Medicamentis multas diuerſi generis ſubſtantias eſſe immiſtas.
Purgantium medicamentorum diſcrimina.
Purgantia vbi à natura vincuntur,talem gignere humorem, qualem ductura erant.

Caput Vigeſimumquintum.

Purgantia medicamenta eſſe quidem detrahendis humoribus familiaria,verum quæ attrahunt quodammodo eſſe efficaciora,exemplo magnetis,quæ ferrum attrahit.
Cnicum eſſe pituitæ ſimilem.
Attractiones fieri ſubſtantiarum ſimilitudine,& ſimilitudinem differre ab identitate.

Caput Vigeſimumſextum.

In purgantibus medicamentis duplicem eſſe ſimilitudinem,actu,& potentia.

Caput Vigeſimumſeptimum.

Purgationes immoderatæ, quas ὑπερκαθάρσεις Græci vocant, quando, & quomodo accidant.
Sanguinem vacuari omnium vltimum, vt naturæ familiariſſimum.

Caput Vigeſimumoctauum.

Cur in ſuperpurgationibus etiam ſucci à purgante medicamento alieni excernantur.
Vaſorum reſeratio, & imbecillitas vnde accidere ſoleat.

LIBER QVARTVS Agit de tenuibus, & craſsis partibus, de ſaporum, & odorum eſſentia, & facultate, quæ in medicamentis ſimplicibus cernuntur. Continet autem Capita xxiij.

Caput Primum.

CVm de primarum qualitatum facultate dixiſſet, ſe nunc agere velle aſſerit de facultate, & ſubſtantia ſecundarum qualitatum, & primo de ſubſtantia ſaporum, & in quo differat hæc tractatio ab ea quæ in fine primi libri de iiſdem ſaporibus tractauit.

Caput Secundum.

Frigidum non ſolum vlceribus eſſe mordax, ſed & reliquis corporis partibus, & quomodo mordeat.
Cum mordicantia ſint tum frigida, tum calida non tamen eandem eſſe vtriſque qualitatem, & quomodo vtriſque agant.
Quomodo calidum ſit amicum, & quomodo delectationem pariat.
Frigidi ſemper eſſe proprium ſubiectam materiam contrahere, & condenſare, calidi fundere, & liquare.
Tenuitatem, vel craſſitudinem eſſentiæ medicamentorum plurimum facere ad paſſiones inferendas, quid ſit flamma, quid carbo.

Caput Tertium.

Quæ dicantur eſſe tenuium partium, & quæ craſſarum.
Mordicandi vim quæ nam habeant.
Fieri non poſſe, aut difficile eſſe vllam inuenire ſubſtantiam, quæ adamuſſim ſit partium ſimilarium.
Medicamenta omnia facultatibus conſtare contrarijs.
Acetum ex contrarijs partibus conſtare, & quomodo fiat, ac de lixiuio.
Differentia omphacis cum aceto, & eius qualitas.
Acidam frigiditatem tenuium eſſe partium, ſicut aſtringens craſſarum.

Caput Quartum.

Quomodo ſenſus exercendus in ſaporibus guſtandis.
Quonam modo acrimoniam exactè cognoſcere quis poſſit, aſtrictionem, amaritudinem, dulcedinem.

Caput Quintum.

Quæ medicamenta medici appellant emplaſtica, ea media eſſe in caliditate, & frigiditate, & conſiſtentia verò ſicca; & quæ ſint.

Caput Sextum.

Emplaſticorum duplicem eſſe naturam; ac de partibus olei, & de adipum differentia.
Ceram elotam empaſticam vim habere.

Caput Septimum.

De aſtringentium, & acidorum natura, & cum vtraque refrigerent, in quo differant.
De fructuum ſaporibus, & quo ordine ipſorum ſapores mutentur; ac de fructuum differentijs.
De ſapore acerbo, & acido, in quo conueniant, & in quo differant, & quomodo dignoſcantur.
Aſtringens omne exquiſitę eſſe figidum.
De natura dulcis ſaporis quomodo fiat, & nullum dulce eſſe frigidum:
Amara omnia calidam poſſidere qualitatem.

Caput Octauum.

De generatione ſaporis auſteri.
Acerbum corpus exolui tripliciter, ex quo triplex ſaporum genus oritur, dulce, auſterum, acidum.
De ſaporum differentijs in varijs fructibus.

Caput Nonum.

Qui fructus ſint edendo, qui verò minime.
De natura dulcis ſaporis.
Nutrimentorum omnium duplex eſſe genus.

Caput Decimum.

Id quod nutrit omne eſſe dulce, & mediocriter calidum.
Iucundum duplex eſſe genere, alterum quod impleat, alterum quod alteret.
Nec eduliorum, nec medicamentorum vnam eſſe animantibus omnibus ſpeciem.

Caput Vndecimum.

Dulcia, & amara partim ſuo proprio, & inſito calore, partim aſcititio eſſe talia, & quæ ſuo, quæ aſcititio calore ſint dulcia.
Succum cuiuſque pomi ſeruefcere inſtar muſti.
Dulce eſſe calidius auſtero, amarum verò calidius dulci.
Aſtrictionem à frigore generationem habere.

Caput Duodecimum.

De non naturali vinorum mutatione.
Maturitatem omnibus fructibus à ſolis calore prouenire.
De diuerſitate virium aceti, & omphacis, & vnde vnumquodque proueniat.
Acetum magis refrigerare, quàm mel calefaciat.
Fructus omnes in primo ſui ortu eſſe acerbos.

Caput Decimumtertium.

Vnde decepti ſint quidam medici, exiſtimantes acidum à calore prouenire, nempe quòd vina inualida verè, & æſtate aceſcant.

Caput Decimumquartum.

Qua cauſa vina frigidiora, aquoſioraque ab externo calore corrumpantur.
Infirmam naturam validum neque motum, neque calorem ſuſtinere poſſe.
Simile vinis accidere, atque corporibus noſtris Ariſtoteles, & Theophraſtus docuerunt.
Calore proprio ſeruari ſingula, extraneo corrumpi.

Caput Decimumquintum.

Aciditatem in ſaporibus naſci à calore quidem mutante, non autem vincente ſiue alimentum, ſiue medicamentum.
Acidos ſapores eſſe eſſentiæ ſimul tenuis, & frigidæ.
Acidum ſaporem ſincerum in oxalide, & oxylapatho exactè reperiri.
Quid ſit ſecundum totam ſubſtantiam agere, & pati, & quomodo fiat tranſitus rerũ in ſeinuicẽ.
Omnium quæ nutriunt, communis eſt dulcedo.
Familiare cuique eſſe vnum, aliena verò plura.
Elementa non nutrire, nec vllam guſtui qualitatem afferre.

Caput Decimumſextum.

De condimentorum natura, & vſu, & cum nullum edendo ſit, ad ſuauitatem conferant ijs quæ per ipſa parantur.
Alimenta intemperata quomodo corrigenda.
De ſaporibus humorum, qui in corpore ſunt.

Caput Decimumſeptimum.

Qua cauſa mel cum ſit dulciſſimum, ſuccum generet amariſſimum in aliquibus, & cur temporis ſpatio, aut igni admotum amareſcat.
De lactis eſſentia, & cur cum dulce, & ipſum ſit, non amareſcat.
Lac incidens in ventriculum magnum calorem habentem, tantam dulcedinem contrahere, quantam amittit mel in eundem ventriculum permanens.
Lac quomodo, & quando in alienas qualitates mutetur.
Mordicationem eſſe communem ſaporibus, acido, amaro, & acri.

Caput Decimumoctauum.

Acres ſapores eſſe omnium calidiſſimos, & quæ ex acribus idonea ſint eſui.
De acrium medicamentorum differentijs.
Saporum ſingulorum qualiſnam ſit terminus.
De facultatibus amari ſaporis, & quibus morbis conueniant.

Caput Decimumnonum.

De facultatibus acrium ſaporum: & quomodo ab amaris differant, & quibus ſubſtantijs accidant.
Incidentia qualia eſſe debeant.
De medicamentis, quæ per eroſionem interimunt, eaque eſſe lapidi, ferroque ignito ſimilia; de eorum ſubſtantia, & facultate.

Caput Vigeſimum.

Amarum ſaporem ineſſe corporibus temperie ſiccis probat.
Amara minimè omnium putreſcere.
Quæ exactè amara ſunt animalibus vniuerſis eſui inepta eſſe.

De qualitate aquæ, quæ eſt in lacu Paleſtinæ, quem vocant mare mortuum.
Quomodo fieri poſſit aqua marina, & quæ ſalſugo fit ad ſaliendum optima: ac ſalſa quò mag s coquantur, eò magis amareſcere.
Amara eſſe hominibus, & plantis aduerſa.
De facultatibus, & differentijs ſalis.

Caput Vigeſimumprimum.

De ſalſi, & amari ſaporis differentia, cum tamen ſint inter ſe propinqui.
Quot ſint ſpecies, & qualitates ſalis, de nitro aphronitro, & alijs.

Caput Vigeſimumſecundum.

De vaporibus, & odoribus omnibus.
Odores pleroſque ſimiliter ſaporibus nos afficere.
Quod amarum eſt nunquam eſſe odoratum.
Odoris ſenſum in cerebri ventriculis anterioribus collocari.
Odorabilium vaporoſam eſſe ſubſtantiam.
Non quicquid odoratum eſt, id ſtatim eſſe ſuaue: de beneolentia, & graueolentia.

Caput Vigeſimumtertium.

Odorem non perinde vt ſapor ſenſibilium temperiem indicare poteſt; cauſam eſſe inæqualitatem ſubſtantiæ, exemplo roſæ.
Roſæ ineſſe excrementa tria, præter ipſius roſæ corpus: ac de examine partium ipſius.
Colores ad medicamentorum facultates percipiendas parum admodum conferre.
Calidiora eſſe albis fulua, flaua, rubra.

LIBER QVINTVS Agit de reliquis principijs earum facultatum, quæ poſt primas medicamentis inſunt, & tum ſecundæ appellantur, tum ex operibus, quæ edunt in corpus, denominantur. Continet autem Capita xxvij.

Caput Primum.

EA repetit, quæ ſupra demonſtrata ad dicenda erunt accommodata: quatuor videlicet elementa, & quæ ab ipſis denominata ſunt corpora: nutrimenta vinci ab eo, quod nutritur, medicamenta alterare corpus: ſimplicia medicamenta diſſimilarium eſſe partium.

Caput Secundum.

Quorſus homines vtantur medicamentis: atque vnde oriatur tanta eorũ in agendo diuerſitas.
Quouſque procedat idiotarum cognitio in medicina.
Quid in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro egerit breuiter recenſet, in hoc tertio de ſecundis, ac tertijs facultatibus ſe acturum dicit, & quæ ſint declarat, diuerſa ipſarum nomina explicans.
Medicamentorum vires particulares cum numerari non poſſint, ſe eas omiſſurum aſſerit.

Caput Tertium.

De medicamentis pus mouentibus, atque emollientibus, & quid inter ſe differant.
Quid ſit ſuppuratio.

Caput Quartum.

Durum corpus, & molle tripliciter dici, partim abſolutè durum, partim per exceſſum, partim ad ſymmetrum ſui generis, vel ſpeciei; ſic etiam medicamenta ipſa tripliciter dici mollictia.
Cutem hominis temperatiſſimi eſſe regulam ſecundum quam omnia iudicantur, ac tactum hominis temperati medium eſſe omnium tangibilium.
Quid ſit durum, quid molle.

Caput Quintum.

Quot modis aliquid dicatur fieri durius, & quot ſint molliendi rationes.
Non vnam eſſe induratorum naturam, neq; vnã medelam de ijs quæ congelantur, & ſiccãtur.
Refrigerationis partis cauſa triplex.
Emollientia quibus conueniant.
De euacuationum diuerſis modis.
Durum omne fieri, aut ſiccatione, aut concretione, aut impletione, aut his ſimul coniunctis.

Caput Sextum.

Pus mouentia nihil humiditatis adijcere, aut adimere corporibus ſecundum naturam affectis, eorumque ſubſtantiam tueri, non immutare.
Alterationem in animalium corpore triplicem fieri: & quæ ſit alteratio naturalis, quæ præter naturam, & quæ media.
Pus mouentia qualia eſſe debent.

Pus mouens medicamentum æqualem habere calorem cum corpore,in quo pus mouetur.
Pus mouentia eſſe calida, & humida.

Caput Septimum.

Induratorum affectio vnde oriatur.
Quæ conueniant induratis, ſcirrhiſq;.

Caput Octauum.

Emollientia, & pus mouentia quomodo differant.
Pus mouentia conſeruant humorem, qui præfuit in partibus induratis.
Emollientia aliqua enumerat.

Caput Nonum.

Pus mouentia debere eſſe emplaſtica.
Quem appellet Hippocrates innatum calorem,quem habere pueros ait.
Spiritum eſſe aut ſubſtantiam animæ,aut primum illius inſtrumentum.
Quæ ſint aptiſſima ad puris generationem in ſuas claſſes digerit.
Pus mouentia modice excalfacere,& humectare debent.
Scirrhus quid ſit,vnde gignatur,& à quibus ſuccis.
Scirrhis à viſcida pituita ortis quale medicamentum conueniat.
Ex emollientibus medicamentis quæ ſint præſtantiora, & quibus miſcenda; eaque debere eſſe etiam emplaſtica.

Caput Decimum.

Medicamenta indurantia eſſe humido, ac frigido temperamento,& quæ ſint.
Quæ ſit ſolani natura.
Si quid refrigeret, & ſiccet indurare quidem ſed impropriè.

Caput Vndecimum.

Laxatio,& tenſio in quibus membris fiat,& quomodo, & qua cauſa.
Laxantium remediorum ſpecies variæ aduerſus Theſſalum, & eius ſectatores.
Emplaſticorum eſſentia qualis.

Caput Duodecimum.

De medicamentis quæ emplaſticis opponuntur, quæ repurgantia, & infarctu liberantia dici poſſunt.
Extergentia,& rhyptica medicamenta quæ dicantur.
Nitroſa,& amara quæ ſint,ad purgandos meatus omnes valere.
De medicamentis aptis ad craſſos, viſcidoſque humores è pectore educendos; ac de ijs quæ obſtructiones hepatis, & lienis tollant.

Caput Decimumtertium.

Vrinam mouentia medicamenta debere eſſe actiora prædictis,& magis calida; & quæ ſint.
Puris expuitionibus ex thorace quæ ſint idonea.
Varius incidentium medicamentorum vſus,& quæ ſint idonea callis incidendis, ac diſcutiendis, aliqua aduerſus Theſſalum.

Caput Decimumquartum.

Quæ rareſacientia dicantur medicamenta,& quæ aperientia: quæ condenſantia,& contrahentia, & horum omnium exempla.

Caput Decimumquintum.

Quæ ſint medicamenta colliquantia,vrentia,& eſcharas inducentia; & quæ anaſtomotica.
De cauſticis,ſepticiſque,ideſt putrefacientibus medicamentis.
Corruptionis plures modi.
De putrefacientibus,quæ carnem liquant abſque dolore.
De cathereticis, ac cicatricem inducentibus medicamentis, & quæ ſint.

Caput Decimumſextum.

Pleroſque medicos confundere nomina hęc,carnem detrahentia,& colliquantia, & epulotica.
Epulotica,ſeu cicatricem inducentia,quæ dicantur primo,& quæ ſecundario.

Caput Decimumſeptimum.

Attrahentium eſſentiam calidam eſſe, & tenuium partium: repellentium verò contra frigidam, & craſſarum.
Attrahentium eſſentiam eſſe duplicem,aliam ſponte natam,aliam putrefaciendo operantem.
Quæ ſint attrahentia ſimilitudine eſſentiæ.
Calidiora trahere potentius.

Caput Decimumoctauum.

Alexipharmacorum, & alexiteriorum duplicem eſſe naturam; quædam alterando iuuant, & quædam euacuando deleteria medicamenta,& quomodo alterent,quomodo euacuent.
Medicamenta alexipharmaca alterantia eſſe media inter perpetientia corpora,& medicamenta lædentia: & qua copia exhibenda ſunt.

Euacuantia alexiteria maximè media debere eſſe corporis, quod curatur, & veneni lædentis: ac de facultatibus deleterijs.

Caput Decimumnonum.

De natura facultatis anodynæ, id eſt doloris ſedatiuæ ſiue lenitiuæ, aliam re vera eſſe talem, aliam tantum dici, & quæ ſit vtraque, & earum opera.
Anodynis nihil debere ineſſe aſtrictionis.
De ijs anodynis, quæ ſoporem inducunt, & ὑπνωτικὰ dicuntur.
De deleterijs à tota ſubſtantia, quæ ſint: & quæ ſint deleteria genere.

Caput Vigeſimum.

Purgatoriam facultatem duo ſignificare.
De errhinis, apophlegmatiſmis: & alijs multis purgandi particularibus generibus.
Bechica, id eſt tuſſim mouentia bifariam dici.

Caput Vigeſimumprimum.

Lactis, & ſeminis effectrix facultas moderate calida, & humida eſſe debet.
Lactis generationem quæ prohibeant.

Caput Vigeſimumſecundum.

Sanguinem eſſe materiam lactis, & menſium muliebrium.
Venas eſſe communes vberibus, & matrici.
Menſes, & vrinas quæ eliciant, & in quo differant menſes ducentia à diureticis.

Caput Vigeſimumtertium.

Semen quæ gignant, & quæ extinguant.
Semen prouocantia, & ſupprimentia quæ ſint.
Quæ ſemen prorſus non eſſe permittant, illudq́ue extinguant.
De medicamentis quæ oculis, auribus, naribus, & vnicuique aliorum ſenſuum conueniunt.

Caput Vigeſimumquartum.

De facultatibus quibuſdam, quæ à partibus corporis appellantur, hepaticis, ſplenicis, pleuriticis, & alijs huiuſmodi.

Caput Vigeſimumquintum.

De facultatum quarundam inani nominum vſurpatione, falſa, & obſcura, aduerſus recentiores medicos, & Theſſalum præcipue, & methodicos.

Caput Vigeſimumſextum.

Contrarias facultates ex operibus iudicare oportere.
Aſtringentes acres, amaras, &c. non facultates medicamentorum, ſed guſtus eſſe qualitates.
Guſtabilium qualitatum facultates, & opera, quæ.

Caput Vigeſimumſeptimum.

De ordine, & gradu cuiuſque excalfacientium, refrigerantium, ſiccantium, & humectantium.
Symmetrum quid dicatur.
Ordines, ſeu gradus exceſſuum quatuor.
Quarti ordinis exiccantia, etiam vrunt.
Quæ vehementer adſtringant.

A Sexto Libro vſque ad nonum agitur de effectricibus qualitatibus medicamentorum à plantis, aut ipſarum partibus.

LIBER NONVS Agit de terrarum, & metallicorum facultatibus.

LIBER DECIMVS, Et vndecimus agunt de ſimplicium medicamentorum facultatibus, quæ ex animalibus ſumuntur; ac de ijs quæ ex mari, & ſalſis aquis proueniunt.

GALENI DE PVRGANTIVM MEDICAMENTORVM facultate libellus. Continet Capita quatuor.

Caput Primum.

EA cauſa vetuſtiſſimos illos medicos prauas opiniones irreprehenſas omiſiſſe, qua legumlatores grauiſſima delicta impunita reliquerunt.

Eraſiſtra-

Eraſiſtratum de purgantibus medicamentis caput totum euertiſſe, cum vim attrahendi non agnouerit, & eius opinio ponitur, & refellitur.
Ouid ſpectantes, vel ſanguinem detrahemus, vel purgans medicamentum exhibebimus.

Caput Secundum.

Subiungit reliqua capita ſectatorum Aſclepiadis, & Eraſiſtrati, ipſaque refellit.
Probat, vnumquodque medicamentum vim habere proprium humorem attrahendi, purgationemque purificare ſanguinem.
Exemplum affert regij morbi, eiuſque curationem ponit, ſimiliter, & aquæ intercutem.

Caput Tertium.

Reſponſionis cuiuſdam confutatio, quæ primo tenuia, deinde craſſiora trahi concedebat, & de ijs quæ ſcripta erant in libello, qui temerariam illam opinionem refellebat.

Caput Quartum.

Medicamenta nonnulla ſtatim ab initio ſanguinem ducere, ac de homine quodam, qui herbam reperit, quæ hoc præſtabat, & quomodo eam inuenerit.
Redit ad eos qui humores omnes ex æquo trahi dicebant, & primo liquidiora.
Purgans medicamentum non immutare humores in ſuam naturam, vt aſſerebant, ac totius quæſtionis concluſio.

GALENI LIBELLVS QVOS PVRGARE OPORTEAT, quibus medicamentis, & quo tempore, qui Oribaſij eſſe dicitur, ex Galeno excerptus.

GALENI DE THERIACA AD PISONEM LIBER.

Continet Capita xix.

Caput Primum.

Libri dedicatio Piſoni, Andromachi comendatio, & de eius libello de Theriaca, & quid Galenum impulerit ad hoc opus ſcribendum.

Caput Secundum.

Theriaces commendatio, dignotio, & Principum Romanorum hac in re ſtudium.
Regni maximam eſſe partem communem omnium ſalutem.
Romanorum Imperatorum laus, in curandis morbis, & varijs medicamentis comparandis.

Caput Tertium.

Theriacam, vt è multis componitur, ita quamplurimos vſus habere.
Simplicium vires cognoſci ſenſu experientiaque adiuncta ipſa ratione.
Scammonium flauam bilem, epithymum atram, coccum gnidium pituitam ſoluere, ac medicamenta ſingula proprium ſibi ſuccum attrahere.

Caput Quartum.

Medicamenta plura ſecundum diuerſas ſui ipſorum partes varios effectus producere exēplo Lactis, trifolij, cicutæ, veratri, leporis marini, & cantharidum.
Hippocratis verba, quibus admonet, vt medicinarum naturas cognoſcamus, & temperaturas hominum eas accipientium intelligamus.

Caput Quintum.

Quid medicos induxerit, vt plura ſimplicia ſimul commiſcerent, & præcipuè in Theriaca facienda.
Hiſtoria cuiuſdam Ducis Carthaginenſis, qui ollas viperis plenas in Romanos hoſtes immiſit.
Andromachum viperas Theriacæ addidiſſe.

Caput Sextum.

Andromachi carmina ponuntur, & in hac prima parte continentur operis dedicatio, Theriacæ nomina, promiſſiones, menſura, modus, & tempus aſſumptionis.

Caput

Caput Septimum.

In hac ſecunda carminum parte continentur, artiſcorum theriacorum, paſtillorum ſcillinorum præparatio, pondus ingredientium Theriacam, commixtionis modus, & Æſculapij inuocatio.

Caput Octauum.

Cur Andromachus ad huius præparationem Antidoti elegerit viperas, & non alios ſerpentes magis letales.

Baſiliſcum conſpectum, auditumve, hominem perimere.

De Dryino, Hæmorrhoo, Dipſade, Acontia, Ptya, Aſpidibus, & alijs ſerpentibus.

Hiſtoria de morte Cleopatræ.

Caput Nonum.

Cur capite amputato, & cauda vipera in Theriaca imponatur.

Viperam ore excipere genituram maris, eiuſque caput abſcindere poſt ſemen exceptum.

De capitibus, & alijs particulis quorundam animalium, & eorum facultatibus.

Multa eſſe, quæ ſolum inſpecta vim ſuam oſtendunt, & quæ.

Caput Decimum.

Quomodo quæ noxia ex ſui natura ſunt interdum alicui morbo proſint, atque ex compoſitis qualitatibus, & inter ſe mixtis vnam tantum reſultare.

Caput Vndecimum.

Digreſſio aduerſus Aſclepiadem, & Epicurum, qui negantes alterationem, opera naturæ in Atomos, & moles, corpuſculaq; incompacta referebant, ac de repentinis quibuſdam immutationibus, quæ nobis adueniunt.

Hiſtoria cuiuſdam hominis deformis, quomodo pulchrum filium generarit, ac de admirabilibus operibus naturæ.

Caput Duodecimum.

Eligenda, explorandaque ſingula medicamenta priuſquam antidoto indantur.

Theriacam Andromachi præferri cæteris alijs.

Viperæ quales ſunt deligendæ ad Theriacam, ac fœminæ, maſculiq; deſcriptio, ex Nicandro.

Caput Decimumtertium.

Quo pacto componendi ſint paſtilli Hedychroi, ſcillini, & viperini.

Caput Decimumquartum.

Quo pacto Theriaca conficiatur, & quomodo reponenda ſit.

Theriacæ ætas, eamque duodecim annis ad perfectionem concoqui, & vſque ad triginta, ac ſexaginta annos durare.

Theriacæ probandæ ratio, & eius doſis.

Caput Decimumquintum.

Theriaca quibus, & quot opituletur affectibus, eamque corporis, & animi morbis auxiliari.

Caput Decimumſextum.

Aquæ pauorem omnium morborum peſſimi, & eius deſcriptio aduerſus Methodicos, qui morborum cauſas noſcere ſuperuacuum arbitrabantur.

De canis rabidi notis, & eius morſus curatio, eique auxiliari Theriacam vulneri admotam.

In peſtilenti conſtitutione ſolam Theriacam poſſe ſuccurrere, & quomodo Hippocrates abegerit peſtilentiam ab Athenis.

Theriacam, ceu ignem purgatoriam exiſtere.

Mithridatem antidoto præmunitum vinci à veneno non potuiſſe.

Caput Decimumſeptimum.

Quantum, quando, & à quibus Theriaca ſit accipienda.

Caput Decimumoctauum.

De ſalibus Theriacis, eorumque facultatibus.

Viperas combuſtas ſalutares ab igne reddi.

Sales Theriaci quibus auxilientur affectibus.

Caput Decimumnonum.

Sales Theriacos præparandi ratio.

GALENI DE ANTIDOTIS LIBRI DVO, QVORVM

PRIMVS LIBER continet Capita xviij.

Caput Primum.

Antidoti quæ dicantur, quid ſint, & vnde originem habuerint.
Antoninum Imperatorē ſingulis diebus vſum eſſe Theriaca quantū Ægyptia faba.
Galenum ſemper aſtitiſſe Demetrio medico dum Theriacam Imperatori Antonino componeret.

Caput Secundum.

Quomodo Theriaca optima componatur.
Galenum medicamentorum conquirendorum gratia varias luſtraſſe Regiones, Cyprum, Syriam, Lemnum, & alias multas.
Medicamenta ſimplicia explorandi ratio.
Mel optimum quale nam eſſe debeat.

Caput Tertium.

Vinum quod hiſce medicamentis miſcēdum eſt, validum eſſe oportere, ac firmiſſimū, & quale.
Veteraſcentium vinorum qualitas, eorumque reponendi ratio.
Stæbem conducere ad celerem concoctionem vinorum.
Vina, quæ maturuerint auxilio ignis, capitis dolorem concitare.
Vina Antidotis, emplaſtriſque, idonea qualia eſſe debeant.

Caput Quartum.

Quod mel idoneum ſit componendis Antidotis.
Mel vetuſtum coctione amareſcere, quod etiam ipſo tempore citra cocturam patitur.
Compoſitorum virtutem ſequi vires ſimplicium.
De differentijs ſtirpium.

Caput Quintum.

Conquirenda eſſe in quauis regione mella, vina, ac ſimplices medicinas, & quid in vnaquaque optimum.

Caput Sextum.

Andromachi Senioris compoſitio Theriacæ, quæ carminibus Iambis compoſita eſt, & tranquilla appellatur.

Caput Septimum.

Andromachi filij explicatio pedeſtri oratione compoſitionis Theriacæ, quam Andromachus pater fecerat.
Reprehendit Galenus Andromachum iuniorem, quòd in deſcriptione Theriacæ loco calamenti nepitam dixiſſet, voce Romana vſus.

Caput Octauum.

Quando, & quomodo viperæ venari debeant, & quomodo parentur, & coquantur.
Quomodo paſtilli Theriacales ex viperis componi debeant.
Quibus vaſis reponenda Theriaca, & vitrea, vel aurea nullum fucum admittere.

Caput Nonum.

Scillinorum paſtillorum compoſitio, & præparatio.

Caput Decimum.

De compoſitione magmatis Hedychroi, quam neque Andromachus docuit, neque alij complures, carminibus explicata, quā tamen ab Andromacho ꝑ manus traditā habuit Galenus.
De maro, & amaraco, quibus in locis naſcatur, & de vnguento amaracino dicto.

Caput Vndecimum.

Quo ordine in conficiēda Theriaca vnumquodque poſitum eſt ab Andromacho, eodem Galenus ſingula explicat, & examinat, & vniuſcuiuſque integritatem explorat, primi, & ſecundi ordinis.

Caput Duodecimum.

Conſiderat ea, quæ ſunt in tertio ordine medicinarum ſimplicium ab Andromacho relata.

Caput Decimumtertium.

De Cinnamomo, & Opobalſamo, & eorum notis.
De Cinnamomo, quod Galenus in vaſis Imperatorum aliquot conſpexit, ac de integra arbore Cinnamomi, quæ Romam perlata fuit.

Multas

Multas Cinnamomi ſpecies periiſſe,& alia pretioſa,combuſto templo pacis.

Caput Decimumquartum.

Agarici optimi notæ,croci,& carpeſij facultates, ſpicam nardi radicem eſſe,ſed ex ſimilitudine appellari ſpicam.

De Rhei notis,ac ipſum adulterandi modis,& ipſius faculatibus.

Quæ caſia in Theriacam inijcienda ſit,ac de multis alijs ſimplicibus dignoſcendis.

Caput Decimumquintum.

Præcepta tradit ad vſum optimarum medicinarum pertinentia,quæ Theriacam ingrediuntur & quomodo vnumquodque paratur,& quo tempore in eam inijciendum erit, & quid in coctione præſtandum,.

Præcepta tradit, quæ ad theriacæ colorem pertinent.

Caput Decimumſextum.

Theriacæ deſcriptio ex Damocrate carminibus Iambis expreſſa.

Caput Decimumſeptimum.

Alia Theriacæ deſcriptio incerti auctoris hexametro carmine expreſſa.

Caput Decimumoctauum.

Subiungit quæ Crito de Theriaca ſcripſerit, ac de venatione viperarum, & de alijs omnibus, quæ in tertio libro de medicamentis dixit.

LIBER SECVNDVS. Continet Capita xvij.

Caput Primum.

DE Mithridaticis,& alijs quibuſdã Andromacho,& alijs auctoribus relatis Antidotis.

Caput Secundum.

De Antidoto Mithridatica à Damocrate carmine conſcripta.

Eiuſdem Damocratis Cypheos compoſitio carmine conſcripta.

Caput Tertium.

Tres aliæ Damocratis Antidoti, vna ad venena,duæ ad Phtiſim carminibus expreſſæ.

Caput Quartum.

Alia Antidotus Damocratis carmine conſcripta,quæ charmen appellatur.

Caput Quintum.

De quibuſdam alijs Antidoti à Damocrate carmine deſcriptis.

Paſtillorum è roſis apparatio. Crocomagmatis compoſitio. Antidotus prognoſtica.

Caput Sextum.

De Antidotis ab Aſclepiade deſcriptis, earumque in tres ordines diſtinctione,quæ venenoſos ictus,& malas corporis affectiones curant.

Caput Septimum.

Aſclepiadis remedia ad eos,qui letalia biberunt.

Caput Octauum.

Apollonij Muris medicamenta à venenis præſeruantia.

Caput Nonum.

De nobili Antidoto,quæ Diaſcincus appellatur. De Mithridatis Theriaca.

Caput Decimum.

De varijs diuerſorum Antidotis diuerſis affectibus ſuccurrentibus.

Caput Vndecimum.

De remedijs ab Aſclepiade conſcriptis Quinto Mnaſoni ad ſerpentium ictus.

Caput Duodecimum.

De remedijs ad ſcorpiones,tam intus aſſumendis, quàm foris admouendis,diuerſorum.

Caput Decimumtertium.

De diuerſis remedijs ad phalangiorum ictus.

Caput Decimumquartum.

De remedijs ad viperarum ictus diuerſorum auctorum.

Caput Decimumquintum.

De Antidotis Damocratis carmine conſcriptis aduerſus reptilium, & rabidi canis morſus.

Caput Decimumſeptimum.

De Antidotis qua Marcus Imperator vtebatur, alijſq; ab Hera conſcriptis, quas Galenus expertum ſe eſſe dicit.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM ſecundum locos Libri decem. Et de compoſitione medicamentorum Libri decem. Quorum argumenta rectè poſita ſunt ſuis locis ad ſingula capita, ab ipſomet Galeno.

SEXTÆ CLASSIS.

GALENI DE HIRVDINIBVS REVVLSIONE cucurbitula, & ſcarificatione. Continet Cap. iiij.

Caput Primum.

Hirudines aſſeruandi, alendi, & applicandi ratio.

Hirudines, vt depaſcantur inexplebiliter, præcidendas in cauſa eſſe: & quomodo auellantur.

Quem ſanguinem hirudines fugant.

Caput Secundum.

De reuulſione. Reuellendi modi diuerſi.

Cucurbitulam hypochondrio affixam ſanguinis ad nares impetum reuocare, immodicumque ex vtero fluxum.

Reuolſionem eſſe ſemper in contrarium moliendam.

Caput Tertium.

Quando vtendum ſit cucurbitula, & quibus in affectibus.

De facultatibus cucurbitulæ.

Caput Quartum.

De ſcarificatione. Quas partes, & in quem vſum ſcarificare ſoleamus. Quomodo crura ſcarificanda: & quibus morbis conueniat ſcarificatio.

ORIBASII DE CVCVRBITVLIS, SCARIFICATIONE deriuatione, & reuulſione, ſermo, in ſeptimo, & octauo medicinalium collectionum. Continet Capita xj.

Caput Primum, quod eſt quindecim in Oribaſio.

De cucurbitulis ex libris Galeni.

Caput Secundum.

De cucurbitulis ex libris Antylli ex ſecundo ſermone de euacuantibus remedijs.

Quid agendum antequam applicentur cucurbitulæ.

Quonam modo applicandæ ſunt cucurbitulæ, & quanto igne.

Caput Tertium.

De cucurbitularum differentia, à materia, & à figura ſumpta.

Caput Quartum.

De cucurbitulis ex libris Herodoti ex ſermonibus de euacuantibus remedijs.
Cucurbitularum facultates.

Caput Quintum.

De ſcarificatione ex Antyllo ex ſermonibus de euacuantibus remedijs.

Caput Sextum.

De ſcarificatione ex libris Apollonij.

Caput Septimum.

Scarificationem mire auxiliari mulieribus quæ non probe purgantur,& alijs multis affectibus.

Caput Octauum.

De hirudinibus ex libris Antylli ex ſermonibus de euacuantibus remedijs.

Caput Nonum.

De hirudinibus ex Menemacho.

Caput Decimum.

De deriuatione ex libris Galeni.

Caput Vndecimum.

De reuulſione ex libris Galeni, & quæ ſint reuulſoria inſtrumenta; & quid reuulſiones præſtēt.

GALENI DE VENÆ SECTIONE ADVERSVS Eraſiſtratum Liber, increpat Eraſiſtratum, qui poſthabito venæ ſectionis auxilio, neq; efficacibus, neq; tutis remedijs vteretur. Continet autem Capita IX.

Caput Primum.

ERaſiſtratum cum circa minima quæque valde curioſus eſſet, ne minimum quidem ſermonem feciſſe de venæ ſectione niſi obiter,& per transſenam, vt ex eius verbis, quæ ponuntur, apparet.
Multos veteres illuſtres medicos de venæ ſectione tractaſſe.

Caput Secundum.

Quibus rationibus Eraſiſtratus venæ ſectionem omiſerit, diuerſæ ſunt ſectatorum eius opiniones, quas ponit, & refellit.

Caput Tertium.

Eraſiſtratum arteriam ſpiritus, venam autem ſanguinis eſſe receptaculum ſtatuit: & quomodo animal ægrotet in febre, & qua ratione fiat inflammatio.
Eraſiſtrati verba ponuntur, quibus fatetur, multitudinem euacuandam quidem eſſe, verum quomodo vacuanda ſit in dubium reuocatur à Galeno.

Caput Quartum.

Euacuationem omnium facillimè perfici venæ ſectione, præcipue in phlegmone.
Inedijs longis quæ incommoda ſoleant ſuperuenire: inediamque vacuare, ſed longo tempore, & cum periculo.
Naturam pluribus in locis Eraſiſtratum laudare, ſed non imitari, cum ipſa plurimos morbos ſoluat excretione ſanguinis.
Naturam non eſſe impediendam, ſed iuuandam ex Hippocrate aliquot in locis: & declaratur quid intelligat Hippocrates hac voce ἀρτίως, & quomodo vacuandi pleuritici.

Caput Quintum.

Dictum illud in Epidemijs, ex Margei famula ne ſanguis quidem prodijt, declarat, & eius curationem explicat, & cur illi venam talo proximam ſecuerit.
Teſtium multitudinem recenſet in operibus naturæ laudandis, & in ſectione venæ probanda.
Menſtrua cur mulieribus profluant ſingulis menſibus.
Lac ijs non gigni quibus menſes ceſſarunt: & quæ commoda ex menſtruis fluentibus mulieres habeant: & quæ incommoda ex retentis, & quorum malorum cauſæ exiſtant hæmorrhoides ſuppreſſæ.

Caput Sextum.

Eraſiſtratum communem omnium hominum ſubuertere ſententiam, quæ eſt contrariorum contraria eſſe remedia.

Bruta animalia ſibi ipſis,natura duce,mederi.
Ab atra bile habitis maximè hæmorrhoides fluentes conferre.

Caput Septimum.

Sanguinis detrahendi menſuram multo facilius,quàm aliorum remediorum deprehẽdi poſſe, & quomodo: & quomodo facilè ſiſtatur ſanguis.
Quæ ſint in exhibẽdo purgãte medicamẽto pericula,& difficultates; quibus venæ ſectio caret.
In cibi menſura erratum grauiſſima incommoda inducere.
Eos qui ſe Eraſiſtrateos appellabant deridet.

Caput Octauum.

Eraſiſtratum perperam in euacuatione,& reuulſione, quæ inflammationibus medentur, inediam venæ ſectioni prætuliſſe.
Inedia,cum ſit priuatio,nec nutrire,nec inanire poſſe.
Venæ ſectionem ad omnia idoneam eſſe, ex multitudine in thoracem incumbentis, & venam rumpentis oſtendit.

Caput Nonum.

Eraſiſtratum tres euacuandi modos poſuiſſe,balnea,exercitia, & tenuem dietam, quos omnes examinat,& nihil venæ ſectione præſtantius eſſe affirmat.
Inediæ damna aliquot recenſet, & non inediam eſſe,quæ euacuet,ſed raritatem cutis.

GALENI DE VENÆ SECTIONE ADVERSVS Eraſiſtratęos, qui Romę degebant, Liber oſtendit, nunquam vſum fuiſſe Eraſiſtratum venę ſectione, & cum id non intellexiſſent eius ſectatores, tum inuicem ſunt aduerſati, tum in grauiſſimos errores inciderunt. Continet autem Capita ix.

Caput Primum.

Quæ incommoda acciderint mulieri, cui ob retenta menſtrua ſanguinem noluerunt mitti medici, quos Romæ reperit Galenus; aliæ item hiſtoriæ aliquorum, quibus idem contigit, vt ſanguis non mitteretur.
Quid dicerent Eraſiſtratæi ſenſiſſe Eraſiſtratum de vſu venæ ſectionis, quid verò dixerit Teuthras aduerſus eos.
Problema hoc, num Eraſiſtratus rectè fecerit, quòd vene ſectione nunquam ſit vſus, Galenus à ſe explicatum eſſe ait, & ſermonem illum ſcriptis mandatum.
Eraſiſtratæos cępiſſe omnibus quauis febre correptis venæ ſectionem adhibere.

Caput Secundum.

Eraſiſtratæos,& ſi probent venæ ſectionem, ſcopos tamen, qui illius vſum impediunt, prætermiſiſſe, quos enarrat Galenus.
Omnes Eraſiſtratęos antea negaſſe Eraſiſtratum vſum eſſe venæ ſectione, poſtea aliquos hoc non negaſſe,& quomodo inter ſe different hac in re.

Caput Tertium.

Quod Eraſiſtratus nunquam ſit vſus venæ ſectione, ex ægrotis quos in commentario de diuiſionibus recenſuit, manifeſtum eſſe,eiuſque verba ponuntur.
Diſputat, & monſtrat Galenus aduerſus Eraſiſtratæos mulierculæ cuidam Chienſi ſanguinem non fuiſſe miſſum.
Eraſiſtrati verba ponuntur in curatione Critonis, qui quoniam ipſi miſſus non fuerat ſanguis, perijt, verbaque ipſa perpendit, vt oſtendat, ſanguinem illi non fuiſſe miſſum.

Caput Quartum.

Sanguinem detracturo quot,& quæ conſideranda ſunt.
Quæ conſideranda ei,qui ægrotum ſit curaturus.
Eraſiſtratum omnia minutim deſcripſiſſe, vel quomodo coquantur olera, de ſanguinis verò miſſione nihil dixiſſe,eiuſque verba ponuntur.
Nonnullos medicos quantitatem euacuationis ſignis quibuſdam definiuiſſe, & quibus, Eraſiſtratum verò menſuram nullam tradidiſſe,cum tamen in frictionibus hoc fecerit.

Caput Quintum.

Si Eraſiſtratus venæ ſectionem admiſiſſet facilè fuerat ipſi reliquis remedijs, quæ non tanti erant,addere, vtendum venæ ſectione.

Com-

Commodius fuerit Eraſiſtrato venæ ſectione vti,& cibaria non exhibere.
Quatuor verbis videlicet *τέμνειν φλέβα*, vel quinque *φλεβοτομία*, tantum vſum fuiſſe.
Concludit Eraſiſtratum venæ ſectione non vſum, & quare eius mentionem non fecerit.

Caput Sextum.

Errare maximè Eraſiſtratæos,& ipſi Eraſiſtrato aduerſari,cum venæ ſectionem ſuſcipiunt.
Eraſiſtratæos,& venam ſecare, & ſtatim à venæ ſectione nutrire, cum tamen Eraſiſtratus, & venas ſecare prohibeat,ac ſine nutrimento degere conſulat.
Ea,quę Eraſiſtratus aſſerebat,quibus quis à venę ſectione deterreretur, eſſe vana: ac poſſibile eſſe vas ruptum ſine inflammatione conglutinari.

Caput Septimum.

Ex iiſdem Eraſiſtrati verbis, quæ ab eius ſectatoribus proferuntur, conuinci ipſum venæ ſectione non fuiſſe vſum.

Caput Octauum.

Eraſiſtratum nomen plethoræ apertè deſcripſiſſe,modumque illius curandi dum traderet,inediæ meminiſſe,venæ ſectionem verò omnino ſilentio præteriſſe ex ipſius verbis oſtendit.

Caput Nonum.

Eraſiſtratum perperam docuiſſe repletionis curationem, omiſſa venæ ſectione. Inediamque ſæpe multas noxas afferre.
Proponit curandum hominem maximè plethoricum,tempore veris, exercitiorum expertem, oſtenditque remedijs ab Eriſiſtrato poſitis non poſſe curari.
Eraſiſtratum in libro de ſanguinis reiectione ſententiam ſuam declaraſſe, cum omnia alia remedia euacuationis in retentione hæmorrhoidum enumerat, præter venæ ſectionem.

GALENI DE CVRANDI RATIONE PER SANGVINIS miſſionem Liber explicat vniuerſam methodum ſecandarum venarum, affectus ſcopos, menſuram, locum, & tempus, & reliqua quę ad venas, & arterias ſecandas pertinet. Continet autem Capita viginti tria.

Caput Primum.

SAnguinem detracturo quæ conſideranda,& ei qui probe vti eo remedio voluerit.

Caput Secundum.

Quibus in libris de ijs, quæ in venæ ſectione conſideranda dixit eſſe,tractauerit.
Qui medici venæ ſectionem ex omni medicinalium præſidiorum numero tollendam eſſe cenſuerunt.
Se rogatum ab amicis, quos piget curandi methodum perlegere, ad hunc librum ſcribendum deſcendiſſe.

Caput Tertium.

Quid ſignificet affectionis vocabulum: & quid ſibi propoſitum ſit hoc in libro.
Inuentionis organa duo eſſe,rationem,& experientiam,& qui altera vtuntur, & qui altera.
Quot ſint generationis principia, & quę.
Qui hunc librum lecturus eſt,eum librum de plenitudine vidiſſe oportere.

Caput Quartum.

Quot ſint affectiones euacuatione indigentes conſiderare incipit.
Plenitudinem omnem bifariam dici,nempe iuxta iures,& iuxta vaſa,quarum vtramque egere euacuatione,& quid vnaquæque.
In quibus humorum euacuationibus non ſit opus venæ ſectione.

Caput Quintum.

Nutrimentum, & calorem in corpore animalis à ſanguine proueniru: ſanguinemque igni comparat.
Cordis calor vnde minor, ſiue maior reddatur.
Cordis intemperiem protinus cæteris partibus communicari.
Putreſcunt citiſſime calida,& humida: ac putreſcentia omnia reddi calidiora,quàm antea.
Febris quid ſit, & quomodo generetur, & quomodo apoplexia, ac de diſcriminibus alterati ſanguinis.

Duplicem eſſe plenitudinem, & quæ ſit.

Caput Sextum.

Sanguinem detracturo, qui principales ſcopi ſint conſiderandi.
Plenitudinis vtriuſque quantitas,& qualitas quibus ſignis ſit definienda.
Facultatum nos diſpenſantium robur imbecillitatemque ex proprijs indicari functionibus.
Crudus humor qua ratione vacuandus.

Caput Septimum.

Quibus morbis præcauendis veris tempore,vel venæ ſectio,vel purgatio conueniat.
Quomodo podagricos ſanauerit Galenus.
Intemperantes,ac vinoſos,& gulæ deditos neque purgatione,neque venæ ſectione adiuuari.

Caput Octauum.

Phlegmone incipiente,& ſi non adſit vlla plenitudo,conferre ſanguinis miſſionem.
Imbecilliores particulas à fortioribus humores trahere.
Imbecilliores partes omnium prius corripi morbis excrementitijs,& qua cauſa.
Naturales virtutes quot,& quæ ſint.
Quæ partes ſit recipiendo fluxu habiliores.

Caput Nonum.

Sanguinis mittendi principes ſcopi,qui ſint.
Perperam Menodotum in ſola ſyndrome plethorica mittendum ſanguinem dixit.
Propoſitos ſcopos ad ſanos transferre licere,cum non ſolum vbi adſit morbus grauis, ſed ſi affuturus ſit, ſecanda vena.
Cur cruditas humorum, cum prohibeat venæ ſectionem,inter eius ſcopos non numeretur.
Præter dictos ſcopos,quæ nam coindicare dicantur non venæ ſectionem, ſed mittendi ſanguinis quantitatem.

Caput Decimum.

An vbi plenitudinis notæ apparuerint in homine ſolita negocia obeunte mittendus omnino ſit ſanguis,cum nulla ſit morbi expectatio.
Sanguis quibus neceſſario ſit detrahendus:& qui hoc remedio abſtinere poſſunt.
Crudos ſuccos quando vacuare oporteat,& quando minimè,& eorum indicium.
Hæmorrhoidibus compreſſis audacter ſanguinem detrahendum.

Caput Vndecimum.

De ratione vacuandarum mulierum,quibus menſtrua compreſſa ſunt.
Venæ ſectionem eſſe auxilium etiam reuulſorium,& quomodo erumpens ex naribus ſanguis reprimatur.

Caput Duodecimum.

Quantitatem remediorum præcipuè efficere artem medicam coniecturalem.
In ſanguinis miſſione ſummum bonum eſſe, poſſe ſiſtere, cum voles, ipſam euacuationem, quod purgantibus medicamentis non adeſt.
Euacuationem quando partiri expediat.
In quibus adeſt crudorum humorum copia,quomodo venæ ſectio eſt celebranda.
Quando ad animi delinquiũ vſq; mittendus ſit ſanguis, & qua tẽporis hora mittendus ſanguis.
Quid aduertendum fluente ſanguine.
Reuulſio per ſectam venam quæ nam ſit efficacior.

Caput Decimumtertium.

Quid conſiderandum,& prouidendum ante venæ ſectionem,vt tuto ſanguinem mittas.
Qui liberalius,& qui parcius ſint euacuandi.
Pueris ad quartumdecimum vſque annum venam non eſſe ſecandam.
Septuagenarijs quando mittendus ſit ſanguis.

Caput Decimumquartum.

Vacuandi ſanguinis menſura quibus indicijs deprehendatur.
Sanguinem detrahendum per inflammationes donec,vel rubrior, vel flauior, vel liuidus conſpiciatur.
Sanguinis mutatio ſecta vena,quando expectanda.
Sanguinem eſſe parcius detrahendum ſub cane, & in regionibus calidis, & ſiccis, vt etiam in frigidis conſtitutionibus.
Sanguinis tuto ſex libras fuiſſe detractas.

Caput Decimumquintum.

Sanguinis eruptiones è directo factas,vtiles eſſe laborantibus aliter haud quaquam.
Sanguinis fluxus per nares quomodo ſupprimendus

Caput Decimumſextum.

Venæ ſectoinem è directo partis affectæ fieri oportere.

Lienoſis,pleuriticis, oculorum doloribus ſectionem è directa parte factam multum profuiſſe, & quæ cuique vena ſit ſecanda.

De venis in cubito exiſtentibus, & quæ cuique ſecandæ.

Caput Decimumſeptimum.

Hiſtoria œconomici cuiuſdam Romani diuitis,cui cęcitatis imminebat periculum; quomodo fuerit à Galeno per ſanguinis miſſionem è directa factam liberatus.

Caput Decimumoctauum.

Inferiores cubito venæ quibus in affectibus tundendæ.

Renibus malè affectis, quæ venæ ſecandæ.

Vteri inflammationes à venis in crure ſectis iuuari.

Menſtrua ſupprimi ſecta in cubito vena: eademque promoueri ſectis in cruere venis.

Quæ medicamenta prouocent menſtrua mulieribus.

Caput Decimumnonum.

Inflammationes incipientes reuulſu, inueteratas verò ex ipſis affectis partibus vacuare oportere: & quomodo in initijs, & finibus aliorum morborum ſit euacuandum.

Vena ſub lingua quando, & quibus in morbis ſecanda.

Vena iuxta magnum oculi angulum, & quæ in fronte eſt ſecta,quibus auxilietur affectibus.

Hæmorrhoidas ſiue retinere,ſiue prouocare velimus,quæ venæ ſint ſecandæ.

Caput Vigeſimum.

Sanguinem detracturo dierum,aut horarum numerum non eſſe conſiderandum, ſed quocunque die adſint ſcopi,mittendus ſanguis.

Caput Vigeſimumprimum.

Sanguinem mitti debere in febribus quidem in ipſarum declinatione,in inflammationibus verò ſine febre ortas, dum magis vrgent ſymptomata: cum nihil horum vrgeat mane, haud protinus è ſomno excitis.

Iteratæ vacuationis tempus quodnam eſſe debeat.

Caput Vigeſimumſecundum.

Arteriæ in quibus ſecentur affectibus, & quæ.

Arteriæ vulneratæ ægrè ſupprimi poſſunt.

Cput Vigeſimumtertium.

Quod periculum afferat arteria vulnerata ſi malè adminiſtretur.

Galenus ab inſomnio monitus,arteriam inter indicem,& pollicem cum ſecuiſſet, liberatus eſt à diuturno præcordiorum dolore.

Miniſter Dei Pergami liberatus eſt à diutino lateris cruciatu arteria in ſumma manu inciſa.

Arteria in malleolo diſſecta diuturno coxæ dolore quendam liberauit.

Finis ſextæ Claſſis.



SEPTIMÆ CLASSIS.

GALENI METHODI MEDENDI LIBRI quatuordecim; quorum.

PRIMVS Theſſalum ac reliquos Methodicos reprehendit, qui in ſanitate & morbo dignoſcendo plurimum aberrarunt, docetq́ principia Methodi, qua morbus tum dignoſci, tum curari debeat. Continet autem Capita ix.

Caput Primum.

Cauſas recenſet cur cunctatus ſit, in conſcribenda hac Methodo, cum ab amicis rogatus fuerit.

Temporis ſui mores deplorat,& recenſet, quibus tunc homines dediti erat, ac de rei medicæ inſcitia.

Theſſalus

Theſſalus pollicebatur doctorum ſe artem medicam ſpatio ſex menſium.
De quibus rebus inter ſe certarent antiqui medici.

Caput Secundum.

Theſſalum inſectatur, quòd Hippocratem, reliquoſque Aſclepiadas maledictis inceſſerit, & illius Aphoriſmos reprehendit.
Hippocratis ſcita à nullo veterum Philoſophorum fuiſſe damnata.
Cum Ironice multis laudibus Theſſalum extuliſſet, & omnes alios ipſius victoriam celebrare dixiſſet, tandem iambo carmine ipſum pungit.
Pro Hippocrate defendendo Platonis verba apponit, & aliorum opinionem recenſet, qui Hippocratis ſententiam ſunt ſecuti.

Caput Tertium.

Theſſalū Zoilo, qui Homeri ſtatuam flagellauit, & Salmoneo, qui Iouem imitatus eſt, cōparat.
Theſſalum tot libris ſcriptis, nunquam vllam demonſtrationem afferre tentaſſe, ſed tyranni ritu duos eſſe in omni victus ratione morbos iubet, fluxum & clauſum.
Ridiculam eſſe Theſſali inuentionem de fluxu, & clauſo logicè monſtrat, declarans ipſum differentiam rei pro ſubſtantia cepiſſe.
Non omnem differentiam generi additam, ad ſpeciei conſtitutionem aliquid conducere.
In quæſitæ rei inueſtigatione à quo ſit inchoandum.
Ea quæ de rectè inuentis fidem faciant duo eſſe, rationem, & experientiam, harum nulla noxum Theſſalum, res protuliſſe.

Caput Quartum.

Quid ſit methodo aliquid inquirere, & inuenire.
Experientiam ſine methodo vnius fortunæ ſolum fauorem deſiderare.
Pleraque medicorum pars ideo aberrat, quòd nihil prius in demonſtratione ſint meditati, quod exemplo triangulorum geometrice declarat.
Pleroſque medicos neſcire vnde principium inuentionis ſuæ ſumpſerint.
Aduerſus apparentes communitates à Themiſone inuentas, & ab ipſo Theſſalo receptas: ac duplex eſſe genus apparentium.

Caput Quintum.

Quid in omni Methodo tenaciter ſeruandum.
Qua Methodo inuenire oporteat quid ſit morbus, & qua communi notione id præſtandum.
Valere, & ægrotare ſe quando dicant homines, quæ communis eſt notio, & principium inueſtigationis.
Pars quid dicatur, ſiue particula, ac de nominum vſu.
A rerum differentia in omni Methodo incipiendum, non à nominum.

Caput Sextum.

Quid ſit particulæ alicuius actio, quid motus, & quotuplex, quid inſtrumentum, quæue ſimilaris particula dicatur.
Chriſtallinum humorem eſſe primum inſtrumentum viſionis.

Caput Septimum.

Noxæ cauſam inquiri debere ex eo axiomate probat, propterea, quòd nihil ſine cauſa fiat.
Sanitatem, & morbum eodem in genere contineri, & quæ dicantur contraria.
Aduerſus Theſſalum, qui morbum definire ne aggreſſus quidem vſquam fuerit, contra Olympicum, Iulianum, & alios methodicos, qui nūquam explicare potuerunt, quid morbus ſit, ac de eorum definitionibus.
Quid ipſi Galeno reſponderit Olympicus de definitione morbi.
Affectum corporis eſſe functionis cauſam, actionem verò, id quod ab affectu proficiſcitur.
Cauſam omnium erratorum fuiſſe, quòd in logica Methodo non fuerint exercitati, qui logicè aliquid inuenire ſtuduerunt.

Caput Octauum.

De cauſarum, affectuum, actionum, ac ſymptomatum generibus, ex quibus vniuerſa dignoſcendorum, ac curandorum morborum methodus pendet.
Id quod dictum eſt, exemplo phlegmonis declarat.

Caput Nonum.

Olympicum, nec quid pathos ſit, nec quatenus à morbo differat, intelligere, eiuſque ponuntur verba, quibus pathos, & ſymptoma definiebat.
Non omnem mutationem ab eo, quod ſecundum naturam ſe habet ad id, quod præter naturam eſt, eſſe morbum, & quando ſit.
Nomen permanentiæ ad ſignificandum morbum ſuperuacuum eſſe.
Abſurda, quæ ab illis medicis dicebantur de pathos, & ſymptomate, & præſertim à Theſſalo quæ etiam ab Olympico irridentur.

LIBER SECVNDVS Docet quod ſit morbus, & quæ prima ipſius genera, & quomodo ſtatuendæ ſint indicationes, quibus vniuerſa morborum curandorum methodus, vt fundamentis ſubſiſtit. Continet autem Capita vij.

Caput Primum.

Eorum, quæ corporibus noſtris à natura ſua egreſſis accidunt, quatuor eſſe differentias, & eas enumerat.

Affectus ne an læſa actio morbus ſit appellandus antiquam fuiſſe diſceptationem, ſed inanem, cum de nomine tantum ſit diſceptatio.

Neminem claudicationem ſanare, ſed affectum, qui ipſam efficit, phlegmonem ſcilicet.

In vſu nominum in docendo charitatem eſſe ſpectandam.

Caput Secundum.

De nominum diuerſitate quæ morbis impoſuerunt primi auctores.

Morborum nomina ſumpta à læſa particula.

Morborum nomina deſumpta ab ipſo ſymptomate.

Morborum nomina ſumpta à parte affecta, & ab ipſo ſymptomate.

Morborum nomina ſumpta à cauſa putata, vel à ſimili.

Vlcus quid, & eius varia nomina.

Caput Tertium.

Affectus præter naturam eſſe tres, morbum, cauſam, & ſymptoma.

Actio cur non dicatur eſſe abſolute, ſicut nec ſermo, & quid ſit actio.

Cum motus ſit duplex, qui motus ſit latio, & qui alteratio, & quid ſit alteratio.

Generationem eſſe viam ad ſubſtantiam.

Quid Pathe, ſeu paſſio, quid actio ab antiquis appellata fuerit.

Proprium eſſe omnis morbi actioni incommodare, ſymptomatis hunc ſequi, cauſæ præcedere.

Proprium medici munus eſſe, vt morbos adimat, ſic enim & actionis vitia euaneſcere, & reliqua ſymptomata tolli.

Caput Quartum.

Quod ſuperioribus oſtenſum eſt, omnium morborum methodo comprehendi non poſſe ab aliquo, niſi omnium cauſarum actionis numerum intelligat, id nunc tribus exēplis declarat.

Propoſito exemplo ventriculi malè concoquentis, rem tractat, aduerſus Methodicos, & Rationales.

Indicationem præſidij non à ſymptomatis, quæ in phlegmonis loco apparent, eſſe ſumendam, ſed à ſubſtantia dicebant Methodici.

Quatuor ſimplices curationis rationes, alteræ quatuor compoſitæ.

Caput Quintum.

Aduerſus eos medicos, qui naturalis actionis cauſam negarunt eſſe inquirendam, vt methodus dignoſcendi, & curandi morbi conſtitueretur.

Diſſidium medicorum ſupponit circa non concoquentis ventriculi dignotionem, & curationem, vt eorum nugas oſtendat.

Caput Sextum.

Aduerſus eos, qui morbos à ſola plerunque intemperie fieri negarunt, & quot ſint prima morborum genera, quæ in ſimilaribus, & inſtrumentalibus partibus oriuntur.

Aſclepiadem lapſum fuiſſe, vbi de corporis elementis malè ſentit, verum multo magis Theſſalum, & cur.

Caput Septimum.

De medendi indicationibus. Quid ſit indicatio, & quomodo ex intellectione eorum, quæ multitudine quidem differunt verum ſpecie vnum ſunt, methodus communis indicationis oriatur, de affectibus, paſſionibus, ac ſymptomatis amouendis.

De nominum æquiuocatione dignoſcenda, ac de vocibus quatenus, & hactenus, & multa de nominibus imponendis.

LIBER TERTIVS Docet, qua via, ac ratione vlcera curanda ſint, quæcunq; maligna non ſunt. Continet autem Capita x.

Caput Primum.

De ſolutione vnitatis, & qua methodo curanda ſit, & quomodo in vnaquaque particula appelletur.

Quæ ſanari queant, & quæ cohaleſcere tantum, & quæ nullo modo vniri.

Caput

Caput Secundum.

De ſimplicis vlceris curatione, & de eo qui eſt cum cauitate Theſſali medicamenta examinat, & irridet.

De ijs, quæ vlceri medendo aduerſantur, præſertim oleum ipſum ipſi eſſe intenſiſſimum.

De vſu remediorum inuentorum aduerſus Theſſalum.

Caput Tertium.

Hippocraticam, & veram medendi vlceris caui methodum tradit, à rei ſubſtantia exorſus.

Quæ conſideranda in omni vlcere cauo, ac de duplici humore, qui in vlceribus prouenit.

Cuius ordinis erit medicamentum, quod ad carnem producendam ſit aptum.

Duas eſſe primarum indicationum differentias.

Quot theorematibus ſit opus ei qui rectà methodo curare vlcus velit, ac de medicamentis ad diuerſa corpora accommodatis.

Caput Quartum.

De ratione curandi ſimplex, & ſolum vlcus.

Quid cicatrix inducenda poſtulet.

Quæ commiſſæ ſunt ſolutiones continui, bifariam manere.

De medicamento, quod carnem producat, & mediocriter ſiccet, & à quo cauendum in producenda carne.

In vlceribus curandis ad portionem naturam eſſe æſtimandum, ac de natura medicamentorum glutinatoriorum.

Caput Quintum.

In quo differant glutinatoria medicamenta ab ijs quæ cicatricem inducunt.

Caput Sextum.

De ſupercreſcente carne, quam hyperſarcoſin vocant, & qua Methodo curanda ſit.

De medicamentis carnem minuentibus, & eorum ordine.

Caput Septimum.

Aduerſus curationes Theſſali, Dogmaticorum, & Empiricorum.

Quid appellent Idioſyncriſini.

Secundum proportionem temperamentorum corporis, etiam medicamentorum temperamenta quærenda.

Caput Octauum.

Quo pacto in curandis vlceribus corporum temperiei, veriſque anni temporis, ac partium naturæ ratio ſit habenda.

Caput Nonum.

In vna curatione contrarias quandoque adeſſe indicationes, & quomodo eas tractare conueniat.

In exemplo curationem docet, cum vlcus eſt ſimul cauum, & ſordidum, qui affectus præter naturam triplex eſt, vlcus, cauitas, & ſordes.

De ordine, & agendorum inuentione in iam dictis affectibus.

Caput Decimum.

De proprijs vlcerum differentijs, vt quæ ex ipſis indicationes prodeant.

LIBER QVARTVS *Methodum tradit, qua maligna vlcera, quæ cacoethe dicuntur à Græcis, curari poßint. Continet autem Capita vij.*

Caput Primum.

PRo diuerſitate partium diuerſas eſſe ſpecies ſolutæ vnitatis, & diuerſa ſortiri nomina, & quæ.

De tribus modis ægre ſanabilium vlcerum, & qui ſint, & eorum diuiſio.

Caput Secundum.

Methodus curandorum vlcerum, quæ maligna ſunt, vel ob intemperiem carnis, vel ex influentibus ſuccis.

De cauſa influentis ſucci, num ob imbecillitatem partis ſit, an ob multitudinem.

Caput Tertium.

Externam cauſam ad morbi quidem cognitionem neceſſariam eſſe, ad curationis verò indicationem non inducere.

Primum ſcopum, quo medicus tendat, affectum ipſum, qui curari deſideret, indicare; ex hoc verò reliqua ſumi.

Cum prædicto ſcopo nullæ externæ cauſæ ſocietatem eſſe demonſtrat.

Caput Quartum.

Theſſali ſtupiditatem accuſat,qui in proprijs nominibus vſus fuerit in curandis vlceribus diuturnis,& eius verba apponit,& de falſis eius indicationibus.

Tempus nihil conferre ad curationem vlcerum, vt Theſſalo videbatur, & nullam à tempore indicationem ſumi.

De rubrificatione ex ſinapi à Theſſalo tradita, & quando vtenda; interea Theſſalum redarguit.

A Theſſalo homines in lectis tabeſieri: ac ipſius diatriton irridet.

Verbum, μεταϲυγκρίνειν, non fuiſſe vſurpatum à veteribus græcis, niſi à Theſſalo, & quid ſibi velit.

Caput Quintum.

Quid ſit vlcus,quod Græcis dicitur cacoethes, ac de methodo vlcerum omnium curandorum ex Hippocrate,cuius verba apponuntur ex libro de vlceribus.

Caput Sextum.

De præcipuo,& eximio ſcopo ab Hippocrate inuento ad indicationem mittendi ſanguinis in omni morbo, ac de indicationibus mittendi ſanguinis, & purgationis humorum.

Morbos magnos eſſe dici triplici de cauſa, vel ob afflictæ partis præſtantiam, vel ob affectus magnitudinem,vel ob malignitatem.

Morbi vim ſeu magnitudinem pro indicatrice quadam ſanguinis, vel detrahendi, vel purgandi, ſtatuendam eſſe.

Caput Septimum.

De reliquis indicationibus vlcerum curandorum, quæ tum à poſitu,tum à forma, vſu ſenſus acumine,& hebetudine deſumitur, itemque à figura.

De remedijs opitulantibus internis vlceribus,partium corporis.

De indicationibus in ruptis,quæ regmata Græci vocant.

LIBER QVINTVS. Docet quomodo curentur ſanguinis profluuia quæ contingunt, vel venis, vel arterijs læſis,& vlcera in pene, & in ſede. Continet autem Capita xv.

Caput Primum.

QVæ de curandis vlceribus duobus ſuperioribus libris tradidit,nunc breuiter repetit.

Caput Secundum.

Remediorum indicationes aliàs à ſimilaribus ſumi,aliàs ab inſtrumentalibus,

Nunc ſe dicere velle de vlceribus ijs,quæ in arteria,vena,& neruo contingunt.

Profluuia fieri per anaſtomoſin,& per diapedeſin,& vnde vnumquodque accidat, & vnde vas rumpi contingat.

Caput Tertium.

Quibus remedijs venarum,& arteriarum vlcera agglutinari, & fluxus ſanguinis deriuari, ac reuelli queant.

Quomodo fiat deriuatio,& quomodo reuulſio,ex Hippocrate declarat.

Quæ vim habent obturandi ruptum vas,ac fluens.

Caput Quartum.

Quomodo implendum carne vulnus eſt,priuſquam vinculum vaſi inductum decidat.

De medicamento optimo, quod ſanguinem cito ſiſtit, & eius medicamenti partes perpenduntur.

Caput Quintum.

Quibus,& quot modis ſanguinis profluuium inhibeatur,quæ ad manum ſunt,recenſet.

Quæ è profundo ſanguinis profluuia erumpunt,qua ratione ſiſtenda ſunt.

De indicatione,quæ à partibus,vnde ſanguis fluit, ſumenda ſit.

De medicamentis ſanguinem è vaſis fluentem aſtringentibus tum ſi magna fuerint vaſa, tum ſi parua.

Caput Sextum.

De profluuio ex eroſione, quomodo cognoſcatur, & qui paſtilli conueniant, vt ſiſtatur quæ medicamenta.

De extrinſecus admouendis profluenti particulæ,exemplo ſanguinis è naſo erumpentis.

Redit ad curationem prædictorum morborum.

Caput Septimum.

In arteriæ vulneratæ curatione,quod fuerit aliquorum medicorum iudicium.

Num

Num arteria vulnerata poſſit conglutinari, quomodo, & quando, & multa huius exempla adducit.

De remediorum qualitate, quæ arteriæ vulneratæ adhibenda.

Caput Octauum.

De vlceribus pulmonum, ac de ſanguine è pectore erumpente, & quomodo eius curatio tractanda.

Caput Nonum.

De vulneribus ſepti tranſuerſi, quæ foras non perueniunt, & de vulnerum curatione in carnoſis eius partibus.

Caput Decimum.

Quantum generalis omnium vlcerum curatio per ſingulas animalis partes ſpeciatim immutetur.

Aduerſus Methodicos, & præcipue aduerſus Theſſalum de vlcerum curatione, & indicationibus ab illis poſitis.

Vnde medicamentum in pulmonem perueniat.

Fingit diutinum vlcus ſine phlegmone in multis corporis partibus, & in hac ſuppoſitione aduerſus Theſſalum diſputat, & quæ cuique parti conueniant medicamenta.

Caput Vndecimum.

De indicationibus quæ à ſubſtantia, ab affectu, à forma, atque à ſitu partium ſumuntur, exemplo vlceris in pulmone.

Caput Duodecimum.

De vlceribus, quæ in aſpera arteria ſunt, & in ſumma eius parte, ac de lactis, quod apud Tabias habetur perfectione vbi ſint Tabiæ, earum ſitus, & qui locus ei ſimile lac ferre poſſet ad pulmonis vlcera curanda.

Caput Decimumtertium.

Quomodo curandi, qui ex catarrho ſanguinem reijciunt, exemplo curationis exponit, quam in ſplendida muliere Romæ peregit.

Hiſtoria curationis alterius adoleſcentis, qui ſanguinem reijecerat non ex deſtillatione, ſed ex refrigeratis ſpiritus inſtrumentis.

Caput Decimumquartum.

Ex ijs, qui vlcus in pulmone habuerunt, qui inſanabiles ſibi viſi ſunt, & qui ſanati ſunt, & quomodo.

Quibus remedijs caueтur, ne tuſſiant ægri, ac ne quid ex capite in pulmonem defluat, ac de ſuarum pillularum compoſitione ex aloe, ſcammonio, colocynthide, agarico, bdellio, & gummi Arabico.

Quando his detrahendus ſit ſtatim ſanguis, & quando aliquibus prius adminiſtratis.

Caput Decimumquintum.

Aduerſus aliquos non contemnendos medicos, qui integra volumina de ſanguinis reiectione confecerunt, ſed maximorum auxiliorum nullius meminerunt.

Eraſiſtratum, ac Theſſalum maximè aberraſſe in curatione reiectionis ſanguinis.

Eraſiſtratum ſtatuario illi aſſimilat, qui reliquis omnibus partibus ſcite perfectis, ſtatuam reliquit cęcam.

Vlcera, quæ citra phlegmonem in pene, ſedeue conſiſtunt, quæ medicamenta deſiderent. Hiſtoria cuiuſdam, qui humidum in glande vlcus curare aggreſſus erat.

LIBER SEXTVS: Neruorum ligamentorum, & partium quæ illorum naturam participant, & oſſium curationem abſoluit. Continet autem Capita vj.

Caput Primum.

Prolixitatem ſuam in exponenda morborum cura excuſat, ac interea quæ de vlceribus in ſuperioribus dixit, breuiſſimè repetit.

Theſſalum carpit, qui de vlceribus nihil aliud dixit, niſi ſinuoſum vlcus implendum, ſimplex vero glutinari.

Caput Secundum.

Aduerſus Theſſalum de neruorum punctura, & qua methodo, quibusve medicamētis curetur, quod à ſe inuentum eſſe ait.

Caput Tertium.

Methodus curandi nerui, qui non punctus ſit, ſed planè cęſim vulneratus, & quæ remedia conueniant.

Theſſalum irridet, qui in pecuinos homines in pretio exiſtens, dicebat recentis vlceris eandem

eſſe curationem, nulla ſumpta ex natura partium indicatione.

Caput Quartum.

De vulneribus ligamentorum, inteſtinorum, peritonei, & omenti, & quo pacto futurę fieri debeant, cum partes abdominus internæ vulneratæ ſunt.

Caput Quintum.

Qua Methodo oſſium fracturę ſint curandæ dicere aggreditur.

De nimium minuta nominũ impoſitione à iunioribus facta in oſſium fracturis exprimendis.

Loca aliqua Hippocratis apponit de curatione fracturæ oſſium, & qua ratione omnes ſingulorum membrorum fracturę curentur, longius exponit, remedia, & medicamenta ponens.

Caput Sextum.

De curandis fracturis oſſium, quæ in capite conſiſtunt.

LIBER SEPTIMVS Docet vniuerſas partium intemperies curare ſiue ſimplices ſint, ſiue cum affluxu ſuccorum ſint appoſito exemplo ventriculi. Continet autem Capita xiij.

Caput Primum.

SE hoc libro aggreſſum fuiſſe ſcribere, tum vt amicis gratum faceret, tum vt ſeipſum exerceret, tum vt eſſent commentarij ad obliuionem ſenij.

Se depoſuiſſe tractationem hanc, cum capita tantum breuibus commentarijs ſibiipſi ſcripſiſſet.

Caput Secundum.

Recenſet ea, quæ ſuperioribus libris acta ſunt, nunc de ijs morbis, qui in ſimilaribus naſcuntur, agere velle.

Rationales nõ cognoſcere quid dicant, cum imbecillitatẽ ventriculi, aut alterius partis aiunt.

Aduerſus Dogmaticos, & Eraſiſtratum aliqua.

Caput Tertium.

Communis, & generalis methodus dignoſcendæ, & curandæ intemperiei.

Se Hippocratis elementa ſequi, & ſi Ariſtoteles, & Chryſippus aliter ſenſerint.

Medicamentorum copia vnde habenda.

Caput Quartum.

Quid rationalis ratio intemperiei, quæ in ventriculo eſt differat ab Empiricorum curatione.

Caput Quintum.

Quæ ventriculi intemperies citius, ac ſecurius, quæ longo tempore, & cum periculo ſanentur.

Caput Sextum.

De quadruplici corporum curanda ſiccitate, ac de optimo melle, lacte, & cæteris cibis eligendis, qui ſiccatis corporibus conueniunt.

Quæ vitanda ſunt in huiuſmodi intemperie.

De vinis diuerſis, & eorum qualitates, & quæ in præſenti negotio magis conueniant.

In Analeptice, ideſt refectoria curationis parte quid agendum.

Caput Septimum.

De frigida, & ſicca intemperie ventriculi, qua methodo ſit curanda, qui cibi ſint idonei, & quod vnum.

Caput Octauum.

De ſicca, & calida ventriculi intemperie, qua ratione ſit curanda.

Caput Nonum.

De calida, & humida ventriculi intemperie, & quomodo curanda erit.

Caput Decimum.

Epilogus dictarum intemperierum tum ſimplicium, tum compoſitarum.

Caput Vndecimum.

De ratione curandi intemperiem ventriculi ex vitioſis humoribus ortam, vel ibi naſcantur, vel aliunde confluant ad ipſum.

Quænam conſideranda ſint tum in viris, tum in mulieribus in dicta affectione.

Quomodo curandus vitioſus ſuccus, qui in vẽtriculi tunicis ſit receptus, & varia medicamenta hoc præſtantia ponuntur.

De confectione quam appellabant hieram picram.

Caput Duodecimum.

De ratione curandi ventriculi intemperiem, cum humores in cauitate, vel in tunicis contenti coniuncti fuerint, & compoſiti.

Affectus magnitudinem triplicem eſſe, aliam ex læſæ actionis præſtantia ſpectari, aliam ex propria affectus eſſentia, aliam ex facultate quæ læſum corpus gubernat.

Ad id quod magis vrget eſſe maximè reſpiciendum, ſuppoſitione humoris diuerſe lædentis.

Caput Decimumtertium.

Methodus indicationum, quæ à læſæ partis natura deſumuntur, ac de dignitate actionum cuiuſque particulæ corporis noſtri.

LIBER OCTAVVS Abſoluit vniuerſam curandi rationem, quæ diarijs febribus debet adhiberi. Continet autem Capita ix.

Caput Primum.

SE dicturum aſſerit quomodo curentur febres, vt de alijs morbis in præcedenti libro narrauit.
De natura ſimplicium, & ſimilarium partium, ex quibus conſtet.
De febre quid ſit, & quando dicenda ſit febris, quando non.
Febrium diuiſiones tradit, & quæ ſint primæ ipſarum febrium differentiæ, & quæ ſit prima omnis febris indicatio, quæ ſecunda.
Quæ materia quærenda ſit in febre curanda.

Caput Secundum.

Qua methodo febris curetur, quæ diaria dicitur, & ex conſtipatione meatuum in calidis, & ſiccis naturis oritur.
Hiſtoria curationis, quam fecit in homine quodã, qui cum lauiſſet in aquis aluminoſis, febrim incidit, & quomodo Galenus deriſerit medicos, qui illum inuiſebant.
Aduerſus eos qui huiuſmodi febre correptos, tridui fame cruciabant, & ideo diatritarios medicos appellat.
Ex Hippocrate generalem victus formam ægrorum apponit, & in quot mala incidant qui illorum victus genere vterentur.
Quibus cibis nutriendi ſint huiuſmodi ægri, multorumq́ue ciborum facultates deſcribit.

Caput Tertium.

Methodus curandæ febris diariæ, quæ ex mora in ſole, ab ira, refrigeratione, vigilijs, triſtitia, curis, ac laſſitudine proficiſcitur.
Aduerſus medicos multa dicit, qui diatriton obſeruabant, & quam pernicioſe agebant.

Caput Quartum.

De febre diaria ex obſtructione orta, quõ curanda, & quõ prouidendũ, ne in putridã tranſeat.
Qua ratione meatuum tranſpiratio procuranda.

Caput Quintum.

De febribus diarijs, quæ in propoſitis corporum temperamentis ſæpe ciborum cruditatibus ſuccedunt, quomodo curandæ ſint, & quibus cibis, & adminiſtrationibus vtendum.
Si venter fuerit adſtrictus ægrotanti, quid agendum.
Flatus quomodo ſanandi ſi adſint in huiuſmodi ægro.
Fumidus vapor vnde excitetur.

Caput Sextum.

De ratione curandi eas febres diarias, quæ à bubonibus originem ducunt.
Hiſtoriam narrat cuiuſdam, qui cum euomuiſſet multa quæ comederat, liber à febre, eos deridebat, qui diatriton ſibi imperauerant.

Caput Septimum.

De ratione curandarum diariarum febrium in ijs corporibus, in quibus calidum præualet frigido, & humidum ſicco, ac multa de huiuſmodi naturis.
De habitibus qui poſtea acquiruntur, cum prius tales non eſſent.

Caput Octauum.

Ex diarijs febribus, quæ nam facilius, & promptius trãſeat in acutas, quod vt declaret per omnes intemperies percurrit, ac de diatrito tranſmittenda, & eius damna.

Caput Nonum.

Quo pacto curatio, & victus ratio inſtituenda ſit, cum diſſidentes indicationes in diarijs febribus coierint.

LIBER NONVS Docet rationem curandarum febrium continentium, ac ordinem, & dignitatem indicationum oſtendit, quibus vniuerſa curatio continetur. Continet autem Capita xvij.

Caput Primum.

DE diarijs ſe in præcedenti libro dixiſſe, & quibus de cauſis in alias febres illæ tranſeant, & de ijſdem multa refert, quæ etiam antea dicta fuere.

Caput Secundum.

Quæ ſint febres, quæ ſynochi appellãtur, & quæ ipſarum enumerentur inter diarias.

Caput Tertium.

Quo pacto febris continens cum putredine,& ſine putredine oriatur.

Caput Quartum.

Exempli cauſa adoleſcentum duorum curationem ponit, quorum alter febricitabat febri continente ſine putredine, alter verò cum putredine.

Caput Quintum.

De ratione curandi continentes febres per venæ ſectionem,& aquæ frigidæ exhibitionem.

Caput Sextum.

Indicationes non à traditis tantum ſuperiori libro ſed à cauſa morbi,& ægrotantis viribus petendas eſſe,& illarum exercitatione in particularibus comprobandam.

Caput Septimum.

Aduerſus eos, qui curandi indicationem à laborantis viribus ſumi negabant.

Caput Octauum.

Medendi methodum, primum ab Hippocrate inuentam fuiſſe, deinde à Galeno declaratam,& abſolutam fuiſſe.

Caput Nonum.

In diarijs febribus ab affectus cauſa, atque ægri viribus non præberi præcipuam indicationem.

Caput Decimum.

Triplices genere in nobis eſſe vires, ac quo pacto illarum ratio ſit habenda, quando quæ ab eis eſt indicatio, cum reliquis indicationibus pugnarit.

Caput Vndecimum.

Exemplo venæ ſectionis oſtendit, quando virium indicatio conſideranda, aut omittenda videatur.

Caput Duodecimum.

Ex ijs, quæ indicant, quædam ſimplicem indicationem, quædam non ſimplicem præbere.

Caput Decimumtertium.

Quo pacto indicatio, quæ eſt à viribus, nunc reliquis prior, nunc poſterior eſſe videatur.

Caput Decimumquartum.

Curatiuas omnes indicationes tribus hiſce contineri, affectu ſcilicet naturali, affectu præter naturam,& aere nos ambiente.

Caput Decimumquintum.

Quo pacto curatiuæ indicationes modo in plures deduci, modo in pauciores cogi poſſint.

Caput Decimumſextum.

Vtilem eſſe, ac minime contemnendam indicationem, quæ à conſuetudine præbetur, ac de conſuetudine plura.

Caput Decimumſeptimum.

De indicatione ab ætate; & vniuerſas indicationes in ſummam colligit,& repetit.

LIBER DECIMVS Docet præcauere ne diariæ febres in hecticas tranſeant, & ipſas hecticas, cum inuaſerint curare, Continet autem Capita xj.

Caput Primum.

DE ratione curãdi cum indicationes ab affectu, à cauſa,& à viribus, in idem coierint, vel inuicem pugnarint.

Caput Secundum.

Quæ ex diarijs febribus magis aptæ ſint perdurare, & in alias febres pertranſire, & qua ratione hoc periculum declinemus.

Caput Tertium.

Iuuenis febricitantis hiſtoria in quo diatritariorum errorem Galenus oſtendit apertiſſimum, & emendauit.

Caput Quartum.

Ratione atque experimento monſtratur, quam vtilis nonnunquam ſit ante acceſſionem, vel in ipſa acceſſione cibare,& quando hoc faciendum tuto, ac de nutritione in febribus aliqua.

Caput Quintum.

Calidas,& ſiccas naturas inediam non tollerare, ac de primis capitibus, quibus ratio cibandi continetur.

Caput Sextum.

Quo pacto præcauendum ſit, ne febris in ſqualente habitu in hecticam pertranſeat, ac de duplici putredine, quæ febres accendit.

Caput Septimum.

Sex eſſe materiæ differentias, quibus frigus,& humiditas hecticis febribus conciliatur.

Caput Octauum.

De eligendo, ac parando aere, qui hecticis febribus conueniat.

Caput Nonum.

De parandis medicamentis, quæ extrinſecus hecticis admouentur.

Caput Decimum.

De balneis, ipſorumque partibus, & facultatibus, & qua ratione qui hectica febre laborant, ſint in balneum ducendi.

Caput Vndecimum.

De alimentis eorum, qui hectica correpti ſunt, ac de curandis hecticis febribus, quæ maraſmodes appellantur.

LIBER VNDECIMVS Explicat indicationes omnes, quæ in curandis febribus putridis æſtimantur, ac de cataplaſmatis, perfuſionibus, & balneis agit, quæ pro ratione inflammatarum partium adhibentur. Continet autem Cap. xxj.

Caput Primum.

QVid actum ſit ſuperioribus libris repetit, quid in hoc agendum declarat, ac de primis, & communibus fontibus, vnde curatiuæ indicationes deſumuntur.

Caput Secundum.

De indicationibus quæ ab effectu febris præſtantur, ac quid differat putridarum curatio à reliquarum febrium curatione.

Caput Tertium.

Quomodo febris curanda, in qua indicationes ab ægroti viribus ſunt deſumendæ.

Caput Quartum.

De indicationibus, quæ ab affectu ipſo, ideſt à putredine deſumitur quæ continentem efficiat febrem.

Caput Quintum.

De indicationibus, quæ deſumuntur à viribus eorum ægrorum, qui continente febre putrida laborant.

Caput Sextum.

Quid commune habeant continentes febres cum diarijs, & reliquis, quæ ex putredine oriũtur.

Caput Septimum.

Quot in totum ſint primæ febrium putridarũ differentiæ, ex quibus petenda eſt curandi ratio.

Caput Octauum.

De putredine, & eius cauſa curanda.

Caput Nonum.

De curandis febribus putridis quæ continentes ſunt, per medicamenta euacuantia, balnea, iniunctiones, & potus, & quomodo hæc & qualia paranda.

Quando balneum prodeſt, quando frigida danda, & quando ab his abſtinendum.

Caput Decimum.

De duabus indicationibus, altera à febri, alteri à putredine, & quomodo vtriſque obſiſtamus, præſertim euacuatione.

Caput Vndecimum.

Quæ ſymptomata ſuperuenire ſoleant, à quibus recta febrium curatio, vel differri, vel immutari poſſit.

Caput Duodecimum.

Præceptum hoc, contrariorum contraria eſſe remedia, non in affectibus modo, ſed & in ſymptomatis verificari, & hoc idem præceptum ex alio libro Hippocratis de flatibus declarat.

Caput Decimumtertium.

Indicationes omnes tradit tum rerum præter natutam, tum earum, quæ ſunt ſecundum naturam, quibus vniuerſa continentium putridarum febrium curatio continetur.

Caput Decimumquartum.

De ratione mittendi ſanguinis in propoſita febre, quando & quibus adhibenda, & quæ ipſam prohibeant.

Caput Decimumquintum.

Diſputatio aduerſus Methodicos, qui prætermiſſa venæ ſectione præcordia cataplaſmatis, & perfuſionibus relaxabant.

Caput Decimumſextum.

Qua ratione cataplaſmata parare oporteat, quæ ventriculo Iecinori, lieni, & reliquis inferioris ventris partibus conducant, & quando ea, & in quibus affectibus adhibenda.

Caput

Caput Decimumſeptimum.

De cataplaſmatis, quæ cordi, pulmoni, & pectori adhibenda ſunt, & præſertim cũ adeſt phlegmone.

Caput Decimumoctauum.

De cataplaſmatis laboranti cerebro, & capitis partibus accommodatis.

Caput Decimumnonum.

Quæ partes, per quas vias, & per quæ remedia vacuentur.

Caput Vigeſimum.

Quo tempore, & qua ratione cataplaſmata relaxantia, & balnea ægrotis accommodata ſint: & quando nocumentum afferant.

Tria in balneo adhibendo in quacunque febre eſſe conſideranda.

Caput Vigeſimumprimum.

Quod tempus ſit cibando ægro aptiſſimum in febribus intermittentibus, ac de febris tempore prouidendo, vt recte victus rationem inſtitui poſſit.

LIBER DVODECIMVS Docet, quomodo curentur ſymptomata, quæcunque inſigniora ſunt ad euertendas vires, & cum febribus inuadunt. Continet autem Capita viij.

Caput Primum.

QVid ſit ſymptoma, & quot eorum differentiæ.

Nullum ſymptoma qua ſymptoma eſt, nec curationis rationem indicare, nec primum immutare.

Quomodo aduerſus ſymptomata pugnandũ, pro ratione noxæ, quã viribus inferũt.

Caput Secundum.

Quædam eſſe remedia, quæ vna cum affectu, cui adhibentur, ſymptomata etiam curant, quædam verò ſeorſum hoc præſtare, & quæ, & qua ratione.

Caput Tertium.

De ratione curandi eos, qui ex magna crudorum ſuccorum copia vna cum oris ventriculi offenſione febricitant.

De ijs curandis, qui facillimè ſyncope corripi ſolent.

Caput Quartum.

De ea ſyncopis ſpecie curanda, quæ oritur ex flaua bile, ac de natura, & qualitate vinorum, quę curandis ſyncopis conueniunt.

Caput Quintum.

De affectibus tum in ſpiritu, tum in partibus corporis remouendis, quibus vires læduntur, & ſyncope oritur.

Caput Sextum.

De curanda ſyncope in ijs, qui tenuiſſimos ſuccos, & facillimè exhalantes, obtinent.

Caput Septimum.

De reliquis ſyncopes cauſis, ac primum de affectibus, quibus dolores ſuccedunt.

Caput Octauum.

Ratio curandi dolores, qui ex varijs humoribus, & cauſis oriuntur.

GALENI DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM Libri duo; Quorum

PRIMVS LIBER Docet rationem curandi, febrium exemplo quæ, vel abſque putredine, vel cum ipſæ hominem inuaſerint, item propoſitis ſymptomatis, quæ frequentius, ac vehementius lædant. Continet autem Capita xv.

Caput Primum.

MEdicum agnoſcere debere naturam cuiuſque hominis propriam, ex quo diſtantia receſſus à ſanitate facilè deprehendetur.

Qui nam inter medendum minimè poterit.

Caput Secundum.

De febribus ephemeris, ac de cauſis ipſarum.

Febres cum bubone,ſi abſque vlcere ſint,eſſe valde ſuſpectas,ac de ephemerarum curatione.
Signa in omnibus febribus ab vrinis,& pulſibus peti,& quæ ſint ephemerarum ſigna.
Pulſum in nullius febris intermiſſione ad naturalem ſtatum reuerti,præterquam in ephemeris.
Ephemeras ex triſtitia,& ſolicitudine indicat extenuatio corporis.
Cauitas oculorum quid indicet.
Quomodo ephemeræ diſcernantur,quæ à denſata cute oriantur.

Caput Tertium.

Ephemeris ex inflammatione inguinum quæ accidant.
De ratione curandarum ephemerarum,& de victus ratione,qui eis conueniat.
Febres,quæ ex inflammatione oriuntur,eſſe ſymptomata partium inflammatarum.

Caput Quartum.

De febribus putridis, & earum differentijs, quod nonnullæ abſq; accidentibus eueniant,nonnullæ cum accidentibus.

Caput Quintum.

De ſignis febrium intermittentium.
Quartanam non ſolere,vt plurimum ſtatim à principio inuadere,ſed alias ſubſequi.
Febrem tertianam quæ ſigna arguant.

Caput Sextum.

De ſignis quartanæ febris,quæ & quot ſint.

Caput Septimum.

De ſignis quotidianæ intermittentis.
Quotidianæ quos præcipue ſoleant corripere.
Quotidianarum declinationes non terminari ſudoribus.
De vrinis ſingularum intermittentium febrium proprijs.

Caput Octauum.

De ſignis febrium continuarum.
De longitudine,& periculo vniuſcuiuſque febris intermittentis.
Tertianam exquiſitam ad ſummum ſeptem circuitibus iudicari,& eius acceſſionem duodecim ad ſummum horas complecti.
Exquiſitæ intermittentes à non exquiſitis quomodo dignoſcendæ.
Præcognoſcere illi non licet,qui morbi,& virium magnitudinem non expenderit.

Caput Nonum.

De curatione exquiſitæ tertianæ.
Abſinthium eſſe remedium ſummum contra bilis moleſtias.
Balnea dulcis aquæ qua ratione febri tertianæ auxilientur.
Alterare inualeſcentes qualitates febriles magis conducere, quàm euacuare.
Vinum correptis tertiana non dandum,antequam appareant ſigna concoctionis.
De victus ratione in tertiana exquiſita.

Caput Decimum.

De cura tertianæ nothę.
Tertianæ nothæ qui victus ratio conueniat.
Tertianis nothis conferre plurimum vomitum,qui poſt cibum prouocetur.

Caput Vndecimum.

De cura quartanarum febrium.
Quartanas in principio eſſe tractandas leuiter,nullamque tum eſſe moliendam fortem vacuationem.
Sanguis miſſio in quartanis quatenus celebranda.
De victus ratione,quæ quartanis conueniat.
Quartana detentis vngenda eſſe viſcera vnguentis,& cataplaſmatis emollientibus.
Quartana detentos eſſe pluries purgandos, ſed apparentibus iam ſignis concoctionis, antea verò vomitum prouocandum.

Caput Duodecimum.

De cura quotidianæ febris.

Caput Decimumtertium.

De cura febrium continuarum,quæ ſolæ citra accidentia infeſtare ſolent.
Victum humidum in febribus acutis omnibus conducere.
Aquam frigidam propinandam eſſe in ardentibus febribus, cum primum apparuerint ſigna coctionis.

Caput Decimumquartum.

De curatio febrium cum accidentibus infeſtantium.
Febribus,quæ cum alui fluore infeſtant, non eſſe alia opus euacuatione.

Qui nam offendantur ab immodicis vacuationibus,& conſuetudinem plurimum poſſe ad vacuationis indicationem.
Pueros,& ſenes integras vacuationes non ferre.
Dolores vehementem vires exoluere.
Deliquium animi quæ inducant,& eius quod à vacuatione immodica proficiſcitur, curatio.
Vinum frigida temperatum,vires exolutas ob immodicas euacuationes inſtaurare.
Deliquij animi ob ſudores curatio.
Exoluti à plenitudine quomodo ſint curandi.
De curatione ſuffocationis vteri.
De curatione exolutionis ob ventriculi imbecillitatẽ, & quomodo ventriculus ſit roborãdus.
De curandis exolutionibus ob varia ſymptomata.
Facultates vitalis,naturalis,& animalis,vnde proficiſcantur, & vnde dignoſci earum imbecillitas poſſit.

Caput Decimumquintum.

De capitis doloris varijs ſpeciebus,& earum curatione.
De criſibus, ac diebus iudicatorijs multa.

LIBER SECVNDVS Docet rationem curandi omnes præter naturam affectus, qui communi nomine inflammationes dicuntur. Continet autem Capita xj.

Caput Primum.

Inflammationibus omnibus communem eſſe caliditatem, & veluti quandam efferueſcentiam.
Inflammationis,quæ cum affluxu humorum infeſtat,multiplex differentia.
Inflammationis,quæ à ſanguine oritur indicia.
De herpetum generibus,eorumque generatione.
Eriſypelata vnde gignantur,eorum differentiæ,& cuius ſint affectus.
De carbunculis,& eorum generatione.
De bubone,phymate,phygethlo,ophtalmia, pleuriti ſynanche peripneumonia.

Caput Secundum.

De cauſis inflammationum.
De curatione inflammationum.
Euacuaturo corpus quæ ſint prius conſideranda.
De curatione inflammati genu.
Repercutientia eſſe applicanda paulo ſupra patientes particulas.
Fluxioni diſcutiendæ quæ medicamenta conueniant.
Vlcus eiecto pure quibus ſit abluendum.
Suppurãdę inflãmationi cõgruere cataplaſma ex farina triticea,quæ in oleo,& aqua ebullierit.
De curatione herpetum.
Carbonibus qualia medicamenta conueniant.
Indicationes quatuor deſumi ab ipſa affecta particula, & quæ nam illæ ſint.
Temperaturas partium curationes affectuum variare, ſimiliter, & formationes, & ſitus partium, & quomodo.
De variarum particularum,quæ inflammatione laborant,curatione.

Caput Tertium.

De ædemate, quid ſit, & in quibus ſymptoma exiſtat.
De ædematis ex influxu orti curatione.

Caput Quartum.

De ſcirrho,quid ſit,& vnde gignatur.
Induratis qualia conueniant medicamenta.
De curatione tendonum induratorum.

Caput Quintum.

De ſplene,& Iecore induratis,quæ ipſis congruant remedia.
De tumore flatulẽto,& eius curatione, ac de doloris à craſſo ſpiritu in vẽtre oborti curatione.
Varia medicamenta,quibus flatus diſcutiuntur.
De medicamentis opium recipientibus quando proſint,& quando noceant,& quomodo.
Inteſtinorum dolores vbicunque ſint,iuuari à bibitis,& per ſedem iniectis medicamentis.


Caput Sextum.

De abſciſſibus,quid ſit abſceſſus,& qualia in ijs ſoleant ineſſe corpora, & de eorum curatione.
De curatione tumoris in ſcirrhum abeuntis.

Diſcu-

Diſcutientibus fortiter cur ſemper ſint miſcenda emollientia.
Caput Septimum.
De tumore ſuppurato, & eius curatione.
Caput Octauum.
De ſinu, quid ſit, & eius curatione, & quæ medicamenta ſint vtilia eius curationi.
Sinus quando ſit abluendus ex vino, quod ipſos ſinus glutinat.
Sinus quomodo ſit deligandus, & ex quibus ſignis colligi poſſit ipſum glutinatum iri.
De cutis laceratæ in abſceſſibus medicatione.
Caput Nonum.
De Gangrena, quid ſit, & eius curatio quomodo inſtituenda.
Quæ medicamenta ſint apta putreſcentibus membris; ac radicem putreſcentis particulæ eſſe adurendam.
Ad detrahendam eſcharam quibus medicamentis vtendum.
Caput Decimum.
De cancris quid ſint, vbi & ex quo humore gignantur.
Atra bilis quos morbos excitare poſſit.
De cancri duplici curatione, verum ipſius medicationem eſſe periculoſam.
Elephantiaſim in Alexandria plurimum inualeſcere, in Germania verò rariſſimè reperiri.
De cancri iam exulcerati curatione, & quæ victus ratio ei conueniat.
Caput Vndecimum.
De elephantiaſi, atque ei conducere viperarum eſum, & quomodo viperæ ipſæ concinnentur.
Theriacam prodeſſe elephantiaſi, tum comeſtam, tum illitam.
De hidropis curatione aliqua, eiuſque tres eſſe ſcopos.

FINIS.





GALENI
ISAGOGICI LIBRI,

QVI, CVM IN TOTAM ARTEM medicam introducant, in principio totius operis ſunt locati: vt priùs in ipſis tyrones exerceantur, quàm ad difficiliora artis accedant.

INTRODVCTORIIS HIS LIBRIS,

SEXTA HAC NOSTRA EDITIONE *lux non minima allata eſt, quòd locis pluribus quàm in alijs ſuperioribus editionibus, ad Græcorum librorum ſidem fuerint emendati.*

Alijs adnotationibus nunc poſtremò additis.

Librorum catalogum proxima pagina oſtendit.

Τὸ Εἰσαγωγικόν.



Venetijs Apud Iuntas. M D LXXXVI.



LIBRI ISAGOGICI GALENI

GALENI Oratio Suaſoria ad Artes, a Ludouico Beliſario medico Mutinenſi latinitate donata. fol.2
Siquis Optimus Medicus eſt,eundem eſſe Philoſophum liber,eodẽ interprete. 6
De Sophiſmatis in Verbo contingentibus liber,ab Horatio Limano tráslatus. 7
An Qualitates Incorporeæ ſint,eodem interprete,accurate recognitus. 8
De Proprijs libris, ab Ioanne Ficardo Francofordiano aliàs latinitate donatus, & ab Auguſtino Gadaldino plurimis in locis ad veterum græcorum exemplarium fidem emendatus. 10
De Ordine librorum ſuorum,ab Ioanne Fichardo latinus olim factus,poſtea aliquot in locis ab Auguſtino Gadaldino expurgatus. 14
De Sectis ad eos qui introducuntur,a Ludouico Beliſario in latinum ſermonem conuerſus,& cum græcis codicibus accurate collatus. 15
De Optima Septa liber, Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete, ex quarta eiuſdem recognitione. 19
De Optimo Docendi genere,aliquot in locis emendatus. 30
De Subfiguratione Empirica,incerto interprete. 31
De Conſtitutione Artis Medicæ liber, a Victore Trincauellio conuerſus, & ab eodem recognitus. 35
Definitiones medicæ,qui liber a Bartholomæo Syluanio fuit traductus,atque ex codicum veteri collatione plurimis in locis auctus, poſtea vetuſtis cod. græcis collatis,accurate emendatus. 43
Introductio ſeu Medicus: hic liber ab Ioanne Andernaco latinus olim factus eſt,poſtea ex græci exemplaris collatione eſt nõ nullis in locis expurgatus. 50
Quo modo morbum ſimulantes ſint deprehendendi, Ioanne Ficardo Francoſordiano interprete. 61
Ars Medicinalis,Nicolao Leoniceno interprete,ad græcorum veterum exemplarium fidem ab Auguſtino Gadaldino aliquot in locis emendata. 61

Quæ omnia nunc poſtremum hac ſexta editione ad veterum codicum tum impreſſorum, tum manuſcriptorum fidem collata, Io. Coſteus nouis annotationibus illuſtrauit.



GALENI

PARAPHRASTAE MENODOTI FILII SVASORIA AD ARTES ORATIO

Ludouico Belliſario Medico Mutinenſi interprete

ARGVMENTVM ORATIONIS

Non fortunæ, neque corporis, ſed bona tantum animi hominibus exoptanda.

Homo artium, ſcientiarum omnium capax, & ſolus inter cætera animalia, rationis particeps dicitur. CAP. I.

AN animantium generi, quod irrationale appellatur, nulla omnino data ratio ſit, ſanè dubiũ eſt. nã, & ſi caret ea, quæ in uoce uerſatur, quã *ſermonẽ nominant, quę tamen animo cõcipitur, quam *ratiocinium dicunt, eius fortaſſe particeps omne genus animalium eſt, quanquã aliis parcius, aliis liberalius tributa ſit. ſed ꝑfectò, & q̃ cæteris animãtibus homo ſit hac ipſa ratione præſtantior, nemo eſt, q dubitet. Cernimus enim, q̃ multę ſint artes, quas hoc animantium genus exercet: unumq; hominẽ eſſe, qui ſcientiæ capax artem quamlibet percipere poſſit. Quandoquidem cæteræ animantes omnes, paucis quibuſdam exceptis, artiũ expertes cõſpiciuntur: eædemq; paucæ, quæ artes aliquas tractare uidenẽ, has natura potius, q̃ inſtituto conſecutæ ſunt. Homo aũt ita ad artes aptus eſt, ut, ſi quæ in alio animantium genere ſunt, ne eas quidem immeditatas relinquat: quippe cũ aranei texturã imitetur, opera exemplo aptum effingat, uim nantis animalis exerceat, quanquã ipſe in pedeſtri genere eſt. ſed nec diuinas artes omittit, ſiquidẽ in arte medẽdi tum Aeſculapiũ, tum etiam Apollinem æmulatur: quem in cæteris etiã artibus, quibus hic Deus pręditus eſt, imitatur, ſagittandi, canendi, diuinandi: itemq; illarum omnium ſtudia ſequitur, quæ ſingulis muſis ſingulæ proprię ſunt. neq; enim ſe à geometria, neq; ab aſtronomia abducit, ſed, ut inquit Pindarus, quicquid & in ſe terra occultat, & ultra cœlum poſitum eſt, contemplatur. quin etiã, qđ in diuinis bonis maximum eſt, philoſophiam induſtria & labore conſecutus eſt. Ob eã igitur rem, quanquam rationis particeps ſit reliquum animantium genus, homo tamen, cum longe cęteris ſit ratione præſtantior, ipſe unus excellentiæ magnitudine animal rationale nuncupatur.

προφορικὸν *ἐνδιάθετον*

C

Fortunæ, ac Mercurij pictura, & Fortunæ inconſtantia. CAP. 2.

D

QVid ergo? an non turpe eſt, quæ res una homini communicata eſt cum Diis, eam ut neglectam habeas, ac de cæteris ſolicitus ſis? ita artium ſtudia contemnas? te ipſum manibus fortunæ, committas? cuius indicare nequitiam cum ueteres cõſtituiſſent, eam ſiue pingendam ſuſciperent, ſiue fingendam, in fœmineam ſpeciem exprimere non contenti (quanquam hoc ſatis aptum erat amentię ſignum) gubernaculum etiam manibus habendum dederunt: baſim pedibus globoſam ſubiecerunt: eam deniq; orbatam oculis effinxerunt: ut ſcilicet per has figurandi rationes fortunę inconſtantiam expreſſam oſtenderent. Vt igitur in naui adeo tempeſtatibus iactata, ut & fluctibus obruatur, & ſubmergi periclitetur, eius gubernaculum cæco gubernatori male cõmendari putauerim, ſic in uita quoq; degenda, ubi naufragia domibus maiora, quàm nauibus in mari contingunt, non recti iudicij eſt, qui per hæc rerum diſcrimina cæcę ſe Deæ, eidemq; mutabili credat: quippe quæ tam ſtupida, tamq; amens eſt, ut plerunq; & dignos negligat, & indignis diuitias tribuat, & eas quidem, nõ ſtabiles, ſed quas eadem ratione, qua dedit, eripiat Deam hanc inſcia hominum maximo numero turba comitatur. quæ Dea nunquam ſtabili ſede quieſcit, ſed baſi innixa uolubili, late rapitur uaga feturq;, ut in pręcipitia, ſæpe etiã

in pelagus ruat. ubi,ut eius miſeri ſequaces cõmuni morte intereunt:ſic illa ſola ſine noxa eua- E
dit,eosq; perdita iã opera lugẽtes,ipſamq; accuſantes irridet.Sed talia fortunæ opera ſunt.Mer-
curium uero, tanquã orationis parentem, & artium omnium auctorem aſpice rurſus, ut alia, q̃
fortunam,effigie tum pictores,tum plaſtæ decorarunt.nam iuuenis eſt formoſus,nec eiuſmodi,
ut fucatum quicquã in eo,aut cõptum deprehendas,ſed in cuius forma animi uirtutes protinus
eluceant:eſt enim hilari vultu,acribus oculis:baſi innititur ſic undiq; figuratæ,ut quadrantal re
ferat,qua maxime figura res ipſa ſtabilis,atq; immobilis redditur. Quin & ipſum Deum eadem
hac figura interdum honeſtãt. Cuius etiam comites æque,ac dux ipſe Deus, hilares ſplendidiq;
conſpiciunt,nec unquã de ſuo principe queruli,quales fortunæ ſequaces memorauimus,nec ab
eo ulla in parte ſeiuncti,neq; diuiſi,ſed eius ſemper aſſeclæ,ſemperq; prouidentia eiuſdem fruen
tes.Fortunæ uero ſequacem cœtum omnem deſidem cernes,nec ullis artibus eruditum,ſed ſpe
uaria ſemper deductum,currentemq; Deam communi quidem,ſed impari curſu ſequentẽ.nam
alij longius diſtare uidentur,alij proprius accedere, alij de manu etiam Deæ pendere. in quibus
Crœſum illum lydum conſpicies,Samiumq; Polycratẽ:eosq; fortaſſe miraberis,dum alteri Pa-
ctolum cernes auro fluẽtem, alteri marinos etiam piſces inſeruientes . eiuſdem ordinis Cyrum
Priamum,Dionyſium reperies.quorum tamen omnium ſtatus adeo mutabilis eſt,ut paulo poſt F
Polycratem cruci affixum inſpicias,Crœſum Cyri imperio ſubditum,Cyrũ in aliorũ poteſtate
conſtitutum,Priamum obſtrictum,Dionyſiumq; Corinthi.Si in cæteros autẽ te uertas,qui for-
tunæ curſum ſequuntur quidem,ſed tamen non cõſequuntur,odio hos omnino habebis: ſiqui-
dem pleriq; aut populi concitatores ſunt,aut meretrices,aut cinędi,aut amicitiæ proditores,tũ
homicidæ,tum rapaces,tum etiam ſepulchrorum prædatores:nec pleriq; deſunt in id ſcelus in-
uecti,ut ne Dijs quidem ipſis parcant, ſed nefanda etiam ſacrilegia committant. Mercurij uero
chorus modeſtos omnes continet, eoſdemque artium peritos,nõ currentes,non exclamantes,
non inter ſe diſſidentes, ſed inter quos medium Deus ipſe locum teneat. hi uero ordine omnes
circum diſpoſiti ſunt ſic,ut nulli locum ab eo deſignatum relinquant,eo tamẽ diſcrimine,ut,qui
primam ſedem,Deoq; proximam in ambitu occupant,ij geometræ,arithmetici,aſtronomi,phi
loſophi,medici,grammatici ſint.qui uero alterã tenent,ij ſecundum chorum cõſtituunt, in quo
pictores,plaſtæ, ſculptores, fabri,architecti,magiſtri prima rudimenta docentes conſpiciantur.
poſt quos tertius locus ſequitur,quo cæteri artifices omnes continentur.Sic ſingulis quidem ſe
des aſſignatæ propriæ ſunt,omnes tamen pariter intuentur in Deum,eiusq; cõmuni parent im-
perito.Sed & apud ipſum Mercurium pleroſque conſpicies, quos ille quarto quodã ordine ele- G
cto donauit,ubiq; ſocios nunquam à latere diuellẽdos adiunxit,& eos quidem eiuſmodi,ut ma
xime ab ijs,quorum fautricem fortunam diximus,abhorrere conſpiciantur.neq; enim geſtis in
ciuitate honoribus,neq; generis nobilitate,neq; diuitijs ſolet hic Deus hominũ iudicare pręſtã
tiam;ſed,quiſquis & bene uiuit,& cæteris eſt ſua arte præſtãtior,eamq; legitime exercet,& iuſ-
ſis obſequitur Dei, hunc ille plurimi facit, hunc cæteris anteponit , hunc à ſe nunquã diſcedere
patitur . Virorum igitur nomina, qui hunc ordinem illuſtrant, ſi ipſe intelligas, eos non ſolum
æmulatione dignos,ſed etiam ueneratione putabis.Hic cernes Socratem,cernes Platonem,Ho
merum, Hippocratem, & qui hos uiros ſequuntur, quos omnes Deus & ſibi miniſtros elegit,&
apud ſe primos, & quaſi alteros Mercurios eſſe uoluit,quos nos æque,ac Deos colimus,& uene
ramur . Sed tamen cæteris etiam omnibus, qui Deo curæ non ſit,nemo eſt.ille enim non ſolum
curat,quos coram ſe conſpicit,ſed etiam nauigantibus adeſt,quibus ſe nauigationis quoq; ſociũ
præbet,ut,ſi forte naufragium fecerint,his opem poſſit afferre.Ariſtippus enim,cum olim ſic mi
ſere nauigaſſet, ut naui tempeſtatibus perdita, in Syracuſia littora eiectus eſſet,primam fiduciã
cepit, exiſtimans ſe ad Græcos, & ſapientes uiros,non ad barbaros eſſe delatum,argumento,ꝙ
geometricam figuram in arena deſcriptam uidiſſet; deinde Syracuſas accedens,ut in gymnaſiũ H
uenit, quo loco illud græce exprompſit,

Quis uagum,atque errantem Oedipum ”
Hodie raris excipiet muneribus? ”

habuit,qui ſibi occurrerẽt,& ſalutationibus excipientes agnoſcerent, & præſtantem quidẽ ui-
rum,ſed tunc egenũ neceſſarijs rebus donarent.cum autẽ Cyrenen eiuſdem Ariſtippi patriã è
Syracuſis quidã nauigare conſtituiſſent,ideoq; ex eo quærerent,num quid familiæ ſuæ mãdare
uellet:ꝑcipite meis,inquit,ut eas res ſibi curẽt parandas,quæ cũ poſſeſſore in naufragio enatẽt.

Curare magis homines debere,ut bonis artibus inſtruantur,quàm onerentur diuitijs,
& Demoſthenis, ac Diogenis in diuites ignaros ſententia. C A P. 3.

QVàm multi igitur miſeri ſunt, quibus contra , quàm ille præcepit , euenire uidemus , ut , cum omnia ſua uiuendi conſilia in diuitias referant , ſi forte in eiuſmodi caſus incurrerint, ne tum quidem auri , aut argenti obliti , ſed utroque corpori undique appenſo , cum his & corpus & animam etiam perdant.nec id miſeri intelligere poſſunt,à ſe in primis in genere ani malium rationis experti ea magis diligi,quæ ſint artibus ornata: equos enim bello aptos,canes, quibus uenandi uis tributa ſit,cæteris præferendos arbitrantur . Quin & ſeruos artibus curant

erudiendos,

A erudiendos,idq́; magna argenti impenſa;ſeipſos aũt neglectos habent,nec ullius dignitatis eſſe
curant.An igitur turpe non eſt,cum ſeruus decẽ millibus denariorum æſtimandus uideatur,do
minum ne uno quidem dignũ exiſtimari? ſed quid inquam uno? ne ille quidem,ſi gratuitã ſerui
tutem polliceatur,qui enim recipiat reperiet quenquã.quid item?an non è rebus omnibus ſeip
ſos tantummodo ignobiles reddunt?nam,cũ ſe nullis artibus inſtituendos curent,in genere ani
mantiũ rationis experti non nullas ſtudiis, quibus uis arti ſimilis ineſt,erudiendas ſtatuant,ſer-
uum,ſi ſegnis ſit,& artis expers,nihili faciendũ arbitrẽtur,curam nec prædiorum,nec rei ullius
reiiciant,ſed operam dent, ut hæc omnia q̃ optima ſint, quoad eorũ natura patiatur, ipſi uero
ne ſibi quidem ineſſe animam intelligentes,ſemetipſos ex omni parte negligant,haud ſanè du-
bium relinquitur,quin ſeruis,& iis quidem abiectis ſe ſimiles efficiãt. Quocirca huic hominum
generi iure id obiiciẽdum putarim:ò bone uir domus tua bene ſe habet,& ſerui omnes,& equi,
& canes,& prædia,deniq;,quæ q̃ poſſides,ijs bene eſt,tui uero ipſius cura nulla habeť.recte igi-
tur uterq; & Demoſthenes & Diogenes: quorũ alter oues aureos uellere opertas eos uocat,qui
diuites ijdemq́; rudes ſint:alter eoſdem fico in præcipitio natæ aſſimilandos arbitratur.ut enim
eius fructũ non homines,ſed corui graculiq́; depaſcuntur,ſic talium diuitum opes nihil proſunt
B bonis ciuibus,ſed ab adulatoribus abſumi cernuntur.qui tñ poſt,ſi forte locupletis res oĩs con-
ſumpta ſit, huic forte occurrentes, cũ eius cognitionẽ diſſimulent,ſine ſalutatione prætereunt.
Qua de re nec ille inelegans,qui huic locupletum generi ſimilitudinem cum fontibus eſſe oſten
dit.quãdoquidẽ hos,cum forte humore omni exhauſti ſunt,qui ante ab ijſdem aquari ſolebant,
mox abducta ueſte permingunt. Illud igitur non ab re putandum, quiſquis nõ alia re,ſed tantũ
diuitijs efficit,ut ſit undiq; conſpiciendus,hunc,ſimul ac diuitijs priuatus ſit,à cæteris etiã rebus
deſtitui, quæ ei partę opum gratia fuerant.nã quid eſt, cur his ita non eueniat, quando nullum
è bonis proprijs poſſident,ſed alienis ſemper,& à fortuna tributis gloriantur?

Aduerſus eos, qui nobilitatem generis oſtentant, & in eos Themiſtoclis, & Anacharſidis Scythæ præclara ſententia. CAP. 4.

NOn deſunt autem,quibus hoc idem eueniat.nam,qui ſe ſplendore generis efferũt,ij quoq;,
cum bonis careãt, quæ propria ſunt, ad ipſum genus oſtentandum confugiunt, cum ne id
quidem intelligãt,ſplẽdori generis,quo admirabiles uideri uolunt,perinde ac ciuitatum numiſ
matis uſu uenire,quæ cum apud eas ipſas ciuitates probata plurimum ualeant, apud alias tamẽ
C gentes & adulterina haberi, & nihil fieri cernuntur. qua de re non inepte dictum uidetur.
" Neque te iu ſublime generis extulit decus,
" Neque me,dum nil habui,aluit genus.
Pręclar⁹ igiť,ut inqt Plato,theſaur⁹ ſũt maiorũ uirtutes,ſed p̃clari⁹,poſſe illud Sthenei obiicere,
" Maiores ſuperat uirtutis gloria noſtræ.

Si quam enim generis decus utilitatem affert,eam eſſe putandũ eſt,inde nobis ſtudia moueri
æmulãdi uirtutũ exempla,quibus maiores illuſtrati ſunt: ne,ſi longo ab his egregia illa uirtutis
laude ſuperemur, hoc illis dolorem, ſi modo ſenſus eſt uita defunctis,nobis dedecus afferat. qđ
etiam eo maius habetur,quo nobilitas magis elucet. Nã,quiſquis inſcius idemq́; genere obſcu-
rus eſt,cum ſaltem fructum è ſuo genere capit,ut,quicquid in eo uitij eſt,id multorum cognitio
nem effugiat:quos autem ſplendor ſic illuſtrat generis,ut ne uitia quidem latere permittat,quẽ
fructum ijs decus generis affert,niſi ut,cum miſeri ſint,noti etiã eſſe cogantur,cumq́; ſuo ſe ge-
nere indignos reddant,grauius & accuſentur,& uituperentur?Itaq; quiſquis ſplendorem prædi
cat generis,cum ipſe rudis atq; iners ſit,is,quicquid in ſe uitij habet,id minus uenia dignum eſſe
declarat.homines enim,quos humile genus obſcuros reddit,non æque atq; ij,quos ſplendidum
illuſtres efficit,inquiſitione explorati iudicantur. ſed illis,quamuis mediocris ſua ſit uirtus,igno
D ſcimus tamen,eoſdemq́; etiam comprobamus,quod iſtorum deeſt uirtuti, ignobilitati aſcriben
tes:hos uero,niſi eam laudem adepti ſint,quæ digna ſit maiorum uirtutibus,etiam ſi longe cæte
ris præſtare uidentur,nulla tamen admiratione dignos eſſe putamus.Ex quibus rebus intelligi-
tur,niſi quis admodum uecors ſit,artes nobis eſſe ſuſcipiendas,eaſdemq́; tractandas.quę res effi
ciet,ut ſiue quis nobilis ſit,ſuo dignus genere uideatur,ſiue ignobilis, ipſe ſuum genus illuſtret,
" antiquum illũ imitatus Themiſtoclem,qui,cum ei olim genus probro obijceretur, Ego, inquit,
" poſteris meis lucem excito,& meum ex me genus ortum habet,tuum uero in te deſinit. Notus
etiam eſt Scytha ille Anacharſis,quàm & admirabilis apud omnes ſit,ut ſapiens appelletur,quã
quam barbarus erat:qui & ipſe,cum olim ſibi barbariem exprobari audiuiſſet,tum inquit: Pa-
" tria mihi dedecori eſt,tu uero patrię.ut his uerbis belle hominem reprehenderet,qui,cum nulla
laude dignus uideretur,ſe illuſtrem ſplendore patriæ prædicabat.Si igitur rerum euentus paulo
diligentius animaduertas,reperies non ciuitatum ſplendorem gloriam attuliſſe ciuibus,ſed cõ-
tra & uirtutes ciuium, & eorum in artibus præſtantiam nomen decusq́ue ciuitatibus peperiſſe.
Quis enim Stagiras celebret, niſi hæ lumen ab Ariſtotele accepiſſent? Quis Solos extollat, niſi
his præſtantes viri Aratus & Chryſippus eluxiſſent? Vnde Athenarum gloria tam longe lateq́;
propagata eſt? non ſoli fœcunditate, quod tenue ſatis eſſe ſcimus,ſed laudibus uirorum,qui eo

loco nati complures,ijdemq́; præſtantiſſimi gloriam ſuam patriç impertiti ſunt.Hoc autem dilu E
cide uerum eſſe cognoſces,ſi tibi in mẽtem ueniat Cleonis,& Hyperboli, qui talem fructum ex
nobilitate Athenarum ceperunt,qualem uitia,ut famoſa ſint,expoſtulant.

Dicta ſues fuit olim gens Bœotia uecors, inquit Pindarus. idem rurſus, »
Si Bœotium edamus ſuem. Hæc ille,cum uellet rudis gentis infamiam ſuo carmine breuiter »
abſoluere.

De ſpernenda corporis forma,niſi artibus & ſcientijs ſit ornata. CAP. 5.

IS igitur,qui Athenienſibus leges tulit,dignus laude uidetur,quòd lege prohibuit,ne quis pa-
trem alere,qui filium artibus erudiendum non curaſſet. Nam,cum eo maxime tempore artes
petendæ ſint,quo formoſiſſima noſtra corpora cernuntur,pleriſq; cõtingit,ut,cum ſe forma con
ſpicuos intelligant,omnem animæ ſuæ curam ſpernant,atq; reijciant:poſt autem,cũ iam eos pę
nitet,id fruſtra queruli dicant,utinã forma,quę me perdidit,male pereat.ijſdemq́; tum uenit in
mentem Solonis illud,quo præcipit,nihil magis eſſe ſpectandum,quàm uitę finem.Itemq́; ſene-
ctutem accuſant,cũ ſeipſos debeant:Euripidis uero præceptum laudant. Non temperantis eſſe
formam ſupra quàm mediocrem petere. Satius ergo putandum eſt adoleſcentes ſuam formam
uernos flores imitatam cognoſcere,eamq́; breuem uoluptatẽ polliceri,itaq; & Lesbiam eſſe lau F
dandam,cũ inquit:Formoſus tantus eſt,quantus in cernendi ſenſum cadit. Probus uero idem »
protinus & formoſus eſt. Et parendum Soloni,qui hoc idem ſentire uidetur:cõtra autem ſene »
ctutem,quę aptiori & ueſtitu,& domicilio eget,& mille alijs rebus,tanquam aduerſus tempeſta
tem imminentem præparare ſe quemq; debere exemplo boni gubernatoris,qui & procellas prę
ſentit futuras, & ſeſe multo ante parat, ut earum impetum ſuſtinere poſſit. ſiquidem miſerum
eſt Homeri illud, Rem excors intelligit actam. Quis igitur fructus ex formoſo,eodemq́; rudi »
adoleſcente capi poteſt? an ad bellum utilis eſt? ſed potius eiuſmodi adoleſcentibus Poetæ il-
lud modo nominati non ab re obijciendum putarim.

At tibi connubij tractantur mollia facta. »
Ito demum, rerumq́ue tibi ſit cura tuarum. »

Item de Nereo idem poeta,

Ad Troiam uenit forma præſtantior unus,

Verum mollis erat.qua de re eius ſemel tantum in enumerandis Gręcorum nauibus Poeta me-
minit,quò indicaret,ut mea fert ſententia,formæ nullam utilitatem eſſe,niſi res ad uſum uitę ne
ceſſaria illi adiuncta ſit. Nec uero audiendi ſunt miſeri quidam,qui diuitias fructum eſſe formæ G
audẽt dicere.quæſtus enim,qui & libero dignus,nec laudis expers,& ſtabilis ſit,ex arte fieri po
ſtulat:quẽ uero formoſus ex ſuo corpore facit,is turpis eſt, & ſemper ignominiæ habẽdus.Itaq;
ò adoleſcentes audite,moneo,uetus illud præceptũ,ueſtramq́; in ſpeculo effigiem interdum in-
ſpicite:ut,ſiue quis ueſtrum ſe forma egregium iudicet,idem operã det,ne minori animæ laude
præcellat,turpe exiſtimãs formoſum corpus rudis animæ domiciliũ eſſe: ſiue ſe corpore cernat
deformi, eo magis elaboret,ut animæ præſtet pulchritudine.quò canere illud Homeri poſſit,

Eſt alius,qui parua quidem ſit gratia formæ, »
Sed tenuem formam uerbis Deus ornat,& illum »
Cernere dicentem cunctos iuuat, ora pudore »
Suffuſum placido: hic reliquos ſupereminet omnes: »
Hic urbe incedit gaudens, ſibi quiſque uidetur »
Inſpexiſſe Deum, dum lumina figit in illum. »

Ex quibus omnibus nulli dubium relinquitur,niſi quis planè amẽs ſit,quin neq; ſuperbia ge-
neris,neq; opum gloria,neq; fiducia formæ,contemnenda artium ſtudia ſint.Hæc diſſeruiſſe ſat
erat:ſed fortaſſe non incõmodum eſt addere Diogenis quendam ueluti nõ reticendum epodũ. H
hic,cum apud quendam epularetur,qui nulli rerum ſuarum ſtudio,aut diligentia deerat,nullam
uero ſui ipſius curam habebat,excreans Diogenes undiq; circumſpexit, quò inſpueret,ac tãdẽ
bene agi putauit,ſi cæteris rebus parceret,ipſum uero dominum cõſpueret. Qui, cũ indignatus
eſſet,cauſamq́; facti quæreret,tum inquit Diogenes,nihil tam in tota domo neglectũ,q̃ tu mihi
uiſus es:ſiquidem parietes oẽs egregijs picturis ornatos inſpiciam,pauimentum ex teſſeris tam
præcioſis extructum,ut ſimulachra Deorũ ex ſeſe expreſſa repræſentent,uaſa omnia pura,ac ni
tentia, lectum & eius fulcra miro artificio elaborata, te uero harum rerum dominũ cernam ex
omni parte neglectum:ſolent aũt homines loca, quę uilia maxime,neglectaq́; ſint,quo expuãt,
eligere.Itaq; ò adoleſcentes ne patiamini uos eiuſmodi eſſe,ut quiſpiã uos conſpuendos putet,
neve uobis eſſe cætera omnia pulchriora conſpiciantur: quãquam raro euenire uidemus,ut in
eodem nobilitas, diuitiæ, forma reperiantur. quæ etiam ſi interdum concurrant, turpe tamen
uos in eo contemptu haberi, ut cęteris rebus exceptis, uos tantummodo conſpuamini.

Aduerſus Athletas, bonorum diuiſio. CAP. 6.

AGite igitur ò adoleſcentuli,qui & me diſſerentẽ audiuiſtis,& ad artes cõcitati eſtis,cauete,
ne quiſpiam fallax & impoſtor ſic animum ueſtrum præſtringat, ut uos ipſos ſinatis in ſtu-
dium

A dium uel prauæ,uel inanis artis deduci.illudq́; intelligite,quæcunque hominum ſtudia ad uſum
uitæ nõ pertinent,eorum nullum artem eſſe.Sed in cæteris id ipſum uos cognoſcere arbitror: ut
in iaciendis teſſeris,ut in ſtudio uel ambulandi ſuper tenues funiculos,uel uoluendi ſe raptim in
gyrum ſic, ut offundantur caligines. qualia Myrmeciadis Athenienſis & Calliſtrati Lacedæmo
nii ſtudia fuere. Athleticam uero,tantummodo ſuſpicor,ne & uiribus corporis & populari glo-
ria propoſita,aliquem ueſtrum decipiat,ut artibus ipſam prçferendam putetis.Quandoquidẽ &
apud maiores argenteis donis quotidie celebratam,& çque,ac armis optimos,honoratam intel
ligimus. Eam igitur ob rem ſatius eſt uos aliquam in hoc genere ſtudii præmeditationẽ habere.
fallitur enim facile quiſque,qui rem deliberandam non præmeditatus ſuſcipit.Hominum igitur
genus ò pueri partim cum Diis , quod rationis particeps eſt, partim cũ belluis, qđ mortale,cõ-
municatum eſt.vos ergo communicationis meliori parte electa, dare bonis artibus operã debe
tis.quas ſi conſequemini,quod in bonis maximum eſt,adepti eritis.ſin minus,nõ tñ uos inertiſ-
ſimis belluis pudebit eſſe deteriores . Athleticum uero ſtudium quiſquis ſequitur,id niſi conſe-
quatur,turpiſſimum eſt:ſi uero cõſequitur,non tamen belluis melior efficitur.Quis enim leone,
aut elephanto fortior? quis lepore celerior ? Quis item eſt,qui neſciat & deos ipſos nulla de re,
B præterquam artibus , eſſe laudatos ? & homines præſtantiſſimos diuinis honoribus celebratos,
nõ quia bene uel in ſtadiis cucurrerint,uel diſcum in ſublime iecerint,uel luctã exercuerint,ſed
artium beneficia in homines cõtulerint? Aeſculapium quidem & Bacchum,ſiue prius homines
fuerint,ſiue Dii à prima origine ſint, maximis honoribus proſequimur& celebramus : alterũ,ꝙ
medicinæ peritus eſt:alterum,ꝙ homines colendæ uitis artem edocuit.quòd ſi mihi non credis,
Dei certe Pythii te mouebit auctoritas, qui & Socratẽ omnium ſapientiſſimum pronunciauit,
& Lycurgum ſalutans his uerſibus affatus eſt .

« Te mea conſpicio uenientem ad templa Lycurge,
« Quem chorus omnis amat Diuum, quem Iuppiter ipſe.
« Sisne Deus, dubito, uel ſis mortalis habendus:
« Sed potius te ſpero Deum Numenque Lycurge .

Idem Deus Archilocum,quanquam uita defunctum,non mediocri honore dignatus eſt.cum
enim, qui illum occiderat, ingredi in templum uellet, eo carmine deterruit Deus,

« Vatem occidiſti,à templo procul ito profane.

At uero tu mihi uiciſſim narra,quæ diis unquam cum Athletis alloquia fuerint.quod non fa-
C cies:ſiquidem,quid dicas,non habes.ſed fortaſſe teſtem,quaſi nõ fide dignum,reiicies: id enim
indicare uideris,dum in teſtimonia vulgi orationem uertis, & gloriam petis ex eodem.quãquã
ſcio te, ſiue ægrotes, non medicorum vulgo, ſed paucis quibuſdam, & iis quidem arte medendi
præſtantiſſimis curandum traderes.ſiue nauiges,non cuilibet nauigationis miniſtro,ſed uni gu-
bernatori commendares.denique & in paruis eandem rationem haberes.nam,ſi fabrile opus pe
tas,fabro crederes: ſi calceos,ſutori.ſi igitur hæc ita ſunt,cur,cum de rebus maximis cauſa agi-
tur,te iudicem ipſum cõſtituis,uiros autem te ſapientiores reiicis?ſed ut in præſentia Deos prç-
teream , audi, quid de Athletis Euripides.

« Cum mala innumera per Græciam ſerpant ,
« Nullum deterius Athletarum ſtudio eſt .
« Qui primum ſibi nec parare diuitias
« Patiuntur,dum poſſunt. quo enim modo,
« Quiſquis eſt gulæ deditus, uentrique indulget,
« Diuitias parabit, ut alat familiam ?
« Deinde nec ſe egenos , parareve rebus
D Aduerſis . nam in malis diu uerſati
« Moribus, res duras pro deſperatis habent .

Rurſus eundem, ſi placet,audi, quàm inutilem omnem Athleticæ partem dixerit .

« Quis lucta præſtans,quis pedibus celer,
« Quis bene uel diſcum extollens , uel maxillam
« Percutiens, patriam ſeruauit coronam ?

Quòd ſi minutiora deſideras,audi quæ rurſus ille .

« An cum hoſte pugnabunt, dum manibus
« Diſcos habent?an clypeis,cum è patria
« Expellent,pedes dum curſu fatigant ?
« Nullus . hæc fatua ſunt, ſi ferro conferas .

Quòd ſiquis Euripidem, cæteroſq́; eius generis auctores contemnat,philoſophos uero iudi-
ces ſtatuendos arbitretur,ex his etiam omnibus quaſi uno ore loquentibus audiet,uitio dandã
eſſe Athleticam . Nec eã uero ab ullis unquam medicis laudatam nouimus. quandoquidẽ illud
primum apud Hippocratem leges: Affectio Athletica nõ eſt ſecundum naturã: melior eſt ſalu-
bris habitus.deinde & apud cçteros præſtãtes medicos,qui poſt illum fuere,hoc idem reperies. Lib. de Alimen. circa medium.

Sed omnino teſtium fide rem agi nolebam: hoc enim potius oratoris eſt, q̃ hominis ueritatem colentis. quia tamen aliqui ad popularem laudem confugiũt, inanemq́ue gloriam ex vulgo petunt, ſtudiumq́ue propoſitum externis rebus remotis contemplandum negligunt, iccirco teſtes hoc quoq; loco adhibere cogor, ut hi ne in hac parte quidem ſe nobis potiores intelligant. itaq; Phrynę illud commemorandum occurrit. Cum olim in conuiuio quodam talis ludus celebraretur, ut per uices inter conuiuas, quicquid libebat, imperare liceret, illa, cum cæteras mulieres tũ anchuſa, tum cerußa, tum ẽt fuco pictas cerneret, iußit aquam afferri, eamq; manibus hauſtam ſibi fœminam quãq; ad faciem ad mouere, mox linteo protinus eam detergere. quod, cũ ab illis omnibus, & à Phryna ante alias actum eſſet, cernere erat faciem cęteris quidem fœminis continuo maculis repletam, ut laruas te uidere diceres, Phrynæ uero formoſiorem redditam: quippe quæ nõ fucata erat, ſed ſuapte natura formoſa, nulla quæq; arte ad formã egebat. Quemadmodũ igitur uera pulchritudo tunc optime exploratur, cum ipſa per ſe ſola eſt cæteris omnibus remotis, quæ foris aſſumuntur, ſic Athletæ ſtudium perpendere ſolum oportet, uidereq́ue, an ullam utilitatem uel publice ciuitatibus, uel priuatim Athletis ipſis afferat. Cum igitur bona, quæ in rerum natura continentur, alia animi ſint, alia corporis, alia exteriora, nec præter hæc ullum aliud bonorum genus excogitari poſſit, nulli dubium eſt, quin ne in ſomnis quidem ullius ex bonis animi participes Athletæ ſint: quandoquidem ne quidem, an animum habeant, intelligunt, nedum rationis participem eum eſſe ſciant. nam, cum & ſanguinis, & carnis mole ſe onerent, animam ſuam quaſi largo cœno ſuffocant, atq; obruunt, ut nihil paulo reconditũ intelligere queãt, ſed amentes perinde, ac belluæ, ſint. At hi fortaſſe inſtabũt, ſeq; alicuius è bonis, quæ ad corpus attinent, auctores eſſe contendent. ſed quod erit illud? an ſanitatem, in eo genere bonorum pulcherrimã, id eſſe dicẽt? immo, qui in maiori uitæ periculo ſit, ex uitioſo ſcilicet corporis affectu,

1. Aphor 3. Ex. or. fol. 3. e

reperies neminem, ſi quidem Hippocrati credas, à quo bonus ad ſummum habitus periculoſus dictus eſt, quem tamen iſti affectantur. Quin etiam illud & ab eodem recte ſcriptũ eſt, & ab omnibus probatum habetur, Sanitatis ſtudium citra & cibi ſatietatem, & rerum omnium tarditatem poſitum eſſe. Athletæ uero ſic contra præceptum id agũt, ut plus iuſto ſe & in laboribus corporis retineant, & cibis impleant, & omnino, quidquid ſenex ille præcipit, Bacchantiũ more inſanientes contemnant. ille enim, cum ſalubrem uictus rationem præcipere conſtituiſſet, ſic ſcriptũ reliquit: Labores, cibi, potiones, ſomni, uenus, omnia moderata. Iſti uero & gymnaſia quotidie ſine modo fatigant, & cibis ſic utuntur, ut eos ui ſæpe ingerant, & ad mediam noctem producant, ut Homeri illud iure in eos dicendum arbitrer.

6. de morb. vul. comm. 4. 22. el 3 185. g

6. de morb. vul. cõ. 4 à principio

Noctem Dij reliqui totam, milesq́ue trahebat
Deſeſſus, placido reſoluti membra ſapore.
Sed nullus miſeros Athletas ſomnus habebat.

In ſomnis autem eam moderationem adhibẽt, quæ cæteris uitæ ſuæ partibus proportione reſpõdeat. nã, cum alij, qui ſecũdum naturam uiuunt, à muneribus ſuis deſiſtunt, cibumq; petũt, tunc Athletæ à ſomno excitati exurgunt: ut eorum uitam ſues imitatam dicas, niſi ſues neque immodicis uterenẽ laboribus, neq; ui cibis explerenẽ, qđ utrunq; in Athletis nouimus, adde, ꝙ iiſdẽ terga rhododaphnis dirũpuntur. Ad hæc aũt, quæ ab antiquo Hippocrate dicta retulimus, illud item ab eodẽ ſcriptore præceptũ habemus. Multum, & ſubito uel implere, uel exinanire, uel calefacere, uel refrigerare, uel modo quouis alio corpus mouere periculoſum. omne. n. multum, inquit, naturæ inimicum. Athletæ uero neq; hæc præcepta audiunt, neq; alia, quæ ut illæ recte ſcripta reliquit, ſic iſti negligũt, atq; reiiciunt, ut omnia agãt, quæ à præceptis ſalubris uictus abhorreant. Ex quibus rebus relinquitur, ut non ſanitatis ſtudium, ſed morbi potius, hoc genus exercitii dicendũ putarim, idemq; ſentire Hippocratẽ, cum inquit, Affectus Athleticus non eſt ſecundum natura, melior eſt ſalubris habitus. Quibus uerbis Hippocrates nõ Athleticã ſolum à modo naturæ abhorrere declarauit, ſed etiam Athletici corporis affectui habitus nomẽ eripuit, ut illos eo nõie priuaret, quod corpori uere ſano ab antiquis tributum eſt: ſiquidẽ habitus ſtabilis eſt, uixq; mutabilis affectio: bonus uero ad ſummũ Athletarũ habitus & facile mutabilis eſt, & periculoſus: nam, cũ neq; capax incrementi ſit, ſiquidẽ ad ſummum peruenit, neq; poſſit in eodem conſiſtere, neq; quieſcere, relinquiẽ ut uiam in deterius capiat. Habes igitur qualis Athletis, dum Athleticã tractãt, corporis affectio ſit. Cum uero ab eo ſtudio ceſſant, deterius multo eorũ corpora affecta cernuntur: aut enim paulo poſt, mortẽ obeunt: aut, ſi ad prouectã ætatẽ, non tñ ad ſenectutem perueniunt. quam ẽt ſi attigerint, à Litis tñ Homeri nihil differunt, quãdoquidẽ Claudos, rugoſos, ſtrabones conſpicis illos.

2. Apho. 51. Ex. or. fol. 19. c

De alimento circa medium.

Sicut. n. murus urbis machina ante cõcuſſus, facile quacũq; vi diſiicię, diſſipatusq́; neq; terrę motũ ferre, neq; caſũ leuiorẽ poteſt, ſic Athletarũ corpora crebris ictibus, dũ ſuo utunẽ ſtudio, debilitata, ruptaq́;, & languida reddita lædẽtibus cauſis quibuſcũq; uel leuiſſimis obnoxia relinquunẽ. Oculi. n. tũ ſæpe circũfoſſi, ſpatio tpis cũ uires corpis reſiſtere, ac mẽbra tueri deſinunt, fluore (Græci rheuma uocãt) repleri cernunẽ. Dentes itẽ, quos ſæpe ante concuſſos uires interiecto tpe deſtituũt, deciduos fieri uidemus. Quin & intorti articuli ĩfirmi reddunẽ, ut ullã ui m uel

leuem

A leuem,occurſantẽ fere nequeant,& quæq; ſiue ruptio,ſiue neruorum diuulſio, quã Græci ſpaſ-
ma uocant,facile indicit.Ex quibus rebus patet,qui in ratione ſanitatis magis ſit,quã Athletę,
miſer,reperiri neminem:ut eos nomine non degeneraſſe iure dixeris,ſiue à miſero,quẽ Gręci
ἄθλιον dicunt,athletæ nominati ſint, ſiue communi origine ambo à miſeria, quam ἀθλιότητα uo-
cant,tanquam ab uno fonte nomen acceperint.Sed,cum de maximo ex bonis corporis,qđ ſa-
nitatem nuncupamus,nobis diſputatum ſit,ad reliqua eiuſdem generis bona tranſeundum eſt.
Quantum igitur pulchritudine præſtẽt,intelliges , ſi eorum naturalem formam nõ modo nihil
ab Athletica iuuari , ſed etiam eorũ plures, quibus ante ſatis apta eſſet membrorum cõpago,à
Gymnaſtis exceptos,ſaginatosq;,& in molẽ carnis, ac ſanguinis auctos,in diuerſam formę ra-
tionem traductos uideas:eorumque non nullis, & ij maxime,qui pãcratio, aut cæſto decertẽt,
faciem ex omni parte deformem, uiſuq; horribilem cernas, ſed cum membrum aliquod planè,
abruptum eſt, aut intortum,aut effoſſi oculi,tunc,opinor,tunc,inquam, maxime pulchritudo,
quæ fructus Athletici ſtudii eſt,perſpicua, euidensq; efficitur. Hæc igitur , dum ſe in ſuo ſtudio
retinent,ſibi ad pulchritudinem parãt.Cum uero ab eo dimiſſi ſunt,tum & reliqua corporis ſen,
ſoria pereunt , & membrum quodque,ut ante dictum eſt,diſtortum uariis modis corpus in ſor
B me reddit.Sed in cæteris fortaſſe,de quibus modo diſſeruimus,Athletæ cedent: quod uero reli
quum eſt corporis bonum,quod uires appellamus,id ſibi uendicantes inſtabunt,(hoc enim eſt,
quod mihi uidere uideor) idemq́ue cæteris omnibus præualere ꝓfitebuntur: ſed ò Dij immor
tales,quænam ſunt eæ uires,quas iſti ſibi uẽdicant?aut ad quod uitæ munus utiles?an ad agros
colendos?ſed ò quàm bene & ſodere, & metere, & quidquid aliud, quod ad agriculturam atti-
net,agere poſſunt. Sed fortaſſe ad belli munera obeunda : rurſus igitur Euripidem ac cerſe, ut
eos ſuis uerſibus celebret.

An cum hoſte pugnabunt , dum manibus.
Diſcos habent? uere enim
Nullus. hæc fatua ſunt, ſi ferro conferas.

Sed forte contra frigus,æſtumq; ualidi ſunt , Herculis illius ęmuli,ut una & per hyemem, &
per æſtatem pellę operti uitam traducãt?ut ſine calceatu incedãt?ut ſub dio dormiãt?aut humi
cubent?quin potius ad hæc omnia imbecilliores nuper natis infantibus cernuntur?Quid igitur
reliquum eſt,in quo hi ſuas uires oſtentent?aut quid eſt,ex quo ſuperbi incedant?certè non eo
qđ uel ſutores,uel ędificatores,uel fabros materiarios in palęſtra ſubſternere,aut in ſtadio poſ-
C ſunt,ſed eo fortaſſe,quod,dum ſe in puluere uerſant,dies abſumitur.At eadẽ gloria & ꝑdices,
& coturnices efferri licebit,quandoquidem & ipſę totum diem cœno ſe prolutentes conſumũt.
Sed per Iouem Milo ille Crotoniata immolatum taurum humeris ſuſceptum olim per ſtadium
geſtauit,ò incredibilem amentiam,quando ne id quidem intelligunt, ꝙ eiuſdẽ uictimæ corpus
paulo ante,cum adbuc uiueret,anima ſua geſtauit,idq; lõge facilius,quàm Milo, ut illa currere
etiã ſub onere poſſet,quãquam præ Milonis anima nullius erat dignitatis.Sed & genus mortis,
quam ille obiit,quàm amens eſſet,declarauit:nam, cum olim in iuuenem quendã ligna interie
ctis cuneis ſcindẽtẽ incidiſſet, eumq; irridens à munere ſuo abduxiſſet, ipſe ſolis iniectis mani
bus ligni partes utrinq; apprebẽdẽs,auſus eſt eas in diuerſa diuellere: ſed in primo conatu totis
exhauſtis uiribus,ligni quidem partes utrinq; uſq; eo diſtraxit,ut dimiſſi cunei deciderẽt,operi
uero perficiendo non ſuffecit,ſed diutius renixus,tandem uictus eſt:nec tamen manibus eripiẽ
dis conſuluit: quæ à ligni partibus in ſe recurrẽtibus ſic attritæ ſunt,ut poſt Miloni miſerã mor
tem inferrent. Quàm magnum igitur fructũ cæpit ex mortuo geſtato tauro, quo minus in mali
quidquam incurreret? quàm bene res Græcorum publicas, dũ cum Barbaro bella gererẽt,hic
Milonis in tauro labor,non Themiſtoclis ſeruauit ſapientia?qui ut recte primum oraculi ſentẽ-
D tiam aſſecutus eſt,ſic talem deinde ſe imperatorem præſtitit, qualem tãti imperii ratio poſtula
bat: Sapientis enim conſilium unum multorum manus ſuperat:inſcitia uero, cum ſemper ꝑ ſe
mala ſit,iuncta armis peior eſt.Ex iis igitur,quæ dicta ſunt,iam ſatis patere arbitror,nullã uitę
partem reperiri,quæ ullam ab Athletica utilitatem capiat . Athletas uero nec ipſos ullam ſibi è
ſuis actis dignitatem parere inde,opinor,cognoſcetis,ſi uobis eam narrem fabulam,quam non
inelegans quidam græcis uerſibus expreſſit . quos dicam ſic, ut res poſſit intelligi.

“ Si Iouis ſententia cunctis animantibus
“ Communis eſſet uiuendi ratio
“ Sic,ut olympiis dicatus præco
“ Non ſolum homines ad certamen uocaret
“ Sed & cæteris mandaret animalibus,
“ ut in ſtadium uenirent,idem,nullus,
“ Opinor,homo ferret coronam,ſed in
“ Dolicho(quaſi longo curriculo dicas)
“ Superior aliis gaudebit equus:
“ In ſtadio lepus ſibi primas aſſumet:

In diaulo (quaſi in ambitum curriculo, E
Deflexo dixeris) uictoriam ferct »
Caprea.ita relinquetur excluſus »
Homo ab omni pedum uictoria. »
O celeres uos, qui exercetis Athleticam. »
Sed nec poſt Herculem quiſquam leone, »
Aut elephanto fortior uidebitur. »
Taurum arbitror cæſtu coronandum. »
Aſinus inquit,ſi calcibus contendat, »
Ante alios ibit corona ſuperbus. »
Quare in hiſtoria,qua multa reconduntur, »
Scribetur aſinus pancratio uiciſſe »
Homines,cum prima & uigeſima »
Olimpiade uiſus eſt rudiſſe uictor. »

Eleganter admodum fabula hac declarantur uires corporis Athletici nihil ad humana munera pertinere: quibus ſi nihil cæteris Athletæ præſtant animalibus,quod aliud reliquũ erit in genere bonorum,quod iſti ſibi uĕdicent? nam nec,ſiquis bonum corporis uoluptatẽ ſtatuat, eius Athletis pars ulla tributa eſt,ſiue Athleticam exerceant,ſiue ab eadem ceſſarint. quandiu enim ſeſe exercent,tandiu in laboribus & miſeriis cernentur,nec icciteo tantum, quòd crebris fatigationibus rumpuntur, ſed etiam, ꝙ ui ſe cibis explent : cum uero exercitatione depoſita ſe in quietem receperunt, tunc pluribus corporis mutilatis membris conſpiciuntur. Sed eo fortaſſe ſe laudibus extollunt, quòd in congerendis opibus cæteros omnes ſuperant : quin potius eos omnes uidere eſt alieno ære obſtrictos, non modo dum ſuo utuntur ſtudio, ſed etiam dum ab eo dimiſſi quieſcunt:ut eorum neminem reperiri liceat diuitis familiæ œconomo quamuis ignobili locupletiorem. Sed nec hoc ipſum omnino ab eo genere ſtudii diteſcere, quod non artem, ſed exercitium appellamus,dignum eſſe putandum eſt:uerum eam artem tenere,quæ nuſquam artificem deſerat,ſed ei ſemper aſſiſtens,etiamſi in naufragium incidat,cum eo enatet : qua arte carere uidemus & qui res locupletum procurant,& qui publicani nuncupantur,quique mercaturam exercent, quanquam hi maxime diuitias ab exercitiis parant. at iidem uero ſi forte pecuniam amiſerint, exercitationes una perdant, neceſſe eſt. quandoquidem hæ forte aliqua egent,qua ſe ſuſtineant.quæ quandiu abeſt, tandiu renouari amiſſum exercitium nequit : nec G uero,qui eos fœneret,reperiunt quenquam,niſi pignoribus aut hypothecis oppoſitis. Quocirca, ſiquis ueſtrum ſtabilem certumq; quæſtum ſibi faciendum optat, eam artem tractandam ſuſcipiat,quæ,niſi artificis morte,finiatur.Cum artium igitur duo prima genera ſint,aliæ † ſnobiles,quæ in munere animi poſitæ ſunt, quas liberales uocant ‡ : altæ ignobiles, quæ labore corporis tractantur,quas * mechanicas appellant, ſatius exiſtimate debetis, ſi uos primo genere electo,aliquam ex liberalibus diſcatis: aliæ enim deſerere artificem in ſenectute ſolent.in primo genere ſunt Medicina,Rhetorica,Muſica, Geometria,Arithmetica, Computandi ſcientia,Aſtronomia,Grammatica, Legumq; peritia : quibus adde, ſi placet,Plaſticen, & picturam : nam, & ſi utraque opificis manu tractatur,neutra tamen uiribus iuuenilis corporis eget.Itaque ex hoc artium genere aliqua uobis ò adoleſcentes eligenda exercendaque eſt (niſi forte cui ingenium planè hebes ſit) imprimiſque Medendi ſcientia, quæ iudicio meo in eo genere præſtantiſſima eſt, quod deinceps indicabimus.

† λογικαί τε εἰσὶ καὶ σεμναί.

* βαναύσους τε καὶ χειρωνακτικάς.

GALENI SI QVIS OPTIMVS MEDICVS EST, EVNDEM ESSE PHILOSOPHVM

Ludouico Belliſario Medico Mutinenſi interprete

Quantum utilitatis ars diſſerendi, philoſophiaq́; cognitio medicis afferat.

VT Athletæ quamplurimi ſunt, qui uictoriam ferre ex olympiis optāt,
nullā tñ operā, ut id conſequantur, impendūt, ſic multis medicis euenire uidemus: qui, cum Hippocratē laudent, & in arte medēdi cęteris
anteponant, ipſi tñ oē aliud potius agūt, q̄ ut ei, quē pdicant, ſimiles
efficiantur. Ille.n. nō minimū eſſe, quod in medicinā aſtronomia cō ferat, admonet: & geometria.ſ.q̄ aſtronomiā pcedat, neceſſe eſt: me De aere, aq. & lo.cap. …
dici uero, q multi ſunt, ab harū utriuſq; ſtudio uſq; eò ipſi abhorrēt,
ut alios ēt, id conātes coarguāt. Ille idē naturā corporis, quā toti⁹ me
dicinę ordinis principiū ſtatuit, optime cognoſcēdā eſſe pcipit: at ii-
dē iſti in ea re ita ſtudiū ponūt, ut nō modo nullius ex partibus cor- De loc. in Homi ne nō procul ab initio.
C poris ſubſtam, aut formationē, aut magnitudinē, aut nexū, aut q̄ eſt cū ppinquis cōicatio, ſed ne
poſiturā qdē noſcāt. Idēq;, q p genera, ſpeciesq́; ignota ſit morborū diuiſio, iccirco medicis à
curādi ſcopis errare cōtingat, aīaduertit Hippocrates, cū nos ad rationalē cōtēplationē (Gręci
logicā uocāt,) adhortaẽ: nr̄ę uero ætatis medici ita ab eius ſtudio auerſi ſunt, ut eos ēt, q in ea re
operā cōſumāt, quaſi inutilia tentātes reprehēdant. Sic & ille idē Hippocrates ad pcognitionē
morborū, & q preterite, & qui pſentes, & qui futuri ægro corpori ſint, multā nobis parari opor 1. Progno. tex. 1. cl. 4 f. 189. c
tere prouidētiā admonuit: at iidē medici huic ēt artis parti uſq; adeo operā nauāt, ut ſiquis cur
ſum ſanguinis è naribus, aut ſudorē pdixerit, cū & magū, & admirabilia, cōtraq; opinionē omniū loquētē exclamēt: ut iidē iſti multo ēt minus, ſiqd aliud pdictū ſit, ſuſtineāt: multo minus
formā rōnis uict⁹ ad morbi futurū cōſiſtēdi uigorē cōſtituāt, quāq̄ eiuſmodi rōnē ciborū ha 1. Aphor. 9. Ext. or. fol. 4. g
bendā cenſet Hippocrates. Quid igitur reliquū eſt, in quo uirum ęmulanẽ? ſiquidem non in di-
cēdi grauitate, cuius laudē ille aſſecut⁹ eſt: hi uero ita ſunt ab ea uirtute remoti, ut eorū multos
uidere liceat bis uerbo in uno peccātes, qd ne īteligi qdē facile pōt. Quibus de rebus q̄rendā
cām putaui, ob q̄ iſti, quāq̄ oēs uirū admiranẽ, à lectione tñ eiuſdē ſcriptoris ſeſe auertāt: uel, ſi
quis eius ſcripta legit, nō tñ ea intelligat, q̄ ab auctore dñr: uel, ēt ſi intelligat, nō tñ ad eā ītelligentiā exercitationē adiūgat, ut diſciplinā cōfirmet, atq; ad habitū pducat, cōpertū hñs nos cā
D laudē, q̄ in quocūq; rerū genere ſumma eſt, uolūtate ſimul, & potētia cōſequi, ut, quiſquis earū
altera careat, eū à fine, quē expectat, fruſtrati neceſſe ſit. Etenim, ne ab Athletarū exēplo diſcedā, aut qa carēt innata corporis habilitate, aut quia ſine exercitatione id langueſcere ſinūt: iccirco, q optāt, id cōſcq nō poſſe uidemus. At illis iiſdē Athletis ſi corporis habitus dignus uictoria ſit, ſi exercitatio reprehēſione careat, qd eſt, q eos impedire poſſit, ne coronā è certamine ferāt? Nū igitur utriuſq; rei inopes nr̄i tpis medici ſunt, ut neq; facultatē, neq; uoluntatē ſatis dignā in artis ſtudiū cōferant? an cū alterā habeāt, altera carēt? Nunc igitur naſci neminē, q artis
capax tā humanę ſit, alienū à ratione mihi vr̄, cū mundus idē ſit, qui olim fuit, anni tpa eūdē or
dinē ſeruēt, Sol circuitus ſuos nulla ex parte mutatos pcurrat, deniq; quæq; ſtella ſiue fixa, ſiue
errās eandē oīno ſtat⁹ rōnē retineat. Verū rationabile eſt, tū pp malā educationē, qua tpibus
his utunẽ hoīes, tum pp diuitias uirtuti pppoſitas, uel qualis Phidias īter plaſtas, uel qualis inter
pictores Apelles, uel qualis inter medicos Hippocrates, talem hac ætate effici neminem, quanq̄
nobis, quibus poſt antiquos illos naſci contigit, & ab ijſdē artes plurimū pueĉtas accipere, non
paulo plus cōmodi ad artes ipſas datū eſt. Facillimū ergo erat nos ea, quæ ut inueniret, diu elaborauit Hippocrates, breui tpe edoctos, quod uitæ ſupererat, id in ijs, quæ arti deerāt, inueniē-
dis conſumere.

dis conſumere. At, quiſquis plus diuitiis, quàm virtuti, tribuit, artemq́; nõ de hominibus bene- E
merendi, ſed quæſtus gratia petit, cum non licet artis finẽ expetere. quem ſi expetimus, ante di-
teſcent alij, q̃ nos ad id, quod habemus animo, perueniamus: nõ enim ſimul poſſumus & pecu-
niam congerere, & arti tam magnæ operam dare: ſed, qui alteram uehemẽtius appetat, alteram
contemnat, neceſſe eſt. Quid igitur? an noſtris ſeculis quenquam memorare poſſumus, qui tãtũ
habere cupiat, quantum ſatis ſit ad uſum uitæ neceſſarium? an reperiri liceat, qui non uerbis tã-
tum effingere, ſed etiã propriis uitæ exemplis docere poſſit diuitiarum terminum, qui quidem
Foranus in uita Hipp. & in epiſt. ad Hiſtanidem. ſit ſecundum naturam, non vltra, q̃ ut fames, ſitis, frigus abſit, progredi? [ſed, ſi quis tñ eiuſmodi
eſt, is & Artaxerſis, & Perdicæ poteſtatem contemnet, nec unquam in conſpectum huius ibit:
huic uero ſic ægrotanti, ut Hippocratis artem deſideret, medebitur quidẽ, non tñ ſemper cum
eo eſſe uolet, ſed Cranonem, & Thaſum, aliaq́; ad oppida multa proficiſcetur, ut pauperibus his
De lege finem uerſ. locis ægrotãtibus curationes adhibeat.] Cois hominibus ciuibusq́; ſuis Polybum aliosq́; diſci-
pulos relinquet: ipſe Græciam peragrãns oẽm perquiret: nam cum ſcribere aliquid de natura lo
corũ oportet, quam ut, quemadmodum ratione didicit, ſic experimẽtis comprobet: cum urbes
intueri propriis oculis neceſſe eſt, nunc eam, q̃ uerſa ad meridiem eſt, nunc, quæ ad ſeptentrio-
nem, nunc q̃ ad Solis ortum, nunc quæ ad occaſum: cernere etiam, quæ humili loco, quæve ex- F
celſo poſita ſit: eam cõtemplari, q̃ aquis obnoxia, ſiue eæ littoribus maris ſuperfluãt, ſiue de fon
tibus ſcaturiant, ſiue de cœlo decidant, ſiue ex ſtagnis, fluuiisve redundenr, alluatur: uiſere eam
etiã, quæ ad magnum flumen, quæve ad ſtagnũ, q̃ ad mare, aut ad montes ſita eſt: quærere, ſi qua
algens aquis uehemẽter frigidis, ſi qua calidis utatur, & ſiqua nitroſis, aluminoſisve, aut ſiquæ
aliæ eius generis ſunt: ad ſummam, ne agam de ſingulis, cætera omnia conſiderare oportet, quæ
De aere, aq. & loc. c. 1. c. 2. c. 4 nos & ipſe Hippocrates edocuit. [Quas ob cauſas ſiquis talis futurus eſt, cũ nõ modo aſpernari
diuitias, ſed etiã ſummo labore, atq; induſtria uti neceſſe eſt: at non licet induſtriũ eſſe quemq̃,
qui ſe, aut uino obruat, aut cibis expleat, aut ueneri dedat: deniq; q pudẽdis, uẽtriq; indulgeat.
Ex quo efficitur, ut, ſiquis uerus medicus eſt, idem ſit, ut ueritatis, ſic ẽt temperantiæ amicus. il-
ludq́; intelligitur eũdem eſſe methodi rationalis ſtudioſum, ut morborũ quot genera ſint, ſpe-
ciesq́;, cognoſcat, utq́; in ſingulis illis quo pacto ſumẽda ſit indicatio remediorũ, intelligat, atq;
hac eadem methodo ipſam corporis naturã docemur, & q̃ ex primis conſtat elementis, quæ to-
ta inter ſe tẽperata ſunt: & quæ ex ſecundis cõpoſita eſt, quæ & ſenſibilia ſunt, & (vt eo nomine
utar) ſimilaria appellantur: & quæ tandẽ ex partibus organicis expletur. quinetiam & quæ uti-
litas ex omni harum partium genere, & quæ actio aĩalibus eſt, ex illa eadem methodo cognoſci G
mus: qñquidem & eas oportet non inexploratas negligere, ſed demonſtratione perceptas habe
re. Quid igitur? an aliquid iam reſtat, cur medicus non philoſophus ſit, is, inquam, medicus, qui
arti operam Hippocrate dignam impendat? ſi enim, ut corporis naturam cognoſcat, & morbo-
rum dr̃ias, & præſidiorum indicationes, cum rationalem contemplationem exercere oportet,
ut autem in harum rerum ſtudio induſtriam ponat, retineatq́;, diuitias contemnere & tempe-
rantia uti neceſſe eſt, hic iam oẽs philoſophiæ partes habebit, & quæ ad diſſerendi rationẽ, quã
logicam: & quæ ad rerum naturam, quam phyſicam: & quæ ad mores, quam ethicam Græci di
cunt, attinet. Nec uero timendum eſt, ne, qui pecuniam contemnat, & temperantiam ſeruet, is
turpe quicquam, aut uitioſum committat: quidquid. n. homines iniuſte audent, id aut auaritia
impellente, aut uoluptate præſtringente cõmittunt. ſic & reliquas uirtutes eundem hr̃e neceſſe
eſt: qñquidem omnes inter ſe connexæ ſunt: nec poteſt, qui unam haber, nõ cæteras oẽs ſtatim
hr̃e, tanquam ex uno ſune reuinctas. Si igitur, ut & artem primum intelligãt, & eandem deinde
exerceant, philoſophia medicis neceſſaria eſt, haud dubiũ relinquitur, quin, ſiquis medicus eſt,
idem omnino ſit & philoſophus. non. n. illud demonſtrationem deſiderare arbitror, ſiquis arte
medica probe uſurus ſit, ei opus philoſophia eſſe, cum non deſint, quos tam pecuniarũ cupidos H
ſæpe uideamus, ut uenefici, non medici ſint: artemq́; in contrarium ſcopo eiuſdem abuſum de-
torqueant. Num igi᷑ iam de noĩbus certabis, nugisq́; contendes, ut temperatum, continentem,
diuitias infra ſe ducentem, iuſtum debere eſſe medicum dicas, nõ tñ philoſophum? eundemq́;
corporum naturas cognoſcere, inſtr̃orum actiones, partium utilitates, morborum differentias,
curationumq́; indicationes, non tñ operam diſciplinæ rationali dediſſe? an rebus conceſſis te
contendere de ſolis nominibus pudebit? at ſero quidem, ſatius tñ, ut iam reſipiſcas, nec, ut gra-
culus, aut coruus de uocibus contendas, ſed in inquirenda rerum ueritate operam cõſumas: nõ
enim habes, cur ſutorem bonum aut textorem ſine diſciplina, & exercitatione quenquã effici
poſſe neges, iuſtum uero aliquem, aut temperantem, aut demonſtrationis peritum, aut rerũ na-
turam ſcientem repente apparere dicas, quanq̃ neq; doctoris eruditione, neq; ſui ipſius exerci
tatione ſit uſus. Itaq; ſi hoc impudẽtiæ eſt, illud hominis non de rebus, ſed de nominibus alter-
cantis, certe nos primũ ſtudium debemus in philoſophia conſumere, ſi ueri Hippocratis æmuli
eſſe uolumus, quod ſi fecerimus, nihil impediet, quo minus eo meliores efficiamur, nedum ſimi
les, ſi cognitis iis, quæ ab illo bene dicta ſunt, cætera, quæ arti deſunt, ipſi inueniamus.

GALENI DE SOPHISMATIS IN VERBO CONTINGENTIBVS.

Horatio Limano interprete

Sex modis Sophiſmata in dictione contingere, Ariſtotelis auctoritate. CAP. 1.

ARiſtoteles philoſophus, cum in libro de ſophiſtis elenchis, quaſi redar
gutionibus dixeris, cõſcriberet nobis, ſophiſmata quot modis in di-
ctione cõtingant, modos ipſos ſex eſſe ad hũc modum ponit: primũ
in æquiuocatione, in ambiguitate alterũ, tertiũ in accentu, quartũ in
compoſitione, quintũ in diuiſione, in dictionis figura ſextũ. Sophiſ-
ma in æquiuocatione uocat, ubi nomina in oratione poſita plura ſi-
gnificant, ut uenatus ſum canẽ: plura.n. hæc oratio ſignificat uitio uo
cis eius (canem.) Sophiſma uero in ambiguitate appellat, cum oratio
ipſa ex ſe tota duplicẽ ſenſum ſignificat, vt, hũc liceret capere me: in
qua oratione nihil anceps eſt ratione noĩum, ſed oratio ipſa, ut ora-
tio eſt, ſenſum in agendo, & patiendo confundit. Vitium uero ex accentu dicit, cũ culpa accen-
tus, qui nomen in diuerſas ſignificationes trahat, dubia orõ efficiť. vt ὄρος ἵστατο, hoc eſt mons, aut
C terminus ſtabat, ipſum.n. duplex propter duplicem accentum eſt, in principio poſitũ, aut ſubla-
tum. Sophiſma uero in cõpoſitione, & diuiſione, cũ ipſæ ſignificationis drĩam faciunt, ut Quin-
quaginta uirum centum ipſe reliquit Achilles. drĩa enim eſt uerbo, uirùm, aut compoſito cum
quinquaginta, aut à quinquaginta diuiſo. Secundum uero dictionis figuram, cũ aliud dictio ue-
re ſignificat, aliud uero ꝑꝑ ſpeciem, & figuram ſignificare uidetur, ut uerbum, audio: nam paſ-
ſionis eſt, cum actionis eſſe uideatur ꝑꝑ prolationem, ideſt figuram ſimilem ijs, quæ uerborum
actionis ſunt, ut curro, intelligo. trahet.n. ad utranque partem ſophiſticus homo: ad paſſionem,
qm̃ ita eſt: ad actionem, quia ita uidetur. His uero ſex enumeratis modis, deinceps oſtendit nul
lum eſſe ab eo prætermiſſum, neq; poſſe aliquod in uerbo ſophiſma, extra modos propoſitos ca
dere. Verba uero, quibus id oſtendit, hæc ſunt: Huius rei fides eſt, & ea, quæ per inductionẽ fit,
« & ſyllogiſmus, & ſialius aliquis ſumatur, & ꝙ tot modis, nominibus ijſdem, & orationibus non
« eandem rem ſignificamus. Ea igirur, quæ de inductione loquitur contextus pars manifeſta eſt. ſi
« enim ſingula in uerbo ſophiſmata percurras, ſumaſq;, nec ullum horum appareat, extra prædi-
ctos modos cadere, perſpicuum iam ita eſt nullum prætermiſſum eſſe modũ: quod uero ſequiť,
omnino obſcurum eſt, quid uelit: cum dicit: & ſyllogiſmus, & ſi alius aliquis ſumatur, & ꝙ tot
D modis, nominibus ijſdem, & orationibus non eandem rem ſignificamus, ſiquidem nec, quonã
modo alium aliquem ſumamus ſyllogiſmum, dictum eſt: id uero, & ꝙ tot modis, nominibus ijſ-
dem, & orationibus non eandẽ rem ſignificamus, ſyllogiſmi concluſioni magis ſimile eſt, quàm
ſyllogiſmo: conſueta uero eſt hæc huic philoſopho dicendi breuitas, & ueluti per ſigna expro-
mere multa, quia ad hos, qui iam audiuerant, ſcriberentur. Qui igitur eum expoſuerũt, alij hæc
in diligentiam ferre, quod decebat, ne tentarunt quidem: alij non conſecuti ſunt: nos uero ten-
temus non Ariſtotelis cauſa, neq; ut orationi eius opem feramus, ſed cauſa noſtra. philoſophi
enim eſt non ſolum ſumptis propoſitionibus ratiocinari, ut multorum mos eſt, ſed etiam cõclu
ſione poſita propoſitiones ipſas conſtruere,

Penes ipſum duplex omnia in dictione ſophiſmata accidere. CAP. 2.

QVoniam uero monſtrare propoſitum eſt, tot modis in uerbo ſophiſmata fieri, quæ penes ipſum duplex ſunt, quot modis Ariſtoteles dixit, patet duo hæc à nobis demonſtranda eſſe, alterum omnia in uerbo ſophiſmata, penes ipſum duplex eſſe; alterum tot eſſe numero penes ipſum duplex. perſpicuumq; illud omnibus eſt, omnia in uerbo ſophiſmata, ex uitio huius contingere neceſſe eſſe; hoc enim tanquam principium ſequentes ſophiſtæ capiunt imperitiores in ea re homines, neq; uitij conſcios. Si uero recte uolumus, quot in uerbo ſophiſmata con-

tingunt,

ſingunt,accipere,quot uitia ſunt,ſumendum eſt:quod cognoueris, ſi uirtutem ſumas unicã eſ- E
ſe,aut plures:error.n.à uirtute eſſe uitium uidetur.qua recte cognita, ſtatim hoc quoq; cogno-
ſcitur.Qm̃ uero,ut alibi demonſtratum eſt,ipſum bonum,uirtusq; in eo eſt, ad quod nata, aut
facta res eſt,ut hominis in uiuendo,gladij in ſcindendo,iccirco ad qđ nata, aut facta eſt dictio,
ſumendum eſt:manifeſtum uero eſt ad unum hoc,ut ſignificet.patet igitur in hoc & bonum, &
uitium eſſe.patet quoque ſolam è uirtutibus hanc in dictione eſſe per ſe: reliquas uero per acci
dens,extrinſecusq;eſſe,nec rei ipſius,ut congruitas, & apta literatio.hæ.n.& ſi quibuſdã ſe bo-
na oſtendant,non tñ ſe ſecundum rem habẽt: ſed perinde,ac ſi enſis manubrio eburneo ſit,aut
fucatus oculus:hæc etenim his extrinſeca ſunt:quæ uero ſunt per ſe, ea in ſcindendo, & in cer-
nendo ſunt.Si igiť uniuſcuiuſq; rei uirtus in eo eſt, ad quod nata res, aut facta eſt, hinc uirtutũ
numeri inuentio patet,quot ipſæ ſint. ſi.n.ad multa res genita ſit,plures illæ ſunt:ſi ad unũ,una
uirtus eſt.apparet ſanè dictio ad unum nata,hoc eſt ad ſignificandum.Si igitur bonum ipſum in
hoc poſitum eſt,hoc ipſum non ſignificare,aut non recte ſignificare,uitium erit.nã conſideran-
dum uidetur,an,quæ non ſignificat,ea dictio ſtatuenda ſit:non.n.tibicen is eſt, qui tibia non a-
ptus eſt ullo modo canere,nec malus igitur tibicen eſt.ſic nec dictio eſt,quæ nõ eſt ad ſignificã-
dum apta,quare nec uitiũ dictionis erit non ſignificatio. hoc uero ꝑtinus ſignum eſt ſolã eam F
quæ nũc à nobis dicta eſt,uirtutẽ eſſe dictionis per ſe:in quo.n.unaquæq; res eſſe habet,in hoc
ipſa uirtus eſt.dictio habet in ſignificãdo eſſe,eoq; corrupto neq; dictio eſt: igiť in hoc ipſo uir
tus eſt.quare hæc unà cũ ſignificatione deperditur,reliquæ uero propterea, ꝙ nõ ſecundum rẽ
ipſam ſunt,non impediuntur circa hanc eſſe,quæ non ſignificat,ut congruitas,& apta literatio.
Has ob res,quæ linguæ barbaræ ſunt,earum alteram meliorem altera dicimus,ut perſicã ęthio
pica,quanquam nihil nobis ſignificantem:cauſa uero eſt,quia potius uox eſt, quàm dictio.ſed,
& ſi uitium uideatur non ſignificatio,cum propter ſimilitudinẽ nominis decipiantur,patet non
propter hoc uitium ſophiſma contingere.quis.n.eſt,qui cõſentiat,aut quis eſt, qui proponat di
ctionem ſignificatione priuatam,& ignotam? Reſtat igitur, ut propterea contingat ſophiſma,
quia non recta ſignificatio ſit:hæc uero talis eſt, quia duplex.in hoc.n.ſolo dictio habet quidẽ,
ꝙ ſignificet,uerum non recte:canis.n.nomen aliquid ſignificat,non tñ hoc aliquid,neq; diffini-
tum quidquam,quod erat recte ſignificare.Illud uero recte à Platone dicitur,quęcunq; proprio
uitio corrupta ſunt,horum omniũ dictionem corrumpit: ducit enim in obſcuram ſignificatio-
nem quodam modo,ſed non ſimpliciter,ut ea faciunt,quæ nihil ſignificant: obſcura uero ſigni
ficatio prius dicta eſt perfecta eſſe dictionis corruptio: quapropter ſolum uitium eſt ipſum du- G
plex:niſi quis ea quoq; uitia putet,defectum,longitudinem,ſuperfluitatem dicendi.latere autẽ
hunc arbitror deceptum,& ignarum,nullum horum eſſe ſimpliciter dictionis malum, niſi ob-
ſcuritatem,aut duplicitatem efficiat:ſi uero ſolum hoc dictionis uitium eſt, & recte ſupra dictũ
eſt omnia,quæ in uerbo ſophiſmata ſunt,ex eius uitio fieri,propter ipſum duplex erunt omnia,
quæ in uerbo ſophiſmata contingunt.

Ipſum duplex ſex tantum modis in dictione fieri. Quid ſit oratio. *CAP. 3.*

POſt uero demõſtrandum eſt, propter quid tot modis ipſum duplex accidat, quot Ariſtote-
les ſcribit:id uero ſi uere inueniri debet,ſumendum prius eſt,quid ſit oratio,& ex orationi-
bus orationem eſſe, etenim & ipſæ propoſitiones orationes ſunt:harum alicui, aut aliquibus q̃
rimus ipſum duplex.Oratio ſanè erit,quod in præſenti dicere ſat eſt,nominũ compoſitio:uoco
uero nomina,& ſi uerba ſint,ſignificentq; utcũq; aliquid,propterea, ꝙ ſic notius uocabulũ eſt.
neceſſe eſt ipſum duplex aut in aliquo horum nominum eſſe,aut in oratione ipſa: non enim ha
bemus,quomodo tertium aliquid conſtituatur:quemadmodũ neq; in lapidibus pręter aut ſin-
gulos ſeorſum, aut illorũ ſimul cõpoſitionem, eãq; aut actu,aut potentia,aut apparentia,nihil
aliquis excogitare poteſt:pręter hæc enim nihil eſt,quod eſſe aut dici quſpiam inueniat,ut alibi H
demonſtratum eſt.Omnia uero hæc comprehendentes modi pręd icti habent.Ipſum enim actu
duplex modus habet,& qui ſecundum æquiuocationem eſt,&,qui ſecundũ ambiguitatem:ſed
in nomine duplicitatem is habet, qui ſecundum æquiuocationem eſt: in oratione,qui ſecundũ
ambiguitatem:actu uero eſſe dicuntur,quoniam re uera res duas ſignificant. Potentia uero,dũ
accentu duplices fiunt, compoſitioneq; & diuiſione: hi enim non plura ſignificant,ſed prorſus
unũ:propterea uero,ꝙ ad utrunq; uerti licet,duplices dicuntur:quare hos potentia dicimus:ta
le.n.eſt hoc ipſum potentia eſſe.Id ipſum uero rurſus (ut ſupra quoq; diuiſum,eſt)uel in nomi-
nibus,uel oratione eſt:in nominibus accentus duplicitatem efficit: trahit enim ad utranq; par-
tem nomẽ accẽtus, ut in oratione hoc ὄρος ἵσταν,hoc eſt mons terminus ſtabat,accentus aſpira-
tus facit, in principio cũ aut ponitur, aut abeſt. In oratione uero cõpoſitio, & diuiſio duplici-
tatem facit:in cõpoſitis quoq; nominibus eandem facere poteſt,quia orationi ſimilia ſunt,ut in
nomine Neapolis,& καλὸς κἀγαθός.i.probus, mutaret ea quis loco ſimpliciũ non in nomen (hoc
enim ſolus accẽtus facit)ſed in orationẽ,ut in hac uoce αὐλητρίς.i.tibicina,ſicut rurſus & ipſam
orationẽ in nomen cõponeret,ut in propoſito noĩe eſt. uidebitur autem nihilo minus abſurdũ
fortaſſis id,ꝙ propter acccentum,cõpoſitioneq;, & diuiſionẽ ſophiſmata contingere dicamus:

ſiquidem

A ſiquidem hæc propter ipſum duplex (vt ſupra dictum eſt) contingunt:accẽtus verò,& quę eius
generis ſunt,ipſum duplex ijs,quæ facultate duplicia ſunt,eripiunt:etenim,vt hęc alterum ſigni
ficent,efficiunt:ſed tñ nihilo minus vere dicuntur propter hæc ſophiſmata contingere : quia.n:
oratio per eadẽ hæc ipſum duplex accipit,alterum in principio ſophiſtæ ſumunt ; alterum con-
cludunt,orationem per ea ipſa mutantes(prorſus enim non aliter ſophiſma cõtingeret)ratioci-
nantes verò tanquam idem accipientes:quale eſt,vnum quid rationale nomen eſt: propriũ ho-
minis eſt ipſum rationale:igitur vnũ propriũ hominis eſt,Pręterea ſi ὅρος, hoc eſt terminus,hic
ſtabat,is,qui agros ſeparat,ὄρος aũt,hoc eſt mons,hic non ſtabat:ſed neminẽ lateret id., quod ſie
adulterinum eſt;verum vt vbiq; ẽt ad minimũ apta oratio ſit,ſophiſtę ſtudent:nã & in ijs,ꝗ actu
duplicia ſunt,hi illud idem faciunt,vt aliud ſumentes,aliud concludentes ratiocinentur: ſed ibi
obſcurius,qm̃ quicquid ſignificet ſermo,ipſi ſibi cõſentiat:hic verò manifeſte: quare ſuis nomi
nibus,& orationibus Ariſtoteles dixit:Etenim ij ſophiſtæ ſunt,qui ſpeciẽ violant.Cum iam ha-
beamus id ipſum,quod actu dicitur,itemq; quod potentia : quod reliquum eſt,ad apparentiam
attinet:quæ ſm̃ figuram dictionis eſt,vt eſt ſupra dictum:oſtenditur.n.ipſum nomen,ſimiliterq;
oratio,non aliud duplex adeo habere,nec in ſingulis,quæ prædicta ſunt. adeo quis exempla ex
B Eudemo,ex alijs ve caperet.Cum igitur iam collectos modos oẽs habeamus, quibus duplex ip-
ſum fieri poſſit,habemus oĩa in dictione cõtingentia ſophiſmata:hæc enim penes ipſum duplex
ſunt:ſequitur verò id,ꝗ tot modis nominibus ipſis, & orationibus , non eandem rem ſignifica-
mus:nam aut actu,aut potentia,aut apparentia id facimus:manifeſtũ verò eſt & ſyllogiſmi mo-
dum,modo habita diuiſio ſit,fieri poſſe,vtrũuis quis eligat,aut è directo , aut ad impoſſibile du-
centem:ſi enim poſſibile eſt alium haberi modum,is erit,neque in nomine,neq; in oratione,neq;
actu,neq; potentia,neq; apparentia. præter hęc autem nihil ſermo oſtendit: ſm̃ igitur ipſum diſ-
finitum ſit in hunc modum:ꝗ verò non ex eius diuiſione inuenimus , (non enim ad Ariſtotelis
gratiam nunc ſcribimus,ſed omnia hæc methodo ſcripta ſunt)perſpicuum eſt:nam aut in nomi
ne,aut in oratione ipſum duplex eſſe oportere aperte ipſe dixit,cum ſcribit,ꝗ ipſis nominibus,
& orationibus:ipſum verò actu eſſe,aut potentia,aut apparentia notum ex ipſo ordine eſt:ſcri-
pta igitur ſeparatim ſunt in ſingulis generibus,quæ eiuſdem ſunt generis, primaq;, quæ ad actũ
attinent : ſecunda , quæ ad potentiam : tertio loco, quæ ad apparentiam, vt decuit:aut cur hæc
non fuere confuſa ? ſed fortaſſe ridiculum eſt his fidem aliam afferre conari,quàm eam,quę a re
deducitur:etenim ſi ſic ſe habent,vt Ars,qualis Medicina eſt,artiſq; ſunt, diuiſionem vllam for
C tuito, aut caſu factam non reciperent : ſed de his ſatis hæc in præſenti ſint.

Ambiguitatis,& reliquorum ſophiſmatum modi. *CAP. 4.*

DIctum quoq; a Stoicis aliquid eſt de partitionis dignitate,noſſe,ſiquis modus extra propo-
ſitos cadat,tentantibus:erit enim inductio fides hęc. Et aliàs æquum eſt nullam probatorũ
virorum opinionẽ obiter ponere : ambiguitatis igitur definitionẽ, quanquam cũ multis noſtris
pugnare videtur,in præſentia tñ præteribimus:de his enim conſiderare alterius negocij eſt:quę
verò ambiguitates dicũtur,harum differentiæ ſumendæ ſunt. Sunt quidẽ apud grauiores viros
numero octo.Vna eſt,quam cõmunem ei,quod dictum eſt,& diuiſibili nominãt, qualis eſt,quæ
αὐλητρὶς,i.tibicina,†nominis eſt,atq; eius,quod dictũ eſt . Altera, quæ in ſimplicibus eſt,vt viri- † Addunt aũd qui cod. πῶς ὄντα. αὐτὸ γὰρ ἂν τι τῷ τε αὐλητρίς, puella exiſtẽs, cõmunis enim hæc & ipſius αὐλητρίς.
lis:aut enim tunica,aut homo. Tertia verò ad ipſam in cõpoſitis æquiuocationẽ attinet , vt ho-
mo eſt:ambiguus enim ſermo eſt,vtrũ ſubſtantiam,an caſum eſſe ſignificat . Quarta ex defectu
eſt,vt tui eſt:deeſt enim quod ad mediũ locũ attinet,vt domini,aut patris. Quinta ex ſuperabũ-
dantia,quale eſt,ei,vt nõ nauigaret,denegauit:adiecta enim ea negatio/non/ambiguam oratio-
nem facit,vtrum nauigare negauit,an non nauigare.Sextam eſſe dicunt eam, quæ haud notum
facit,quæ cũ qua ſignificatione carens pars,ordinata ſit,vt illud eſt,& nunc & non appulit; pars
D enim ea/non/diſiunctiua eſſe poteſt . Septima eſt,quę ignotum reliquit,quæ cum qua ſignifica-
tiua pars conſtructa ſit,quale eſt . Quinquaginta virum centũ ipſe reliquit Achilles.Octaua eſt,
quæ nõ declarat,quid ad quid referatur,quale eſt,Dion Theon eſt:incertum enim eſt, vtrum ad
vtriuſq; exiſtentiam verbum/eſt/referatur,an ad id,vt Dion ſit Theon:aut cõtra.Hi ſunt a gra-
uioribus viris numerati modi.Quicunq; verò non obiter,quæ ſupra dicta ſunt,audiuit,manife-
ſtum eſt ei , eos oẽs in hos cadere modos, qui a nobis numerati ſunt ; carereq; methodo & arte
perſpicuum eſt:neq; enim ex ijs,ꝗ dicta ſunt,demonſtrationem quis caperet,vt nullu alius mo
dus ambiguus cõſtitui poſſit:in connexiſq; æquiuocationem cõtingere dicere, hominis eſt no-
men non audientis : non ineptum verò eſt generalibus differentijs ſpeciales enumerare , vt ea,
quæ ad diuiſionem attinet,per partem ſignificatione carentem,& per ſignificantem diuidatur :
ſic enim quis ſpeciales differentias plures acciperet: quin etiam ad hunc modũ quis æquiuoca-
tionis differẽtias ſpeciales dictas plures faceret:quia ille ſecundũ id,quod a fortuna:hę verò ſe-
cundum analogiam,aut ſimilitudinem,aut aliud aliquem modum cõſtituantur:quin & ęquiuo-
cationis eius,quã ipſi in oratione dicũt,plures modi caſibus ſimilibus appoſitis fiunt,quale illud
eſt,futurum eſt Socratẽ vincere:cęteri verò modi minores ſunt. Id verò dubitatione dignũ eſt,
quo modo,quæ ad apparentiã attinent,duplicia ſunt;magiſq; quo modo,quę ad accentum;qui

enim

enim ſecundum compoſitionem duplex ponunt, quo modo non ſecundum accentum? vt illa per continuationem totius, & per ſilentium ad ipſum duplex trahi poteſt, ſic ipſum nomen per accentum: quemadmodum orationis extrinſecum, inane tempus cum ſit, nec eius pars, eam tamen facere duplicem poteſt, ſic accentus quoque: itemq; ſophiſtæ vt eo, ſic hoc ad cōtentiones vtuntur: & quis ſecum cogitans, quemadmodum ſecundum compoſitionem, & diuiſionem cōtendunt, ſic ſecundum etiam accentum idem fieri poſſe cognoſcet. Manifeſtum verò in ſcriptis orationibus eſt, cum non adiecta ſunt diuidentia puncta: vt enim his egent ad diuiſionem, ſic accentu quoque, non ſemper tamen, & propter hunc duplex oratio fuerit. B

GALENO ASCRIPTVS LIBER
QVOD QVALITATES INCORPOREÆ SINT.

Horatio Limano interprete.

Nunc diligentiùs emendatus.

Qualitates, reliquaque accidentia perperam a Stoicis corpora appellari. CAP. I. G

CVm nihil è rebus meis ignotum tibi velim, ne ſi id quidem minimum eſſe videatur (hoc ipſum enim abſcondere aliquid amico, non minimum eſt) exponere tibi volo diſputationem mihi cum quodā, ea, qua licuit, diligentia habitam: ſermo enim, qui ex improuiſo habetur, diligētia caret, præſertim ſi, cū quibus is habetur, ij ambitioſi, contentioſiq; ſint. Erat verò de qualitatibus ſermo, deq; accidētibus omnibus, quæ Stoicorum iuniores eſſe corpora dicunt. Aduerſus quos dicere hæc oportet: an nō cum quiſpiam corpus dicit, ſtatim intelligere nos euenit, triplici contentam ſpatio ſubſtantiam renitentem: ſi ſolū hoc dicat triplici contētam ſpatio, non erit, vt corpus magis intelligamus id, quod dicitur, quàm vacuum, & locum: oportet verò diffinitiones ipſas, & deſcriptiones; logicasq; declarationes quorundam eſſe, & earum ſolum rerum declaratiuas, quas declarare volumus, non cum alijs rebus communes: quandoquidem non de communibus rationem reddimus: patet verò hoc eſſe commune, quod triplici ſpatio contentum dico, corporis, vacuiq; & loci: id Stoicos fateri neceſſe eſt, vtpote qui vacuum ipſum in tractatu rerum naturæ reliquerunt: H quamuis id in mundo eſſe negent: cæteros verò philoſophos intelligere id omnino neceſſe eſt: quo modo enim vacui naturam negarent, † niſi ipſum vniuerſum vnum intelligerent? ſi verò intelligunt, non aliud quicquàm intelligere dicent (ſi verum fateri volunt omnes) corpus: quēadmodum non ſine tempore patet, neque id ſine loco, & hoc ipſo quoque triplici contento ſpatio, vt in ſe ipſum rem triplici contentam ſpatio ſuſcipiat: eius rei teſtis eſt ſenſibilium vnumquodque corporum: quod enim, verbi gratia, cubitali longitudine corpus eſt, palmumq; latitudine ęquat, altitudine verò digitos quatuor, loco eget, qui ipſum capiat, ſibi proportione reſpōdente: hoc nobis ſtatutum ſit, & de ratione corporis omnis ſpeculandum.

† Alex antiquis, ſi neque ipſum omnino mente conciperent, ac intelligerent.

Qualitates non eſſe corpora, alioqui corpus corpori accidere. CAP. 2.

CVm talis verò de corpore intelligētia ſit, & ſm hāc oratio diffinitiua, patet quēq; eſſe fateri paratū, niſi litigioſus ſit, nō eandē rationē accipere, neq; intelligentiā, nec horū ſingula, i. ſpatiorū trium ęqualē naturā habere, neq; eandē definitionē accipere, neq; * totū corpus dicere licet ipſam corporis longitudinē niſi per connexionē, ſed corporis accidēs: ſimilis verò in latitudine, altitudineq;, & grauitate, & figura rō eſt, & in reliquis, vt ſummatim dicā, qualitatibus accidentibusq;, ſed ſecundū aliquos, non ſine corpore hæc eſſe, neq; intelligi: ꝙ ſi conſideraueri-

** omnino.*

mus

A mus horã vnã oĩa facere, ꝓlõgare, & nihil aliud eſſe dicere, q̃ vnũ ſolũ corpus, erit ꝑfecto ab-
ſurdũ: innumeræ.n.ſunt ſubſtantiatũ naturæ ſecũdũ proprietatẽ, & qualitatũ, accidẽtiũq;, quæ
inter ſe differũt, variaq; ſunt, & cõtraria. In his igiť nullũ alteri idẽ dicamus, vbi nobis ſermo de
dñia habeť: itẽq;, ſi figuram corpori accidẽtẽ corpus dicemus, patet nos corpus corpori accide
re dicturos, qđ abſurdũ eſt: qđ.n.eorũ ſubſtãtiã magis, quodve accidẽs dicemus? Si uero vnicũ
habemus intellectũ corporis, vt corporis, q̃ figurã corpus dicit, aut uacuũ intellectu nomen de
accidẽte ꝓfert, aut vniuoce cũ corpore nominat, vtrũq; vero abſurdũ eſt: etenim ſignificat ali-
q̃d, quamobrẽ nomẽ eſt, & intellectũ aliquẽ indicat à corpore diuerſum, & ſi nõ eſt à figura ſe-
parabile corpus. Similis in reliq̃s accidẽtibus rõ eſt, coloribus, ſaporibusq;, & q̃ ad olſactũ atti-
nẽt, & q̃ ad auditũ, hæ uoces ſunt, uerba, ſibili, ſtridores, popyſmi, gemitus, crepitus, rhochaſmi,
bombi, ſoni, ſtrepitus. Si uero q̃ſpiã dicat ipſa hæc, &, quę talia ſunt, oĩa eſſe quodãmodo ꝑcuſ-
" ſum aerẽ, huic illud Menãdri obijcere fas eſt. Hæc ò nequã ꝑdidit id, q̄ nõ ſine corpore tale ali-
" q̃d intelligitur. Quod ego quoq; cõfiteor: nego tñ rem habẽ,ẽ, vnã & eãdẽ habitę rei exiſtimã-
dũ eſſe. neq;.n. Cleãthes tuberculũ erat, cũ hoc ei cõtigiſſet in morbo: neq; Chryſippus, itemq;
Epicurus vrinæ ſubſtillũ, poſtq̃ cõtigit his ex hoc morbo vitã auerti. neq; igť aeris ꝑcuſſio, aer
B eſt, ſed & natura differt, & intellectu, & definitione, quid ſit horum utrunq; declarãte. Quòd ue-
ro diuerſæ ſint inter ſe, & à corpore figuræ, petã in præſenti teſtes ad hũc ſermonẽ. Aliã geome
træ circulo, cæteriſq; figuris definitionẽ reddũt, aliã corpori, quarũ rerũ diuerſæ rõnes ſunt, ſi-
gnificationeſq;, longeq; magis animi cõceptus. hæc omnia quomodo unũ eſſe quis ſapiẽter di-
cet? vel, ſi, quæ corpori accidũt, corpora dicemus, quorũ alicui accidere dicemus? vtrũ hæc ex
ijs ſunt, quæ ab omnibus corpora nominari ſolẽt, cũ oĩbus his cõicatione, aut ſingillatim corpo
ribus? vtrũq;.n. abſurdũ eſt, ſiue hæc corporeã ſubſtãtiã habeãt, ſiue dicantur corpori accidere.
Si igitur corpora accidẽtia ſunt, omnia entia corpora nominaremus, nõ aũt alia accidẽtia, alia
corpora: ſi uero nõ corpora, ſed aliqua alia, nõ igitur ipſum accidẽs corpus eſt. vel ſi, cũ omnia
hæc corpora ſint, his ipſis, quod uere ab omnibus corpus uocari conſueuit, accideret: id uero ſi-
militer dixeris, atq; illud audiueris, ſi indiuiſibile manere omnibus his accidere dicatur, non in
æquales numeros diuiſis: hoc.n nec aliquid tẽporis ſine dubitatione mãſit, ne minimũ quidẽ.

Corpora non poſſe accidentibus accidere, & abſurda, quæ hinc ſequantur. CAP. 3.

Contra quidã exiſtẽtibus rebus accidere dicũt. q̄ ſi q̃s hoc, vt abſurdũ fugiẽs, ęquali nume-
ro dicat uocatis accidẽtibus (q̃ & ipſa corpora uocat) ſubſtãtiã accidere, neſcit ſe rerũ natu
C rã, cõceptũq; immutare, ſi corpora accidẽtia dicat, corpusq; accidẽtibus accidere, accidensq;
corporibus corpus faciat. Quare, & iure dubitare quempiã dico, & dicere oportere, ſiue æquali
numero accidẽtibus diuiſum ſit id, quod dici corpus ſolet, ſingulis horũ ꝓpriũ quoddã accidit,
alia corporis pars, alij accidẽtis parti accidet: aut, ſi accidentia corpora ſunt, oẽ uero corpus in
infinitũ diuidiť, ſingula horũ infinitorũ corporũ oĩbus aliis accidẽtibus. cũ hęc quoq; corpora-
ta ſint, accidẽt. Cõſidera, q̃ multa abſurda eueniũt: corpus corpori accidet, idẽq; cũ vnũ puteť,
infinitis: ſimulq; & totũ, & nõ totũ: totũ q̃dẽ, ſi uniuerſa figura, rotũditaſq; mali, quãta eſt, oĩ-
bus alijs, q̃ malo accidũt, accidat: nõ totũ uero, ſi ex infinitis mẽbris ſingula nõ eadẽ ei ſunt, ex
quo diſſecta ſunt: vel ſi corpus mali corpus eſt, & figura, colorq;, & odor, & guſtatũ ſpectans ſa-
por, & unũquodq; horũ in infinitũ ſcindiť per ſe, an nõ ex infinitis malis cõpoſitũ erit, quorum
vnũquodq;, & rotũdũ erit nõ aliter, q̃ totũ malũ? ſiquidẽ eiuſdẽ particeps eſt figuræ, pallidũq;,
dulceq; verbi cauſa, aut auſterũ, taleq; ad olſactũ eſt. & rurſus ſingulę infinitę partes malũ erũt,
ſi omnia hæc habent. ex infinitis igiť corporibus, & potius malis cõpoſitũ erit, qđ oculis malũ
elucet. quę res multis modis ridicula eſt. Verũ ſanè, & partiũ unaquæq; rotũditatẽ nõ habẽs, nõ
D erit amplius malum, ſed pars mali, cũ figura.n. rotũda erat malũ. ſi uero unũ malũ ſolũ eſt, ex u-
nica corporea ſubſtãtia, multis uero diuerſis accidẽtib⁹ cõſtabit, an nõ manifeſtũ eſt nullũ cor-
pus eſſe? vtrũ horũ ſingulũ propriũ locũ obtinet, an oĩa eũdẽ? ſi ꝓpriũ, patet neq; proprietatẽ,
qualitatẽq; inter ſe habere mutuo cõicatã, neq; malũ eſſe in rotundũ formatũ, neq; pallore co-
loratũ, neq; ad guſtũ ſe certo modo, aut ad olfactũ habere. ſi uero ſimul omnia ſunt, & unũ locũ
occupãt, proprietatũ confuſio eſt, ut in cõpoſitis, miſtiſq; è pluribus, & diuerſis generibus* me- ** εἰδῶν. i. ſpeciebus in impreſſis, in antiquis autẽ ὑλῶν i. materijs.*
dicamẽtis, in quibus ꝓprietas, qualitaſq; uniuſcuiuſq; miſtæ materiæ ſyncera nõ ſeruatur, ſed
vnum quoddã undiq; fit. non igitur ſyncera eſt ſingulorũ cognitio generũ, huius rotundæ mali
figuræ, coloris huius, & ſingulorum accidentium cæterorũ: itẽq; magis, niſi appoſitę inter ſe tã-
gant hæ partes, ſed per totas totæ miſtæ ſint, propria uniuſcuiuſq; qualitas perit, ſed neq; miſtio
nẽ licet hanc proprie dicere. quomodo.n. ſi per ſe proprietates aliquæ unitæ nõ ſunt, atq; detẽ-
tæ, hæc miſta dicẽda ſunt? Ipſum uero infinitum intendiť orationis, ſi & lõgitudo corporis cor-
pus eſt, ſi latitudo, & profunditas: ſimul n. infinitę, inquam, erunt corporũ infinitudines in breui
loco ad ſenſum circũſcripto: itemq; multorũ horũ, magiſq; infinitorum corporum multitudo.

Si accidẽtia eſſent corpora, ſequeretur corpora corporib⁹ ſubito cedere, & itẽ alia incõmoda multa. C. 4.

AN igť ſempiterna, quoq; ſubſtãtiã primã qualitate carẽtẽ amplius dicẽt, ex qua, & mũdũ
ipſum, & unãquãq; ſpeciẽ particularẽ factã eſſe dũt? an è tẽpore quodã facta eſt, & omnia

in idē cōuenerunt, vt ex cooperatione ſyncrimata(hoc eſt res compoſitæ)fiāt?verū hoc quoq; E
maxime abſurdum eſſe dicimus,idēq; multis modis:primū, ꝙ non vnius eſſe materiæ corpora
videnſ:multæ aūt infinitæq; differētiæ cōis ſubſtātiæ ſunt, alia ꝗdē figurarū ſpecie infinitarū :
alia vero coloris,huiuſq; innumeri ſecūdū ſpeciē:alia ſaporis guſtatū ſpectātis,cuius rurſus in
terminata dſia eſt:alia vero eius eſt,ꝗ ad olfactū attinet, cū hic quoq; varietatē plurimā hēat :
infinitæ igiſ erūt in ipſis infinitudines,& differētiæ qualitatū corporatarū:vna aūt erat,ꝗ facta
eſt,quā ſuꝑ īcertas.ſ.partiri oportet:quāq̄ ꝗ neceſſitas eſt,vt corporeę fiāt?anteuertūt ſanè cor
pus eſſe ſubſtātiæq; ꝗdā factæ,ſingulaq; corporū horū in infinitū ſi ſecenſ, qūo infinitudines ī-
finitæ cōcurrēt,& quādo?ipſum.n.infinitum pertrāſiri nō poteſt,& lumē corpus eſt,& albedo,
calorq;:omne vero corpus quotum eſt,& quantum, & coaugeſcētem naturam in ſe habere ui-
demus:incaleſcenſq; à ſole aqua cumulatior maiorq; fit, vt maiori loco egeat : quomodo uero
in anguſtum locū nec milij,uerbi gratia,corpus excedētē, figuratio reliquorūq; accidentiū ſin
gula cōueniūt?ſimulq; ſpirare,& ab æterno,neq; mutari deberēt in uniuerſum,neq; corrūpi:ip
ſum.n.æternū īmutabile eſt,quales ſunt Deorū naturę:ſi uero hoc uerū eſt,quomō aliquā trāſ-
formabimus,uerbi gratia,cerā?ꝗdq; fiet,ſi,cū quadrāgula ſit,rotūdā eā efficiamus?an ſubſtan-
tiæ figura quadrāgularis erat?ſi.n.ſubſtātiæ ceræ ante erat,nūc rotunditas eſt, uñ hæc uenit?& F
qua cā inducta tū eſt?ſi per corpus,abſurdū.i.corpus.n.per corpus ire,cogitationē fugit:ſiqs re
nitētiā inſtituat,id ꝓpriū corporis eſt,ut de hoc tō ꝑcipue docer: ſi per uacuū , abſurdū nihilo-
minus eſt,tū qm̄ nihil eſſe in mūdo Stoici uacuū dicūt,tū ēt ꝗa rotūditas eſt corpus, & reliqua
hēt accidētia,& figurā:quæ & ipſa rurſus ex altera corporata figura,fore,ut ſit,patet, & illa ex
altera,& hoc in infinitū:& ſi ex rotūdis,ꝗ in infinitū ſecanſ , figuris aggregatū hoc uiſui noſtro
rotundū factum cōſtat,fabulā conſidera,quantaq; figmētū hoc infinita* ſequūtur:ſi nō ex rotū-
dis,quomō ex his aliquid rotundum fit?ridiculum quoq; eſt,ſi dicas in figuras rotundas figurā
rotundam diuidi,eo cōtra id teſte adhibito,ꝙ quadrangulum in quadrangula nō diuiditur: ꝗd
uero in transfiguratione ceræ dicent? utrū inter ſe cedunt unà cū intellectu diuerſorū corporū
figurationes?& quomodo non ridiculū tanquā animatas,& rōnales ſubſtātias exire , cedereq;
inter ſe,ceu è cōſtituto:magiſq; infinitum* etiā fit,quod dicitur,ſi porrigimus unà cum cogita-
tione digitos,& cōtrahimus:ſi.n.non accidens eſt pugnus,neq; porrectio,ſed in corporea, infi-
nitas ſimul figuratas figurationes abſcedere accedereq; dicere oportet : ꝙ ſi duas ſolas eſſe di-
cas,nec numero æquales ſecūdum porrectiones,& cōtractiones,adhuc uarie infinitū* eſt,quod
dicitur,adhucq; magis* infinitum,niſi cōtractionis,porrectioniſq; figurationes accedāt: ſed al- G
tera ex manu altera defluit:oportebat.n.momento tēporis ordinē diſſolui , inter ſe latenter ab
hoc cedentibus corporibus.Ad hoc uero dicēt;ſi quidem cōmunitatis cauſa ſunt effectitia cor-
pora,quonam pacto acetum fiat?quomodo uero incoctionem parat? quomodo abit? unde ue-
niunt effectitia qualitatis aceti corpora ? ſi uero una res cum uino erat , quomodo tunc uinum
erat, & non acetum ? Signum quædam ex utroque tertia qualitas eſt,quæ neque uinum,neque
acetum eſt,ſiue per miſtionem temperatura eſt,ſiue per appoſitionem .

* ἄτοπα. ſunt tamen qui legendum putēt ἄπορα,id eſt dubia,ſeu difficilia. & ſic inferius.

Abſurda pleraque circa primam materiam contingere,ſi detur qualitates eſſe corpora. CAP. 5.

AD ea,ꝗ abſurda dixi,nihilominus ēt dicere oportet ſubſtātiā eſſe è multis,uarijſq;, & dif-
ferētibus,atq; cōtrarijs,infinitiſq;.aut ſolis nō infinitis numero ſyncriſibus(.i.cōcretioni-
bus cōpoſita,itēq; ī infinitas rurſus ſyncriſes diuiſam,unā hāc quādā,ꝗ cerniſ,uerbi gratia,ma
li naturā,quā Stoici primā materiā,primāq; ſubſtātiā dn̄t,ex qua mūdū,ac ī eo rerū unāquāq;
ſemꝑ factā eſſe aſſerūt,quēadmodū qualitates corpus erāt,qūo nō erat hęc quoq; qualitas?ſiq-
dē qualitatē habebat:ſi alias qualitates nō habebat ſcilicet,oīno ineſſet pōdꝰ, qđ corporis eſſe
dicunt:quomō ſimplicē ēt primā ſubſtātiā dicunt,non aūt cōpoſitā? Si uero terminatā eſſe di-
cunt,terminiſq; utentē,patet huic figurā eſſe:abſurdū.n.eſt proprijs circumſcriptum terminis H
corpus nō ſecūdū figurā oīno eē:& ſi nō mēte cōciperenſ hoc ipſum ſecundū ſuppoſitionē:qua
re,ſi nouerūt hic oīa,hæc uero ſunt(ut dn̄t hi)corpora,neq; qualitatis expers ſcilicet,neq; ſim-
plex erat:uerū multorū,& diuerſorū corporū conuentus erat,atq; ſyncrima:ſic uero nihil non
miſtū erat ſecūdū ipſos:ſin aūt nihil horū habebat,primū ꝗdē aīo incōprehēſibile, & ꝑter no-
mē nihil eſt:ſi.n.tale eſſe nō oportet,nihil eſt:ſi quale,nō aūt dimenſiones tres habere , & figu-
ras,oīno huic accidēs propriū cogitationē fugit,neq; graue hoc eſſe,neq; leue.Nō minus abſur
dum,ſi quiſpiā dicat hoc habere ſimul utrunq;,& ſecundū eadē,non ad diuerſa cōparatū:neq;
illa ſubſtantiam habente eorū,quæ ab ipſa(ut inquiunt)facta ſunt, cū ſingula quatuor qualita-
tē prima habeant:rationabilius.n.eſt,ſi qualitatis expers erat,quæ ex ea fiunt,finguntur q; , illā
(non)habere:ſi uero nec illa hanc haberent,neq; unū ſecūdū ſuppoſitionem ſunt,ætherius ue-
ro ignis ille eſſet,à quo & elementa,& mundum facta eſſe dicunt,quo modo hæc ſeſe habent ge
nita effectaque,& ficta,non magis auri qualitatem figulus üs,quæ è luto fingit , circumponet .

Quæ abſurda in ipſum Iouem cadāt,ſi accidētia corpora ſint : vt videlicet ſit Proteo mutabilior. Cap.6.

MEdicus igitur auctor unus de multis medicamentis æquam qualitatem omnibus ha-
bentibus diuerſum qualitate medicamentum , per miſtionem efficit : Iouem autem ne-

gant

A gant, miſcere primæ ſubſtantiæ figurationem, longitudinemve, aut aliud aliquod accidēs. ſi uero miſcet, cum entia quoq; ipſa ſint, hęc ęterna eſſe patet: quo mō ēt dicunt ſolam primā materiā æternam eſſe qualitatis expertem, nō uero reliquas qualitates, oīaq; accidētia? neq;.n. effectorē eſſe veluti manualē artificē Iouē dicūt, ſed totū per materiā totā illabētē rerū oīum creatorē factū, diuiniq; ignis quātitatē, & ſingula q̄ quātitati accidunt, longitudinē, latitudinēq;, & profunditatē, itēq; eius rōnabilitatē, & beatitudinē: ſi ſubſtātias eſſe dicēt, & corporeas eas fatebunť, è corporib⁹ Iouē cōſtare patet, nec ſimplex eſſe, ſed ſyncrima, ſi vero ſine ſubſtātia naturas ipſas in accidentibus dicent, confirmatur, quod à nobis dicitur, nō corporatam naturam accidentibus eſſe, neque qualitatibus. ſi uero transformans ſe ipſe Iuppiter æquali cum ijs numero, quæ dixi, accidentibus, mutationes infinitarū qualitatum ſubit, peior fabulis agitato Proteo eſt. hic enim in paucas naturas ſeipſum tranſponebat, trāſformabatq;, easq; nō indecoras.

“ Iubati in primis formam capit ille leonis.
“ Poſtq; draco, pardusq; fuit, ſus deinde fit ingens.
“ Humida factus aqua eſt, atq; arbor frondibus alta.

Ille aūt, nihil tā turpe eſt, quod nō fiat, per virū quidē imprudentē, imprudens ſcilicet eſt: per
B ſententiam aūt de turpi, turpia efficiens: per animalia irrationabilia, in ferinā naturam uerſus: per lapides, & ligna, expers animæ factus: per fœda tractantem abominabilis natura, itemque inutilis. Si ipſe uero vtpote materiam transformare, figurareq;, & facere quærit, quomodo pōt hæc ipſa facere non magis, quàm fictor ſtatuā aureā è plumbo facere poteſt? illaq; amare contentioſis uiris nō abſurdū eſt. etenim, ſi motus, dū accedūt corporibus, rurſusq; recedūt, corpora eſſe dicunt, iam, ut dicamus, hora eſt, moueri nos præcedētibus corporibus, rurſusq; ab ipſis quieſcere. deinde, dū affectus accedunt, rurſusq; recedunt, dicuntq; hæc corpora eſſe, quomodo non ridiculum eſt pruritum dicere corpus, nec ſolum quod ſcabit, ſed etiam quod ſcabitur.

Quo errore ducti Stoici dixerunt accidentia corpora eſſe. CAP. 7.

SEd, qm̄ ſine corpore, & agēte, & patiēte nullus affectus fit, eo capti ſunt, vt & affectus ipſos corpora uocēt. uerū, ſi p modū noīandi p relationē ſic noīarēt, neq; ego ī illos inueherer. nouī.n. ſic quoq; uitē dici albā p relationē ad albos ab ipſa factos racemos, & mala tēpora ppter calamitates, q̄ in his accidūt, & noctē auxilii expertē, in qua auxiliū nō aſſequimur. ſi uero primum, principaliterq; uocēt, errāt: rem.n. figuratā corpus dicimus, affectamq;, & motam, nō autē figurā, affectūq;, & motū. neq; pugnū eſſe corpus, ſed manus quodammodo figuratas, itemq;
C facient aduerſus eos, qui dicunt neq; facere corpora, ſed ſola incorporea? Quid ad Ariſtotelem? qui & ipſe generalem rerum diuiſionem faciens, alias eſſe ſubſtantias dicit, alias accidentia.

Si accidentia corpora ſunt, in uno corpore multa corpora fore. CAP. 8.

QVid ipſi quoq; ſibi uolētes dicūt ſubſtātias, & accidētia, ſi & hæc corpora dicūt, q̄, neq; ut partes corporis, corpora noīanť, veluti manus, digitusq;. neq; ueluti in talētō minerſi quē figurā hois corpus dicūr, iā tps eſt, vt aīalitas corpus dicať. gn̄abileq;, & corruptibile, rōnabilitasq;, atq; prudētia, Athenięſemq; eē, atq; in philoſophia verſari, & Sophroniſci filiū eſſe, ſimūq;, & caluū, & pminēs habere abdomē, cæterisq; accidētibus paria numero ſi corpora dicas, vltra Briarēū, Typhonēq; ipm̄, multiplicē magis, magisq; corpatū eē aīal dicas. Siq; aīalitas corpus eſt, quomō cūctis aīalibus accidit? quomō ipſum eē? quomō in loco eē? ac ſi, quēadmodū ppriū locū occupat trāſparēs corp⁹ oīs ocul⁹, ſic & accidētia ſingula, id abſurdū eſt. ſic in horū admiſtio nulla aliqua ipſorū natura efficieť: difficileq; eſt, vt dixi, ſi oīa locū unum occupare dicas. cōfuſa.n. dū miſcenť in vaſe, alteritatē nō ſeruarēt, neq; ſuā unūquodq; naturā, ut in miſtis medicamētis fieri dixit. utrum inquā totum animalitatis corpus tam multorum accidentiū ſingulis accidit, an prout numero pari diuiditur? utrunq;.n. abſurdū eſſe præcedentia uerba de-
D monſtrarunt. Quid autē, inquam, egent corpore ſingula eorum, ſi ipſa eſſe corpora dicunt?

Corpus quomodo definiendum. CAP. 9.

INde uero accidēs nullū eē corpus diſceres: oculis.n. occluſis corp⁹ qdē tactu ſpatio tpis deprehēdimus, colorē uero, aut ſaporē nō unà deprehēdim⁹, neq; figurā, corpus tāgētes. Oportebat aūt ſingula hæc à materia nō tactus cōprehēſione dephēdi. neq;.n. rōne, mali (verbi gratia) rotūditas ſpeculāda eſt. Similis de ſapore rō eſt. Ac, ſi vnūquodq; accidēs corpus eſt, qd ſibi uolētes inquiūt ſolū corpus in infinitū diuidi, nō aūt figurā, dulcedinēq; (uerbi gratia) & quæ reliqua ſunt? nō cōnexionis mō dico, neq; relationis ad id, qd corpus uocari ſolet, ſed recti modo. Cur uero ſolius, ut dixi, corporis hanc eſſe defintionē dicūt, triplici cū renitētia ſpatio cōtētū, nō aūt colorem, ſuccūq;, & ſaporē, cæteraq; accidētia ſingula ſic definiūt, ſi corpus oīa hæc eſſe dicūt? & ſi.n. ſpecie differunt, cōiter tñ oīa eſſe corpora dicunt. Quēadmodū igiť, cū hoīem definio, cū equū, & bouem generabile animal, & mortale dicam, quæ communia ſunt, proprietatem uero ſingulorum addā: ſic quoq; accidentia ſingula definientes, ſubſtantiam corporatam dicant triplici contentam ſpatio cum renitentia. Hæc à Stoicis chare Pindare ſolui dignum puta, non alios ſecum unà trahere, ut iiſdem erroribus implicitos, ſed accuſationes demolientes: non enim eſt falſarum opinionum contradictio, ipſa communicatio ad amicos, ſed ſtudiosq.

GAL. DE LIBRIS PROPRIIS LIBER.

A Ioanne Fichardo Francofordiano alias Latinitate donatus, nunc vero ad Græci fidem exemplaris emendatior, multis in locis ab Auguſtino Gadaldino redditus.

PROOEMIVM.

Quid eum ad hanc ſcriptionem impulerit, & de libris ei falſo attributis; & de Indice ſuorum commutato.

QVod mihi de conſcribendo librorum à me editorum cõmentariolo conſilium optime Baſſe dederas, re ipſa nuper, q̃ cõmodũ eſſet, cõperi. Nam, cũ forte in Sãdalario (vbi multa ſunt Romana bibliopolia) eſſemus, diſceptãtes aliquos de libello quodã tũ uẽdito, meusne eſſet ille, an alterius cuiuſdam, ipſi uidimus: erat.n. inſcriptus, Galenus medicus. Emente igitur, tãquã meũ, aliquo, cõmotus noua eius inſcriptione vir quidam literatus, cupiebat libelli argumẽtũ cognoſcere. Priores aũt duos uerſus cũ percurriſſet, abiecit ſtatim, hoc ſolũ addens, hanc dictionem non eſſe Galeni, & falſo librum illum inſcriptum fuiſſe. Is uero, qui tũ hęc dicebat, primas illas diſciplinas, q̃bus G Græcorum pueri ab initio apud grãmaticos, & rhetoras inſtituebantur, probe doctus erat. Verũ pleriq; noſtro hoc ſeculo, qui medicinã, aut philoſophiam ambiũt, antequàm recte legere ẽt poſſunt, eos doctores frequentãt, qui maxima illa, pulcherrimaq; rerum humanarũ theoremata, quę docet philoſophia, & medicina, profitentũ. Et hæc quidẽ negligẽtia iã multis retro annis, me dum adoleſcẽte inceperat: verũ eò nõdum euaſerat tũ tẽporis, neq; tñ, quantũ nunc, inualuerat. Hanc igitur ob rem, & qm̃ libros meos multi multifariam læſerunt, tanquã ipſorũ proprios alij in alijs gentibus legẽtes, quędã tum demendo, tum addendo, tum immutando, cõſultum mihi uiſum eſt eam prius cauſam, quam propter illi hactenus corrupti ſunt, & deinceps q̃ mei re; uera ſint libri, & quę cuiuſq; materia, exponere. Primum igitur, quę cauſa ſit, q̃ mea pro ſuis nõnulli agnoſcant, ipſe iam ante optime Baſſe noſti. Illa etenim tum non edendi gratia, uerum propter amicos, aut diſcipulos, eorũ, quę à me audierant, aliquod cõmẽtariolum efflagitãtes, ſcripta eſſent, abſq; titulis data ſunt: qui uero poſt illorũ obitũ ea habuerunt, cũ ipſis placerent, ut ſua legerunt. Alij, quibus noſtra ab iis, qui habebãt, communicata eſſent, in patriã profecti, moratiq;, titulos alius aliter, fecerunt: poſtea oĩbus tẽporis ſpatio deprehenſis multi eorũ, qui ea iterum habuere, meũ illis nomẽ inſcripſerunt: &, qm̃ inueniebant cũ iis, quæ etiam apud H alios extabãt, exẽplaribus diſcordare, ad me, quò ipſe emẽdarẽ, miſerũt. Cũ igit̃ ea (ut dixi) nõ ad editionẽ publicam, uerum eorum, à quibus rogabar, & captum, & uſum à me ſcripta eſſent, par eſt in aliis productã, in aliis uero contractã interpretationem fuiſſe, ipſamq;* præceptorum doctrinã, aut perfectã eſſe, aut mutilatam. Quapropter manifeſtũ eſt in iis, quæ prædictis ſcripta ſunt, neq; abſolutã, neq; exactã doctrinã cõtineri: q̃nquidẽ illi, q̃bus ea deſtinabãtur, neque rogabãt*, neq; poterãt exacte oĩa percipere, antequã habitũ in neceſſariis eſſẽt adepti. Eorũ igitur, qui ante me fuerũt, quidã huiuſmodi libros ᵃSubfigurationes* inſcripſerũt: quẽadmodũ alij ᵇ Subformulas,* alii ᶜ Introductoria,* alii ᵈ Cõpẽdia,* alii deniq; ᵉ Enarrationes* ĩſcripſerũt. Ego uero, cũ eos diſcipulis tantũ darẽ, nihil iſtorum inſcripſeram. Quamobrem, cũ ad plures deinceps perueniſſent, alius aliũ his titulũ indidit. Eos igitur libros, qui corrigendi gratia mihi trãſmiſſi à quibuſdam fuerãt, uiſum eſt Introducendis inſcribere. Quare de iis prius dicere inſtituã.

A * ὑποτυπώσεις.
B * ὑπογραφάς.
C * εἰσαγωγάς.
D * συνόψεις.
E * ἐξηγήσεις.

De iis commentariis, qui Romæ prima profectione ſcripti ſunt. CAP. I.

EGo igitur omnium eorum cõmentariorum, quos quidem uel iuuenibus hæc primum ſtudia ingredientibus dicauerã, uel amicis quibuſdã eos exigentibus dederã, nullum prorſus apud me exemplar retinueram. Poſtea uero, cum ſecũdo Romam ueniſſem, iſtis ad me, ut dixi,

emendandi

A emendandi cauſa miſſis, eos forte recuperaui: titulũq; his, Introducendis, impoſui. Inſcripſi igi- *
tur librum De ſectis ad eos, qui introducuntur, qui quidẽ ijs, quotquot ad huius artis medicæ
cognitionem contendunt, primus eſt omnium perlegendus. Illo etenim eæ, quæ ſecundum ge-
nera ſunt, ſectarum inter ſe differentiæ traduntur. Secũdũ genera dixi, ꝙ ſunt priuato etiam ſuę
ipſis differentiæ, in quibus deinceps iam introducti plenius inſtituuntur. Trium uero ſectarum
nomina nemo nunc ferè ignorat, unam uidelicet Dogmaticam, ſiue Logicam: alterã aũt Empi-
ricam: tertiam Methodicã nominari. Quæ igitur propria cuiuſq; ſint, quæq; earum inter ſe dif-
ferentia, libro à me iſto tractatum eſt. Similiter autẽ, & liber De oſſibus, liberq; De pulſibus, In-
troducendis à me eſt dicatus. Amico præterea cuidam Platonico, ſub hãc profectionem libros
Iſagogicos duos: alterum De arteriarum, & uenarum: alterum De neruorum diſſectione dedi-
mus: Et alii cuidam Inſtitutionis Empiricæ ſubfigurationem. Quorum ego quidem nullũ apud
me ſeruauerã: ſed poſtea, quàm Romã rediſſem, ab iis, qui forte habebant, accepi. Ex aliis tamẽ
quibuſdam, quæ amicis tunc ſcripſeram, nõnulla apud me exẽplaria remanſerunt, ꝙ diligenter
aliquando illa abſoluere ſtatuiſſem. Quo ex numero ſunt, De cauſis reſpirationis libri duo: Et li
bri De uoce, quatuor, dedicati conſulari cuidam uiro, Boetho nomine, Ariſtotelicã philoſophiã
B ſectanti. Eidẽ quoq; libros De Anatomia Hippocratis: & deinde etiã libros De Anatomia Era-
ſiſtrati nuncupauimus, quos propter Martialem* (cuius in Anatomicis duo libri etiam nũc apud *Al. Martia-*
pleroſq; extant, qui eo tempore magnopere probati erant) ambitioſius aliquãto ſcripſeramus. *num, & ſic in-*
Erat aũt vir ille ſanè inuidus, contentioſusq; in primis, qnanquã annos iã ultra ſeptuaginta na- *ferius.*
tus eſſet. Quare, cum audiuiſſet ea, quæ anatomica propoſita materia dixerã, docueramq; pu-
blice, ab ijs omnibus, qui ea aſſecuti eſſent, ſummis laudibus extolli, cępit homo meorũ amico-
rũ quẽdã interrogare, cuiusnam ipſæ ſectę eſſem. Audiens vero ſeruos me iſtos, quicunque uel
Hippocraticos, vel Praxagoreos, vel ex alio quocunq; tandem uiro ſe nominarẽt, appellare ſo
litum, eligere aũt ex ſingulis, quæ præſtãtiſſima eſſent, cõſueuiſſe, ꝗrebat deinceps, quẽ igiť ve-
terũ potiſſimũ cõmendarem. *Hic deſunt quædam.* Eraſiſtratũ uero, & in his,
& in alijs artis Medicæ locis uirum admirandum iudicabat. Propter eum igitur ardentius ali-
quanto ſex illos De Hippocratis, & alios De Eraſiſtrati Anatomia tres libros conſcripſi. Cũ por
rò etiam perorarem aliquãdo in ueterũ Medicorum libros publice, propoſuiſſemq; mihi librũ
Eraſiſtrati De eductione ſanguinis, graphio tum, vt moris eſt, in eam quæſtionem incũbente,
citanteq; eam eius libri partem, qua phlebotomiam reiicit, uehementius adhuc in illum dixi,
C quo magis ureretur Martialis, Eraſiſtrateus eſſe uolẽs. Ea autẽ oratio mea cũ ſatis tum placuiſ-
ſet, rogauit amicus me quidã, & is Martiali infenſus, ut, quæ dicta erant, ei, quem ipſe miſſurus
ad me eſſet, notulis ad celeritatem ſcribere exercitatum, recitarem: ut, ſiquãdo ex Vrbe domũ
proficiſcerer, obiicere ea Martiali in morborum* inſpectionibus poſſet. Poſt hæc uero, cum ipſe *ægrotantium.
Romã ab Imperatoribus aduocatus, ſecũdo ueniſſem, ille qui acceperat, neſcio quo pacto, mor
tuus erat. Liber autẽ iuxta ambitionẽ tẽporis illius, quo publice dicebam, ſcriptus (etenim iu-
uenis eram, cũ hæc facerem, annũ agens trigeſimum quartũ) apud quamplures erat. Ex eo ta-
men tempore, & docere publice, & monſtrare deſiii, cũ ægrorum curatio fœlicius, quàm optaſ-
ſem, ſuccederet. Cum.n. tot æmulos uiderem, qui, ſiquis medicus alius laudaretur, inuiderent,
moxq; illum Logiatron exclamarent, ut inuidam iſtorum linguã declinarẽ, deinceps nec apud
eos, quos curabã, plus, quàm erat neceſſe, profabar: nec in cõgreſſũ, uelut antea, docebam, aut
quicquã oſtẽtabã, †ipſis de cætero factis qualẽ in hac diſciplina facultatẽ cõſecurus eſſem, de- *† Clarius, ſed*
laraturus. Tribus uero præterea annis Romæ cũ eſſem uerſatus, ingruente magna peſte, confe- *per opera artis*
ſtim urbe excedẽs in patriã properaui. *Deſunt hic pauca.* In eo autem tem- *duntaxat, qua-*
pore libros De Hippocratis Platoniſq; placitis ſex, adhortante Boetho, ſcripſi. Et De uſu præ- *lem habitũ in*
D terea partium unum, qui prior eſt. Quibus Boethus acceptis, & ipſe ex urbe profectus eſt, uerũ *ipſius theore-*
prior me Syriam Palæſtinam tum prouinciam obiturus, in qua poſtea, & mortuus eſt. Verum *matibus conſe-*
longo poſt tempore opus utrunque multis ſubinde negociis intercurrentibus, poſt reditum *quutus eſſem,*
meum in patriam, quæ mox commemorabo, abſolui. *declarabam.*

Quinam libri à me conſcripti, poſteaq́, mihi ad patriam è Roma proficiſcenti,
ab amicis traditi. *CAP. 2.*

PRofectus itaq; ſum è Roma in patriam completo iam mihi ſeptimo, & trigeſimo ætatis an-
no. Tres aũt libri à me ſcripti ante, ꝙ Smyrnã ex Pergamo, Pelopis medici, & Albini Plato-
nici gratia proficiſcerer, à quibuſdã mihi redditi ſunt. Erat uero unus De matricis diſſectione,
perparuus quidẽ ille: alter de cognoſcendis oculorũ morbis, & is paruus: tertius autem iuſtæ
magnitudinis, De experientia medica. Quorum primus datus eſt, Obſtetrici cuidam: Secundus
adoleſcenti oculos curanti: Poſtremus autem ex ea diſputatione, quam Pelops cum Philippo
Empirico habuerat, illo quidem aſſerente medicinam per ſolam experientiam conſiſtere non
poſſe, hoc autem contendente poſſe, deſumptus erat. Eorum igitur ultro citroque habitas ora-
tiones cum in ordinem redegiſſem, mei tantum exercitandi gratia conſcripſeram: uerũ neſcio,
quomodo & ille ignorante planè me ad alios deuenerit. Præterea tres etiam alios libros in-

terim,dum Smyrnæ agerem,compoſui:De pulmonis videlicet,& thoracis motu:condiſcipulo E
gratificaturus,qui ſecundum illos anatomicam facere quandam demonſtrationem, paulo poſt
in patriam abiturus,cupiebat. Demortuo itaque interim adoleſcente, libri apud quoſdam, ſed
qui meos tamen ſuſpicarentur eos eſſe,fuerunt : & deprehenſus quidam eſt , qui prooemiũ his
quoddam præfixerit,deinde tanquam proprios legerer.In prædictorum autem librorum tertio
mea quoque nonnulla,quæ ipſe adinueneram,ad finem aſcripſi:nam,quæ tribus iſtis tractauc-
ram , præceptoris mei Pelopis (apud quem Smyrnæ uerſans , eos conſcribebam) dogmata
erant. *Deſunt Paucula.* Poſt eam igitur è Roma profectionem cum tãdem
in patriam perueniſſem,illic confidens,cum familiaribus verſabar.Verum breui poſt tempore,
ex Aquilia mihi literæ ab Imperatoribus miſſæ perferuntur,quibus illi me reuocabant: ſtatue-
rant enim ex hybernis expeditionem contra Germanos facere.Hac igitur neceſſitate compul-
ſus,redibam:ſperans tamen interea poſſe excuſationem me aliquam nanciſci. Alterum nanq;,
qui ſenior erat,virum modeſtum,æquum,facilẽ,& humanum eſſe perceperam.Is autem primo
quidem Verus vocabatur:ſed poſtquam Antoninus (ille,qui proxime poſt Adrianum impera-
uit)ſucceſſorem ſibi cum in principatu cõſtituiſſet,ſocium hic ſibi,antea Lucium dictum,aſci-
uit,& eum quidem Verum,ſe autem Antoninũ tranſnominauit . Cæterũ ipſe Aquiliam cũ per- F
ueniſſem,peſtis,quantum antea nunquam,graſſari cœpit.Vnde Imperatores ſtatim Romam cũ
paucis militibus fugere coacti : nos vero cum multis longo uix tempore euaſimus , abſumptis
pleriſque,non tam ob peſtis vehemẽtiam,quàm quòd media hyeme malũ id ſæuirer.In itinere
autem è viuis cum exceſſiſſet Lucius,Romã deportatus ab Antonino, funeratusq; eſt . Et poſt
hæc ſuſceptam aduerſus Germanos militiã vrgens, omnibus modis me ſecum abducere labo-
rabat.Perſuaſus autem ille, ut dimitterer,cũ ex me audiuiſſet , diuerſa deum patrium Aeſcula-
pium(cuius me eſſe cultorem aſſerebam , ex quo is mortali me apoſtemate laborantem ſerua-
uerat)iubere,reueritus deum,expectare me reditum ſuum iuſſit, ſperans breui poſt tẽpore bel-
lũ ſe illud conſecturũ.Et ſic ipſe profectus eſt,relicto filio Commodo, ætate tum admodũ pue-
ro,omni cura illius ſalutẽ nutritoribus tuendam mandãs: ſiq; forte in aduerſam valetudinẽ in-
cideret,ut me ad eius curationẽ accerſerent.Interea autem temporis,quæ vel à præceptoribus
meis didiceram,vel ipſe inueneram,collegi,& in habitũ conſtantiorẽ redegi:ac ſiquid nõnullis
quærendis circa eorum inuentionẽ habebã,cõſcripſi,ſtudioſe me ipſum in varijs tũ medicinæ,
tum philoſophiæ quæſtionibus exercens:quæ pleraq; in magno illo templi Pacis incẽdio, cum
alijs multis perierunt,& conflagrarunt. Cum uero prę̨ter omnem ſpem iſti expeditioni diutius G
immoraretur Antoninus, omne illud tẽpus ad pulcherrimam mihi exercitationem ceſſit . Vn-
de & tractatum De uſu partium,ſeptemdecim libris complexi.Et reliqua libris De Hippocratis
& Platonis dogmatibus adiunxi.Quædam etiam Anatomicorum theorematũ , quæ olim Boe-
tho dederam, De uſu uidelicet partium librum primum , amplius inquirens, in ſecũdo inſuper
muſculos cuiuſque digiti articulos mouentes , à me inuentos, expoſui,qui omnes ignorati diu
fuerunt,uelut uniuerſis,qui ante me extiterunt. Diſtuli autem in opere illo , de motibus ſupe-
riorum ſuperciliorum dicere, ſolum hoc in eo rurſus demonſtrato, ſalſo eos motus à quibuſdã
hactenus eſſe traditos.Quare,cum mihi ipſi primum , & deinde aliis,quibus hæc commonſtra-
bam,& hos motus,& alia,quæcunque in Anatomijs,aut perperam à prioribus aſſerta,aut om-
nino fuerant omiſſa,inueniſſe me perſuaſiſſem, tunc iam, & anatomicas adminiſtrationes per-
ſcripſi. Cum uero libri De uſu partium prius,quàm hi ederentur,ad plurimos iã perueniſſent ,
diligenterq; medicis ferè omnibus,quotquot ueteri medicinę ſtudebant,tum philoſophis Ari-
ſtotelicis legerentur,poſteaquàm,& illius talis quidã tractatus extabat,cœperũt mox maleuo-
li quidam,inuidia ſtimulante,flagitioſis implere urbem rumoribus,me eſſe,qui,cũ ſtudeã uide-
ri quàm plurimũ ueteres exuperaſſe,multa,quæ omnino non appareant,inuexerim, inq; Ana- H
tomicis meis ſcripſerim:neq;.n.latere ea omnes poſſe.Ego uero ridebam quidem illos,cõtem-
nebamq; : cæterum amici rei indignitate cõmoti,me adhortari , ut in aliquo magno auditorio
ueritatem meorum in Anatomicis theorematibus ſcriptorum,publice aſſererem.Poſtquam aũt
perſuaderi me non poſſe æmuli ſenſiſſent:(iam enim eius gloriæ cõtẽptũ præ me ferebã) ſpem
illi concipiebant ueluti timidum me reprehendendi , qui quanquam eorũ nugas non parui fa-
cerem,magnanimitatem tamen quandam ſimularem:nec ſcommatum finis erat:& quotidie in
templum Pacis,quemadmodum & ante incendium congregari ſolebant , quicunq; artibus lo-
gicis erant dediti,conueniebant . Tandem igitur ab amicis cõpulſus,publice multis diebus de-
monſtrare cœpi me quidem nuſquam falſa tradidiſſe : prioribus uero multa nõ ſatis comperta
fuiſſe. Eorundem porrò hortatu commentarios tum ſcripſi demonſtratorum,& dictorũ, titulũ
habentes,De ignoratis Lyco in Anatomijs.Hanc igitur ob cauſam, cum demonſtraturus nihil
tradidiſſe me in commentarijs meis Anatomicis falſi , proceſſiſſem, in medium omnium Ana-
tomicorum libros propoſui,liberum unicuiq; præſentium faciens, quam uellet partem diſſecã-
dam proponere,meque mox oſtenſurum , quantum cum priorum ſententia, meorum ſcripto-
rum ueritas pugnaret. Propoſito igitur thorace , cum ipſe à uetuſtiſſimis facerem exordium ,

eorumq;

A eorumq; libros in manus ſumerem, rogauerunt me inſignium medicorum quidam, in iſto conſeſſu ſedentes, ne inaniter tempus conſumerem. Cæterum, quoniam quidem Lycus Macedo, Quinti in Anatomicis omnium expertiſſimi quondam diſcipulus, ea, quæ ad ſuam vſque ætatẽ inuenta fuiſſent, omnia conſcripſiſſet, uolebant, ut alijs dimiſſis, illius tantum ſcripta meis conferrem. Eorum igitur petitioni morem gerens, ita in ſingulis quoquo die propoſitis feci. Hęc autem omnia propterea neceſſe habui commemorare, ut cognoſcant illi, qui ſunt aliquãdo libros meos lecturi, qua ætate quoſq; ſcripſerim, & quam ob cauſam. Inde enim intelligere poterunt, quæ ſint tanquam imperfecta, ab ijs, quæ elaborate abſoluta ſunt, diſcernenda: & quæ in arrogantium confutationem, quęque rurſus ad inſtitutionem ſunt ſcripta, dignoſcere. Quod porrò in ſequentibus etiam, ſicubi res poſtulabit, indicabo. Nunc vero ad libros à me editos, qui extant, recenſendos pergam, initio ab Anatomicis ſumpto.

De Anatomicis libris. *CAP. 3.*

EX hoc primum numero iſte liber eſt, quem, De oſſibus Introducẽdis ſcripſimus. Poſt eũ uero alii libri, itidem Introducendis inſcripti: vt eſt ille, De venarum, & arteriarum ſectione: & alter, De neruorum anotomia. Eſt præterea liber alius, De muſculorum ſectione: qui quidem B exacte compendio tradit omnia, quæ in Anatomicis adminiſtrationibus de muſculis ſcripta ſunt. Quòd ſi quis perlecto De oſſibus libro, protinus Anatomicas aggredi adminiſtrationes cupiat, poterit quidem ille Libros de uaſorum, neruorumq; diſſectione præterire: quemadmodũ & eum, qui De muſculis eſt ſcriptus. Sunt enim vniuerſa in adminiſtrationibus ſcripta. In horum autem librorum Primo, De manuum muſculis, & ligamentis: Altero, De crurũ muſculis, & ligamentis: Tertio, De artuum neruis, & uaſis: Quarto, De muſculis genas, & labra mouẽtibus, & iis, qui ſunt circa inferiorem maxillam: pręterea etiam de his, qui caput, collum, & ſcapulas mouẽt: Quinto, De muſculis thoracis, epigaſtrii, lumborum, & ſpinalibus: Sexto, De organis nutritiuis, qualia ſunt inteſtina, venter, hepar, lien, renes, ueſica, & quæ ſunt huiuſmodi alia: Septimo, & Octauo, De partiũ ſpiritualium anatomia: illo quidem de iis partibus, quę cordi, pulmoni, & arteriis tam mortuorum, quàm viuorũ adiacent: hoc autẽ, quæ circa uniuerſum pectus ſunt, tractatur. Nono porrò libro cerebri, & ſpinalis medullæ cõtinet anatome: Decimo oculorum, linguæ, ſtomachi, & confinium partium: Vndecimo eorum, quæ ad laryngẽ ſpectãt, & os hyoides uocatum, & quæ iis continuantur: præterea neruis ad ea peruenientibus: Duodecimo arteriarum, & uenarum: Tredecimo neruorum ex cerebro deſcendentium: Quartodecimo C neruorũ à medulla ſpinæ deueniẽtiũ: Quintodecimo tãdẽ genitaliũ partiũ anatomia cõtinetur. Et hæc quidem ſunt, quæ ad Anatomicam theoriam ſunt neceſſaria. Præter autem hæc neceſſaria, alia quoq; ſunt, utilia quidem & hæc, ut ea, quæ, cum Marinus uiginti anatomicorũ libris conſcripſiſſet, nos poſtea Epitomate quatuor librorum (quemadmodum, & Lyci omniũ duobus) cõplexi ſumus. Subiiciam uero hic ſingulorum librorum ſummam; ac primo eorum, quos in primo noſtro Epitomatum commẽtario, in quo priores anatomici Marini libri in cõpendium rediguntur, perſtrinximus. Eorum igitur ſex priorum Primo totius theoriæ pręfatio: inde De cute, De pilis: poſtea De unguibus, & carnibus, De adipe, & pinguedine, cõtinet. In ſecũdo, De glãdulis, ᵃ pelliculis, mẽbranoſis tunicis, ãnẽpe; peritonęo, & ſuccingẽte, & diaphragmate commentatur. In tertio porrò, De contemplabilibus ratione uaſis, uenis, arteriis, earũque anatomia: & Num naturaliter in arteriis ſanguis cõtineatur. In quarto, quæ ſit arteriarũ operatio, quis uſus, unde proueniãt, &, quæ alia circa eas quæri ſolent, exequit. Deinceps aũt tractat De ureteribus, & urinariis meatibus, & uracho; hoc eſt eo, ex quo hæret, pendetq; fœtus ad umbilicum; & uaſis ſeminariis. De humorũ bilioſorum uaſis, & meatibus. De glandulis. De eo, qđ D à glandulis eſt, uaſe. De ᵇ gutture*. De uaſis mãmarum, quibus lac continetur. De iis, quæ fuſa ſunt per corpus, uaſiſq; cõtẽta, & qui humorũ, atq; chymorũ, quibus uaſis contineant. De alimento. In Quinto, De his, quæ ſunt in capite tum aliis, tum de ſuturis. De faciei ſuturis, & ᶜ iuncturis*, ac oĩbus capitis oſſibus. De capitis, & faciei foraminibus. De inferiore mãdibula, & eius foraminibus, & Num habeat* iũcturã. De dẽtibus. De capiti ᵈ gutturis* adiacẽte oſſe, quęq; iuxta ſunt, & locũ circa tõſillas occupant. In Sexto ſcribit De ᵉ teſticulis*, & Oſſe ſacro, & Vertebro coxarũ, & Latere, ᶠ Pectore*, & Scapulis, & ᵍ Humeris*, & Iugulis, & Brachio, & Cubito, & Radio & Oſſibus brachialis, & digitorũ, & Femore: & Chartilaginoſis oſſibus ab utraq; genu parte. In Secũdo aũt noſtrorum cõmẽtariorũ, quod Anatomicæ Marini contẽplationis cõpẽdiũ eſt, Septimum, Octauũ, Nonũ. & Decimũ Marini librorum ſumus complexi. Capita uero libri Septimi hæc ſunt. De caluæ cũ meningibus, aliiſq; mẽbranis cõmunione. De totius faciei neruis, De temporalibus, et mãducatoriis muſculis. Itẽ de iis, qui ſupra * maxillas, et labia exiſtunt. Itẽ de cauernarũ, in qbus dẽtes infixi ſunt, malarũq; muſculis. Itẽ de interioribus inferioris malæ muſculis. Itẽ De malæ inferiori circũiacẽtibus muſculis ſeorſim. †ʰ De muſculis naſi. ⁱ De muſculis iuxta linguã. De lĩgua eiuſq; muſculis. De oculorũ muſculis. In Octauo aũt Marini libro hęc capita continent. De Ore, et de Labris, et Dẽtibus, et Gengiuis, et Columella, et ʲ Gula*, et ᵏ Ligula*, et ˡ Tonſillis*, et Antiadibus, et ᵐ Naſo*, et ⁿ Naribus*, Auribus, et Collo, et Muſculis, qui in

A * ὑμένων.
B * βρόγχου.
C * συμφύσεων.
D * βρόγχου.
E * ὄρχεων.
F * στέρνον.
G * ἀκρωμίων.
H † *Al. vertunt. De naribus, & muſculis, qui circa earum alas ſunt.*
I * φαρυγγέθρου.
K * ἐπιγλωττίδος.
L * παρισθμίων.
M * ῥινός.
N * μυκτήρων.

Ipſo ſunt,& Muſculo qui ſublatus eſt,‡&‡qui ſub vẽtrẽ* eſt,& de Collinatura. In Nono libro, De E
muſculis,ᵃ†qui circa ſeptum pectorale,‡ſpinam,meſopleuria,ᵇ†& partem, quæ eſt ſupra vmbi-
licum,‡ſunt. Præterea, De muſculis brachij,ſcapulæ,cubiti,extremęq; manus tractat. In Deci-
mo vero, De cubito,*& eius muſculis,cruribusq;, & eorum muſculis. De articulo, qui in genu
eſt. In tertio porrò Epitomatum meorum libro Vndecimus, Duodecimus, Tredecimus Marini
liber includitur. Quæ igitur in Vndecimo ſcribit,hæc ſunt. Num feratur ex dorſo humiditas a-
liqua ad pulmonem. An ſpiritus per inſpirationem, & eſum in ventrem attrahatur. Deinde
De ſtomacho. De ᶜ gutture*. De pulmone,& corde. De thymo circa cor. In Duodecimo autẽ
operis ſui libro Marinus tractat, De hepate,& eiᵒ bile. De ſplene,& uẽtre,& meſenterio. In De-
cimo tertio, De primis*inteſtinis. De renibus, vretere, veſica, vracho, meatu vrinali. Inde De vir
ga uirili, pudendoq; maris,& fœminæ. De matrice,& ijs,quæ in ea geſtãtur. De teſticulis, quos
Didymos appellat. Deniq; de glandulosis tractat. In Decimoquarto, anatomiam omnium, quæ
ſupra hepar ſunt, uenarum aperit. In Quintodecimo uenam,quæ à corde ᵈ† ad reliqua‡fertur,&
eas oẽs,quæ ſubter diaphragma,&,quæ in toto corpore ſunt,arterias indicat. Quarta denique
Epitomatum pars reliquos Marini quinque libros,à quindecim uidelicet ad uiginti cõtinet. In
Decimoſexto igitur, De cerebro quæſtiones,& apparẽtia,ut an pulſatilis in ipſo motus, & Nũ F
ſpiritus,quem trahimus,ad id perueniat,exequitur:& deinceps, De ſpinali medulla,&ᵉ pellicu-
lis cerebri. In Decimoſeptimo, De ᶠ dominatrice* ui cerebri differit. In Decimooctauo, De mo
tu ᵍ animali: Tum ſingulorum neruorum differentijs:& unde quidam eorum emanent,docet.
In Decimonono libro, De neruis,ʰ†deſtillationibusque ex cerebro prouenientibus:‡ & unde
incipiat ⁱ ſenſibilitas* eius: & De oculorum neruis, quos Herophilus, & Eudemus poros uo-
cant, ſcribit.

* * *

Libri Diagnoſtici. CAP.

Præterea libri De morborum,& Symptomatum differentia ſunt. Sequitur autem librum De
morborum differentia, liber alter, De cauſis morborum: quemadmodum & alterũ De Sympto
matum differentia, Tres de Symptomatum cauſis libri ſequũtur. Poſt hos libri ſunt De locis af-
fectis. Et liber de temporibus morborum: qui ex illis eſt, qui Therapenticã materiam pręcedũt.
Et liber De febrium differentia. Liber item De plenitudine. Et ille De præter naturam tumori-
bus. Præterea liber De cauſis ᵏ† morborum antegreſſis:‡ & liber De cauſis ˡ† morborum con-
tinentibus.‡ Et liber De tremore, rigore, palpitatione, & conuulſione. Et tandem ille, qui inſcri- G
bitur, Ars Medica.

Libri Therapeutici. CAP. 4.

QVatuordecim porrò libri, De Methodo curandi mihi ſcripti ſunt. Duos præterea eiuſdem
generis ad Glauconem,& tres De phlebotomia compoſui, Primum quidem contra Eraſi
ſtratum: Alterum contra eos, qui Romæ ſunt, Eraſiſtrateos. Tertium uero, quo meam de
curandi ratione ſententiam ſuperintuli. Extat etiam liber quidam meus Therapeuticus, & ip-
ſe, De tabe inſcriptus. Conſcripſi quoque amico cuidam meo libellum, cuius nuper, poſtquã ad
multorum manus perueniſſet, antigraphum recepi: titulum autem habet, Conſilium puero co-
mitiali morbo laboranti datum: quare Therapeuticis adſcribo. In quorum quidem numerum,
& tres illos, De alimentorum facultatibus libros:& librum, De attenuante diæta: & alium, De
boni, maliq; ſucci cibis non inepte quis referet. In hoc autem Therapeutico negocio nihil recẽ
ſitis inferiores etiam iſti ſunt: ᵐ† quos, De curandi ratione ſecundum Eraſiſtratum ſcripſimus:
& duo illi, quos Glauconi Philoſopho dicauimus. In hunc ordinem ponere quis,& eum poteſt,
quem, De Hippocratis in morbis acutis diæta edidi: poterit ſanè idem poni,& cum iis commẽ-
tarijs, quos in Hippocratem ſcripſimus: in quibus quam plurima therapeutica theoremata con
tinentur, quemadmodum etiam diagnoſtica, et prognoſtica. H

Libri Prognoſtici. CAP. 5.

PRimum quidem in hoc genere tres libri, De iudicialibus diebus extant. Et ruſus tres, De
Criſibus. Deinde tractatus, De pulſibus: in quo Primum quidem, De eorum differentiis li-
bri quatuor ſunt: quos Secundo ſequuntur, De pulſuum dignotione libri totidem:& Tertio li-
bri, De cauſis eorum, numero illis ſuperioribus pares:& Quarto, De Pręſagiis ex his ſumendis.
Qui ſunt in uniuerſum ſedecim. Præter uero hos ſeorſum introducendis ſcriptus, De uſu pul-
ſuum liber habetur. In quo, cum nonnulli quæſiuiſſent, quænam eſſet cauſa, quòd febricitantiũ
pulſus non proprio notaretur nomine, reſpondimus ijs, maiorem eſſe hanc, altiorisque inue-
ſtigationis quæſtionem, quàm quæ illuc ad introducendos faceret. Et hęc quidem in libri hu-
ius initio nobis dicta ſunt. Duas uero medicis eſſe opiniones ibidem oſtendimus. Alteram nẽ-
pe quorundam talem, ut arbitrentur etiam arteriarum ſyſtolen ſentiri poſſe: alteram uero eo-
rum, qui inſenſibilem illam aſſerant. Nobis autem conſultius uiſum eſt eos, qui introducun-
tur: ⁿ† facilioribus primum exerceri, quare ad priorem tum partem nos acceſſimus, & inſen-
ſibilem eſſe huiuſmodi ſyſtolen aſſeruimus, febriſque nullum eſſe in pulſibus proprium indi-
cium. Iuxta alteram uero ſectam, in magno illo ſedecim librorum opere, oſtenſum nobis eſt

indicium

A * τῶν κατὰ τὰς φρένας.
B * καὶ τὸ ἐπιγάστριον.
C * βρόγχου.
D † ἐπίθετα, ideſt inſecar.
E * μήνιγγων, quæ dictio cũ ſit de ſpinali medulla, quam de cerebri inuolucris poſſit intelligi, magis cenſendum eſt, ut de ſpinalis medullæ inuolucris intelligatur hoc loco.
F * κυριεύοντος.
G * κατὰ προαίρεσιν.
H † φύσεως, eſt in impreſſis, ὄγκων, eſt in manuſcrip. ſed forte ὀσφρήσεως, ideſt odoratus, ut aliqui etiam recte opinati ſunt:
I * αἰσθητικῶν, ideſt ſenſoriũ.
K † προκαταρκτικῶν.
L † συνεκτικῶν.
M † Al. libri quinq; de Eraſiſtrati therapeuticis ratiocinationibus, quos Glauconi philoſopho dedimus, vide infra c. 7.
N † Clarius ſerè ad uerbũ. ‡ facilióri primũ exerceri, ſi qua inſenſilis aſſeritur ſyſtole, iuxta autẽ hanc ſectã, nos perſuaſi ſumus, febris nullã, &c.

A indicium febris proprium. Sed has quæſtiones illi mouent, qui abſq; præceptoribus diſcunt, ſi-
miles, iuxta parœmiam, ex libro gubernatoribus. Mihi uero ſatis eſt expoſitum aliam eſſe eorũ,
qui introducuntur primum, & aliam rurſus omnino diuerſam eorum, qui omnia perfectè edo-
centur, inſtitutionem. Porrò quoq; *libellum quendam unum ſedecim ſupradictorum librorum
compẽdium, ſcripſi. Et præter hos omnes, octo libros Archigenis de pulſibus tractationis expli
cationem, & uſum complectentes, edidi. In hunc ordinem & tres illos De difficili reſpiratione
non abſurde quis retulerit.

De libris commentariorum in Hippocratem. CAP. 6.

NEque aliorum meorum, quos amicis dederam, librorũ quemquam ad plures peruenturum
ſperabam, neq; explanationes in Hippocratis libros, cõſcriptas. Nam à principio quidem,
ipſum me exercens, in iſtos quondam commentaria conſcripſeram. Quod idem & in uniuerſa
adeo medicinæ contemplatione circa unamquanq; eius partem feci, mihi tñ libros quoſdam
parans, qui omnia Hippocratis in arte Medica, dogmata complecterentur, dilucidamq; & un-
dequaque abſolutam inſtitutionem cõtinerent. Sic enim priuata mihi cõmentaria, De Criticis
diebus ſecundum Hippocratis ſententiam, & ſimiliter De Criſibus, De difficili reſpiratione, &
B ſic in alijs ſingulis compoſui. Item & curatiuam Methodum uniuerſam eodem conſilio libris
quatuordecim (quantum ad omnia therapeutica pertinebat) complexus ſum: atque id quidem
iuxta uiri illius ſententiam. Extabant autem aliorum ante me complurium in ſingula Hippocra
tica dicta, non ſpernenda commentaria. In quibus, quæ perperam ſcripta mihi uidebantur, o-
cioſum arbitrabar arguere. Oſtendi uero hoc in ijs, quæ nuper adhortantibus dedi, raro quid-
quam dicens contra eorum interpretes. Ego etenim à principio nullos eorum commentarios
Romæ habebam: cum libri mei in Aſia eſſent omnes. Sicubi igitur meminiſſem, quod ab eorum
aliquo dictum praue admodum eſſet, ut magnopere circa hanc artem exercendam lædatur, qui
ei confiderit, id indicaui. Cætera autem omnia nullam aliter exponentium mentionem faciẽs
meo ipſius iudicio dixi. Et hoc modo commentaria à me in Aphoriſmos, in librum, De fractu-
ris, & librum, De articulis, & in Prognoſtica, & librum, De ratione uictus in morbis acutis, & li
brum, De ulceribus, & librum, De capitis vulneribus, prioremque librum Epidemiarum, hoc
eſt morborum paſſim graſſantium, ſcripta ſunt. Poſtea uero, cum forte* commendantem quen-
dam reprobam Aphoriſmi interpretationem audiuiſſem, cepi conſiliũ reliqua mea omnia, quæ
in aliquorum gratiam à me conſcriberentur, ita temperare, ut publicam magis editionẽ, quàm
C eorum tantum, qui ea accipiebant, captum reſpicerem. Sunt autem hæc, Commentaria in Se-
cundum, Tertium, & Sextum Epidemiarum librum ſcripta. Præterea in librum De chymis, id
eſt humoribus, De alimento, De prædictione, De natura hominis, [a] † De medico vulnerario: &
in librũ De locis, aere, aquis: quem ego De habitationibus, & aquis, & temporibus, & regioni-
bus aſſero inſcribendum eſſe. Feci igitur in Aphoriſmos commentariorum libros ſeptem. In li-
brum, De fracturis, tres. In librum, De articulis, quatuor. In Prognoſtica, tres. In librũ, De diæta
in morbis acutis, tres quidẽ in eam partem, quæ citra controuerſiam huius eſt: [b] duos* uero † in
eã, quæ illi attribuitur. In librum, De ulcerib⁹, & illum De vulneribus cerebri, in utrunq; libros
ſingulos. Interpretationum porrò in Primum Epidemiarum libros tres ſcripſi, & totidẽ in Ter-
tium, in Secundum autem ſex, in Sextum octo, in librum uero, De chymis, commentarios tres,
quemadmodum in Prognoſtica, & Medicum vulnerarium, & in librũ De locis, aere, aquis: quẽ
ego, De habitationibus, & aquis, & temporibus, & regionibus inſcribendum dixi. In librum au
tem, De alimento, libros quatuor compoſui. Tum in libros, De natura hominis, duos. Quibus
iam abſolutis, cum audiuiſſem calumniari quoſdam hunc librum, tanquam adulterinum, cõmo
tus ſum alios adhuc tres libros conſcribere: qui huiuſmodi habent inſcriptionem, Quòd Hippo
D cratem in alijs ſuis ſcriptis concordem habere ſententiã cum eo, De hominis natura libro, appa
reat. Deniq; ad Hippocratem & illi pertinent, De diæta in morbis acutis, ſecundum Hippocra-
tem, ſimiliter & Expoſitio [d] † antiquarum apud eum dictionum, & liber contra Lycum, ſuper
Aphoriſmo, cuius initium eſt: Creſcentia plurimum habent natiui caloris, item liber contra Iu-
lianum Methodicũ, de ijs, in quibus Hippocraticos Aphoriſmos reprehenderat. Ad Hippocra-
tem & ille paruus liber faciet, in quo diſſero Optimum medicum eundem eſſe & philoſophum.
Qui libellus & breuiori titulo ſic inſcriptus eſt. *

De libris ad Eraſiſtratum pertinentibus. CAP. 7.

IN primum quidem Eraſiſtrati, De febribus, cõmentarios tres ſcripſi. [e] † Quorum tertio, De
febribus, præcipuæ cõmentationum therapeuticarũ Eraſiſtrati continentur. Ipſe uero thera
peuticus tractatus, De Eraſiſtrati therapeuticis ratiocinationibus inſcribitur, Quinq; aũt com-
mentarijs ille conſtat. Sunt præterea, & De Anatomia Eraſiſtrati, libri tres. Et De phlebotomia
duo, unus contra ipſum Eraſiſtratum, & alter contra eos, qui Romæ ſunt, Eraſiſtrateos ſcriptus.
Ad Eraſiſtratum & ille liber pertinet, in quo quærimus, Num ſecundũ naturã in arterijs ſanguis
contineatur, ſimiliter & ille, De uſu reſpirationis, & tres, De naturalibus potentiis: qui iudi-
cium omniũ eorum, quæ ab Eraſiſtrato in uniuerſalibus ſermonibus, de naturalibus operatio-
nibus

** Librum, & eſt Synopſis nuper impreſſa.*

A† *De ijs quæ in medicatrina fiunt, & ita inferius.*

B* *omnino eſt legẽdum, unũ, qui eſt quartus.*

C† *εἰς τὰ* [illegible] *id eſt, in ea, quæ adiecta ſunt. frequens eſt hæc dictio in Galeno.*

D† *τῶν παρ' αὐτῷ γλωττῶν.*

E† *Ad uerbũ. Tertij uero de febrib⁹ prima therapeutica tractationũ Eraſiſtrati ſunt commentaria.*

nib s ſcripta ſunt,continent. E

De libris,qui ad Aſclepiadem ſpectant. CAP. 8.

OCto quidem de Aſclepiadis dogmatibus inſcripti : exiguus uero alius De eſſentia animæ ſecundum Aſclepiadem,inſcriptus.

De libris contra Empiricos ſcriptis. CAP. 9.

DE Iſagoga Theodæ commentarij quinq;. De libris Menodoti Seuero,vndecim. De libris Serapionis contra Sectas, duo. Subfiguratio Empirica. De Medicinali experientia. De Empiricorum controuerſiis,tres a † Contra obiecta ad controuerſias Empiricorum:& Theodę capita commenrarij tres. In Librum Menodoti Seuero adhortatio ad b *Medicinale c † compendium Heraclidarum. De empirica ſecta,libri ſeptem.

De libris ad Methodicos pertinentibus. CAP. 10.

MEthodicæ ſectæ,ſex. Contra obiectiones Iuliani in Hippocratis Aphoriſmos.

De libris,qui ad demonſtrationes conducunt. CAP. 11.

POſteaq̃ oẽs mortales in quacunq; diſceptatione,& ſua ſe demonſtraturos, & alios cõfutaturos ꝓmittere ſolere aĩaduertiſſem,nihil prius, neq; ſtudioſius diſcendũ mihi Demõſtratiua F theoria duxi d † Quare mox philoſophos(nã illos docere eam audiebã, & ſi ulla alia Logicę philoſophiæ pars,hanc Demonſtrationũ,quarũ deſideriũ alijs ſe implere poſſe profitebant,eſſe iterum,atq; iterũ obſcruandã tradere)rogabã,quænam eſſet Methodus,quã edoctus aliquis, tum alterius diſputationes Apodicticas exacte dignoſcere,utrũ ueræ ſint illæ,uel in ſpeciẽ quidem, inſtar adulterinorũ numorũ apparentes,ſed ad ueritatem collatæ prauæ,tũ ipſe uia quadã inſiſtens,circa quodq; eorũ,q̃ inueſtigari ſolent,ad inuentionẽ eius peruenire poſſit. Ob hæc autẽ, cum deinceps me & Stoicorũ,& Peripateticorũ illis tẽporibus celeberrimis mãcipaſſem, diſcebam quidem Logicorum theorematum alia multa, ſed q̃ poſtea conſiderans inutilia prorſus ad Apodixes inueni. Videbam.n.inter illa,pauciſſimas eas eſſe quæſtiones, quæ utilitatem aliquã continerent,& ad potiundum propoſito ſcopo conſerre poſſent:quinimmo & controuerſa ab illis pleraq;,non nulla ẽt naturali rationi pugnãtia reperiebã.Quare profecto ad Pyrrhoniorũ ferè per p̄ceptores,hæſitantiã & ipſe recidiſſem,niſi Arithmeticæ,Geometriæ,c Dialecticæq; cognitione,q̃bus(ab auo ẽt proauoq; deſumptis)à patre iã ab initio inſtitutus ſuerã, tetentus eſſem.Cũ uero mecũ reputarẽ manifeſte ueras eſſe Eclipſiũ prædictiones,horologiorũ, Clepſydrarumq; inſtrã,quæq; alia iuxta Architectonicen inueniuntur,ſatius arbitrabar typorũ Geometricorũ demõſtratione uti:maxime cum eos ẽt philoſophos,qui dialectices callentiſſimi habebantur,non inter ſe ſolũ,uerumetiã ſibi ipſis diſcordare uiderem: quanquam ex ęquo omnes G Geometricas has apodixes cõmendarent. Vnde plenius ẽt cognoui abſtinendum eſſe ab illorũ dictis,ſequendos uero characteres illos,& lineares demonſtrationes. Diſcrepare quidẽ inter ſe dico ĩ logica theoria philoſophos,Peripateticos,& Stoicos, & Platonicos, à ſeipſis uero rurſus quoſq; priuatim in ſua.Et parua quidẽ inter Peripateticos diſcordia eſt, magna uero apud Stoicos,& Platonicos.Qui igit uolent in linearibus iſtis demonſtrationibus exerceri,conſulo, ut in ijs ipſi primum ſe inſtituant,poſtea uero noſtrũ legant De demonſtrationibus opus,quindecim libris expeditũ.Scripſi aũt,& alia multa meipſum exercitandi gratia:quorũ alia quidẽ in incendio illo,quo & tẽplum Pacis conflagrauit,pierunt:alia aũt amicis data,apud multos adhuc integra,quẽadmodũ & reliqua noſtra,extant.Eorũ aũt,quæ ſcripſi,cõmentariorũ quædã ipſe amicis dederã:quædã uero à domeſticis furtim ſurrepta,& euulgata ſunt,q̃ deinceps ab alijs, q̃ habebant,accepi.Quo q̃dẽ in numero ſunt Tres illi in Ariſtotelis De Enunciatione librũ,cõmentariorũ libri·& quatuor itẽ in Priorẽ De ſyllogiſmis:ſimiliter & in Poſteriorẽ,pari numero.Inſcribunt aũt hos oẽs ferè hodie reſolutoriorũ priorum: quemadmodũ illos de demonſtrationibus,reſolutoriorũ poſteriorum.Ipſe ſanè Ariſtoteles illorum tanquam de Syllogiſmo,horũ aũt H tanquã de Demonſtratione ſibi ſcriptorum meminit. In quos quidem utroſq; & noſtra extant cõmentaria,ſex in f *priores,quinq; in g * poſteriores. Horũ igitur cõmentariorũ nullum ad editionem ſcripſeram:quemadmodũ neq; ſex illos in Theophraſti librum, quem De affirmatione & negatione inſcripſit.Cõmentaria quoq; in librum Eudemi De dictione, antea alijs me rogitantibus,ſcripſeram. In decem uero categorias ipſe quidem commentationes nullas feci, neq; mihi,neq; alijs unquã tale aliquod cõmentariolum paraui.Vnde,cum poſt aliquando rogaret à me amicus quiſpiam in eum librum ad earum diſputationum ſolutionem Commentationes, uti tãtum ijs iuſſi,quæ à præceptore fuerant iſtum in librum prælecta: aut omnino ſimilibus,ex aliorum cõmentariis,ſicuti Adraſti & Aſpaſij erant. Cæterum & puer adhuc, cum ſub patre inſtituerer,iſq; mihi poſt Logicam theoriam, Chryſippi & celebrium Stoicorũ libros propoſuiſſet,in illius tum ſyllogiſticos libros commentaria conſcripſi.Quæ ipſa quoq; poſtmodum apud multos fuere,Pergami cum alijs quibuſdam lucubrationibus,quę iuuenis ſcripſerã,relicta:atq; per familiarem poſtea rogantibus quibuſdam communicata. Quæ uero ipſe poſt tractationem de demonſtratione elaborata latius ſcripſi,cum in illis breuiter eſſent dicta, noĩatim hæc ſunt.

De requiſitis

A † Alexan ſeguis. contra ea quæ ſcripta ſunt aduerſus libros De controuerſijs Empiricorum. & de Iſagoge Theodæ, commentarij tres.

*B * Medicinã.*

C † Compendium librorũ Heraclidis.

D † Aduerbum ſere. Penique à philoſophis,(nã illos docere eã audiebam) ut,ſi quid etiã aliud in logica parte philoſophiæ doceretur, eius partis fragmenta in aliud tẽpus ſeruarent, docentes prius ſedare cupiditatem, quæ circa demonſtrationẽ erat:quę certe methodus eſt, quã qui didicerit,tũ, dum alter dicit rationem demõſtratiuã, exquiſite cognoſcet, utrum re uera eſt eiuſmodi,an(veluti numiſma adulterinũ) probata quidem ſimilis uideatur, re uera tamen praua ſit:tũ ipſe uia quadã &c.

*E * Logiſtica.*

*F * Priorem.*

*G * Poſteriorẽ.*

A De requiſitis ad demonſtrationes,liber unus.De ijs propoſitionibus,quæ in dictione demõſtrationũ omittuntur,liber unus.De ęquipollẽtibus propoſitionibus,liber unus. De demonſtrationibus ꝑpter quid,unus. De numero ſyllogiſmorũ,unus.De Exẽplo libri duo. De Inductione, liber unus. De*Imagine,unus.De ſimilitudine,libri tres.De ex hypotheſi principiis, liber unus. De generis,ſpeciei, eorũq; coniugatorũ ſignificatis ex*propria uoce,liber unus.De poſſibili.De ijs,quæ multipliciter dicuntur,libri tres.De iis,quæ in artibus cõmunia ſunt,& ꝓpria,unus.De euertentibus ſe ipſas orationibus,unus.De contingentibus propoſitionibus,unus. De ſyllogiſmis ex miſtis propoſitionibus,unus.Quo modo diſcernenda ſit negocialis quęſtio à nominis & ſignificati quæſtione,liber unus.De Clytomacho,eiusq; demonſtrationũ ſolutionibus. De cõr* oratione, libri duo. De optimo docendi genere, † contra Phauorinum. Pro Epicteto contra Phauorinum, ‡ unus. De uſu ſyllogiſmorum. De uſu in ſyllogiſmos, theorematũ libri duo. De optima ſecta,liber unus.De nominum rectitudine.libri tres.De eo,quod eſt,unumquodque, & unum eſſe,& multa.Quòd ad oppoſita unũ,& idem ex neceſſitate cõſequi impoſſibile ſit,unus. De demonſtratiua ſecta,unus. [a] † De vi,& contẽplatione Logicæ,unus.Dialogi ad philoſophũ, [b] †& liber alius ab eo,qui eſt‡de communibus notitiis.Contra eos,qui omnem calumniandi oc
B caſionem ex uerbis aucupantur,liber unus.

[c] † De ijs,quæ propria,& communia ſunt in artibus.‡ *CAP. 12.*

DE artium conſtitutione,libri tres.De ſignificatis generis,ſpeciei,& his adiacentium ex*propria uoce.Compendium Demonſtratiuæ theoriæ,unus.De diſcernendis dogmatum controuerſijs.Quòd ſæparari à prima ſubſtantia quãtitas non poſſit,liber unus.De priore,unus.De demonſtratione per impoſſibile,unus.De ijs,quæ ſui cauſa fiunt,unus. De multipliciter dictis, duo.De nominis,& ſignificatorum quæſtione.

Quæstiones autem moralis philoſophiæ quantũ mihi uidebatur,infraſcriptis libris expoſui. *CAP. 13.*

DE ſuis cuiq; paſſionibus,& uitiis dignoſcendis curandisq;,libri duo. De moribus,quatuor. Cõtra Phauorinũ pro Socrate.De indolentia,unus.De fine philoſophiæ,unus.De congreſſu auditores*oſtẽtantium.unus.De [d] furtim legentibus unus.De pœnis,& peccatis exæquãdis, unus.De cõſolatione,unus.De Diatriba in aula Menarchi,ad Bacchidem,& Cyrũ,unus.Quale genus congreſſionis obſeruari debeat in Dialogis,unus.Cõtra forẽſes rhetoras,unus. De uoluptate,& [e] *labore unus.De iis,q̃ unũquodq; uitæ ꝓpoſitũ cõſequuntur. Concionum contra ſectas,un⁹. De cõcordia,unus.De pudore,duo libri.Cõcionũ cõtra adulatores,duo.De Calũnia:
C in quo,& de priuata uita tractaẽ.Chroniſci ſeptẽ,ĩ uno uolumĩe.Cõcionũ cõtra ſectas habitarũ ſub Pertinace,un⁹.Quaten⁹ ſit honor,& gloria apud uulgus,ꝓſequẽda. De teſtamẽtis cõdẽdis.

De pertinentibus ad Platonicam philoſophiam. *CAP. 14.*

DE ſecta Platonica, liber unus. De modice dictis in Platonis Timæo, libri quatuor. Ad amicos,ſiue Plato,[f] †De iis,qui ſuis tribuunt,libri tres.De logica theoria ſecundum Platonem. Cõpendii dialogorũ Platonis libri octo.De egreſſionibus,q̃bus in Philebo Plato uſus eſt,unus. De animæ partibus,& potentiis,libri tres. Quòd animi mores temperaturas corporis ſequanẽ, libri duo.Et alius quidam, qui aliter editus eſt.De Hippocratis & Platonis dogmatibus nouẽ.

De ſpectantibus ad Ariſtotelicam philoſophiam. *CAP. 15.*

COmmentariorum in librum de Ennũciatione libri tres. [g] † In priora Analytica, libri ſex:in poſteriora,quinq;.‡In decẽ prædicamẽta,cõmentaria quatuor In librum Theophraſti, De affirmationẽ,& negatione,commentaria ſex.In librum quot quidq; modis dicatur commentaria tria.In primum mouens immobile.In librum De dictione Eudemi,libri tres. De demonſtrationibus propter quid,unus.De contingentibus propoſitionibus,& ſyllogiſmis,unus. De ſyllo
D giſmis ex miſtis propoſitionibus,unus. De fallaciis,quæ in dictione conſiſtunt.

De pertinentibus ad Stoicorum philoſophiam. *CAP. 16.*

DE Logica theoria ſecundum Chryſippũ,libri tres.Chryſippi, Syllogiſticæ primæ,libri tres: Secũdæ,unus.De logica facultate,& theoria, [h] ſeptẽ.*Quòd Geometricæ reſolutiones pręſtantiores,quàm Stoicorum,liber unus.De uſu theorematum in ſyllogiſmos, [i] unus.

De ſpectantibus ad Epicuream philoſophiam. *CAP. 17.*

DE fœlici & beata uita ſcd'm Epicurum,libri duo.De uoluptatis imbecillitate* ſecundũ Epicurum,duo.Quòd effectiua uoluptatis imperfecte ab Epicuro ſint expreſſa,unus.De uoluptuaria ſecta.Num Philologia morum ſtudio conſerat,unus. De illis, [k] qui Sophiſtis conuerſantur,unus.Metrodori epiſtola ad Celſum Epicureum.Epiſtola Pudentiani Epicurei.

Quæ communia grammaticis,& rhetoribus. *CAP. 18.*

DE uocabulis Atticorum ſcriptorum,libri.xlviii.De Forenſibus uocabulis apud Eupolidem, libri tres.De forenſibus uocabulis apud Ariſtophanem,libri quinq;. De Forenſibus uocabulis apud Cratinum,libri duo.De exemplis uocabulorum Comicis propriorum, unus. Num utilis iis,qui erudiuntur,lectio ueteris Comœdiæ.Contra illos,qui inceſſunt ſolœciſſantes uoce,libri ſex*.Electus Atticorũ,unus.De perſpicuitate,& obſcuritate. Num idem poſſit eſſe Criticus,& Grammaticus,liber unus.

GALENO

*Eicot.
*λόγω.
† *Al. contra Fauorinũ pro Epicteto.*
A † *De logica facultate, & contemplatione, ſeptem.*
B ‡ίδίως τῇ.
C † *Quidam arbitrantur hæc eſſe in contextum reponẽda. Video equidem in his quatuor, uel quinq; lineis titulum librorum mentionem, a Galeno fieri quorũ tamen in hac eadem pag. ſub litera A meminerat.*
D*γλῶσσα.
E*πόνω.
F † *Al. De proprijs opinionibus libri tres.*
G † *Sunt qui uertãt.in priorẽ priorũ analyticorũ, quatuor. In poſteriorem, libri item quatuor. In priorem poſteriorum analyticorum ſex. In poſteriorem quinque.*
H *Al. unus.
I *Al. duo.
K † *Al. quæ cõtra ſophiſtas ſunt.*
*Al. ſeptem.

GALENI DE ORDINE LIBRORVM SVORVM LIBER AD EVGENIANVM

A Ioanne Fichardo Francofordiano olim latinitate donatus, poſtea uero ad græci exemplaris fidem ab Auguſtino Gadaldino aliquot in locis emendatus.

REcte tu quidem mi Eugeniane facis, quis librum à me,ordinem cæte
rorum,qui ſcripti ſunt mihi,librorum exponentem efflagitas. Illorũ
* πραγματεία. nanq; omnium neq; ſcopus idem,neq; uis,neq; *tractatio eadem eſt. F
Etenim quoſdam,ut noſti,amicis me id rogitãtibus ſcripſeram,eorũ
ſolummodo captum conijciens:quoſdam uero tantũ Introducendis
adoleſcẽtibus deſtinaueram. Mihi aũt neutrobi fuit interim propoſi
tũ uelle iſtos hominibus ſucceſſiue,ac ueluti per manus tradi,ut futu
ris etiam ætatibus poſt meum obitum conſeruarentur,ꝙ uidebã nec
eos admodũ,ꝗ in ſuperioribus tẽporibus ſcripti fuerãt, curæ multis
eſſe.Admirant enim nũc alii alios,& medicorum,& philoſophorum,
licet illi nec ſuã ipſorũ profeſſionẽ,ullamve demonſtrandi ſcientiam ſatis teneãt,aut falſos à ue
ris diſcernere ſermonibus nouerint: admirant tñ,uel ꝙ patres ipſis fuerint empirici,aut dogma
tici,aut methodici:vel ꝙ præceptores,vel ꝙ amicos habeant:uel deniq;,quod maioris eos in ur
be gloriæ,& exiſtimationis ſectæ ſuę nomine eſſe uideant.Sicuti in philoſophia quoq; alius aliã
ob cauſam ſibi aliquã ſectam eligit,Platonicis,aut Peripateticis, aut Stoicis,aut Epicureis ſeſe
adiungens.Et hoc tpe,ex quo ſucceſſio ẽt eſſe cœpit ſectarũ,eam pleriq; profitentur,in qua fue
runt à pueris enutriti, maxime cum iam aliã uitæ formam, quam ſequantur,habeant nullam.
Quare,cũ ipſe ſic mihi pſuaſiſſem,ne quidẽ,ſi ipſas nunc muſas librũ ſcribere contingeret,acce G
ptiorẽ multo futurum illum uel indoctiſſimi alicuius hominis ſcriptis, cupiebam ſanè mearũ lu
cubrationum nihil in uulgus editũ.Quando uero apud multos iã illæ extabãt, me inuito adeo,
(quod quidem ſcis)ſi quid erat reliquum cõmentationũ mearum,grauatim profecto amicis im
pertiebam.Cõpulſus itaq; ſum propterea,ut librum De optima ſecta conſcriberem, non quidẽ
qualem iam antea ſuperiorum medicorum philoſophorumq; multi ſcripſerant,ſuam nomina-
tim ſectam extollentes,laudibusq; uehentes,ſed quo eam ſolam demonſtrarem uiam,qua quis
inſiſtens,optimã ſectam uel ad medicinam,uel ad philoſophiam,aut aliam quamcunq; artẽ cõ
ſtitueret. In eo uero libro dictum,demonſtratumq; eſt mihi id,cuius paulo ante mentionẽ feci,
Demonſtrationum primum eſſe peritum illum debere,quicunq; ſectarum rectus eſſe iudex cu-
piat.Neq, tñ hoc unum ſufficit,ſed & affectiones præterea,quatenus amant,aut oderunt ſectas,
cum exuere conuenit,ne,ueluti multi,circa illa excæcetur. Qui enim ſcpoſitis his,uel iuxta de-
monſtratiuã methodum inueſtigabit ueritatẽ,uel de aliorũ dictis iudicabit,is demum ſolus eã,
quæ eſt optima,ſectã inueniet.Noſti uero,& tu,quàm ex medicis,philoſophisq; multi,cum de-
monſtratiuam methodum nihil exercuiſſe coarguantur,in cõtrarias uias deflexerint,quibuſdã H
ex his Apodixim omnino negantibus,quibuſdam uero adeo concedentibus,quòd etiã natura
eam omnibus uſq; eo notam dicerent,ut neq; diſciplina ad hãc,neq; exercitatione opus habea
mus.Quibus quis tandẽ reſpondere dignetur eo ſtuporis deuenientibus? Sed hic aliquis forte
illorum(ut ſunt plerique audaciſſimi,præſertim in iis,quæ maxime ignorãt) mecum pugnabit;
meq; maioris arguet audacię.Ne igitur audiam talia,apudq; alios defendere me neceſſe habeã,
ſtatueram nihil uelle librorum edere.Verum,cum illi,quos amicis deſtinaueram, ad plures iam
perueniſſent,cogebat ſane neceſſitas propter eoſdem de optima quoq; ſecta commentari. Eius
autem tractationis cauſa in eo tum mihi libro ſatis dicta eſt.Hos igitur ſi quis omnium primos
legere uoluerit,recte prudenterq; fecerit.Quòd ſi perſuaſus his ille ante, quàm ad diſciplinam,
iudiciumque ſectarum omnium ueniat, demonſtrationum etiam peritus eſſe cupiat, habet de
demonſtratione tractationem à nobis deſcriptam.Ex qua ille ſi non methodos ſolas percipiat,
ſed ſecundum eas etiam ſe in omni rerum ſylua exerceat, ueritatem inueniet. Quod fiet,ſi,&
eius rei ſtudioſus accedat,neque temeraria affectione ſibi aliquam deligat eorum inſtar, qui in
Equeſtribus ludis diuerſorum colorum ſtudio, citra rationem ducuntur. Idem uero hic, ubi
quos ſupra commemoraui, aggreſſus fuerit, abſque negocio, quæ uel uere illis cognita,
uel falſo fuerint recepta, diſcernet. Quare noſtrorum quidem librorum unum hoc ini-

tium eſſe

A tiũ eſſe lectionis debet illis hominib⁹, qui & natura dociles, & alioq uerítatis ſunt ſtudioſi. Por-
rò autem citra hãc, ſiquis & noſtram ipſorũ uitã, & clara artis huius ſacta, q̃ forte apud ægrotos
deſignarim, ſuerit expertus, ut ſit perſuaſus uel ex animi mei moribus, q̃ neq; inuidia, neq; cõtẽ
tione, neq; temerario quodã amore, quo erga Sectã aliquã ſim affectus, agi oĩa, aut ex operibus
deniq; meis circa hanc artem mihi elaboratis, ut dogmatũ ueritati reſpondent, & præter Apo-
dicticã illam cõtẽplationẽ, poterit ſauè is libris noſtris iuuari. Et quãquã id nõ per exactã rerũ
cognitionẽ, (iſta enim ſolis illis demonſtrationibus paratur) per opinionem tñ rectam conſeque
tur, qua de ueteribus merito dictum eſt, † quorum acta nouimus, nihil moramur ſcientiam, licet
ei legitimum illud, ſolidumq; abſit. Leget igitur is illa primum omnium, quæ ſunt introducen-
dis ſcripta, librũ uidelicet De Sectis, qui eo ẽt titulo eſt inſcriptus, De Sectis pro Introducẽdis:
& illum, De pulſibus pro Introducendis: Tertio, De oſſibus librum, & ipſum Introducendis in-
ſcriptum: qui inter Anatomicos primus eſt. Qui uero totam anatomes notitiã ſibi cõparare uo
luerit, is ante alios ad librum anatomicarum adminiſtrationũ accedat: tradit enim is omnes in
Anatomia apparentes particulas: cuiuſq; magnitudinis, ſitus, formæ cohærentiæ, coloris, & ſo
cietatis ad inuicẽ ſint, oſtẽdit. Qui aũt in Anatomiarũ inſpectionibus exercitatus fuerit, earũ de
B inceps operationes diſcet, alias quidẽ Naturales, tribus à me libris expoſitas, & De potẽtiis na
turalibus inſcriptas: alias uero Aĩales dictas, in aliis pluribus à me tractatas. Quas pcedit liber
De Anatomia mortuorũ. Hũc aũt duo ſequunẽ De ſectione uiuorũ: & eos rurſus alii duo De ſe
ctionis cõtrouerſia. Poſt hos ſunt tres illi De motu thoracis, pulmonis. Duo itẽ De cauſis reſpi-
rationis. Poſt quos ẽt, libri quatuor De uoce. Ex hoc genere ſunt libri quoq; De motu muſculo
rũ: & q̃ De uocabulis tradidi. Et uero, q̃ De demõſtratione elemẽtorũ tradunẽ, nõ oĩa ſum in li
bro executus, ſed quatenus ipſe Hippocrates uſus fuerat. Quòd ſiquis abſolutiſſimã elemẽtorũ
corporis noſtri cognitionẽ requirat, legẽda ſunt illi, q̃ in Decimotertio Demonſtrationũ libro,
& in q̃nto, & ſexto De Aſclepiadis dogmatibus à nobis expoſita ſunt. Præterea, q̃ De purgãtiũ
medicaminũ potentiis ſcripſimus Diſſeruimus ẽt q̃dã in eo, quẽ De elementis ſecundũ Hippo
cratẽ inſcripſimus, cõmẽtario. Scorſim deniq; in alio quodã libello ea de re tractauimus. Poſt li
brũ uero De elemẽtis ſcd̃m Hippocratẽ, ſequunẽ De tẽperaturis libri tres: Et eos rurſus tracta-
tus De ſimpliciũ medicaminũ facultatibus: hunc aũt alter ille De cõpoſitione medicamentorũ
tractatus.[a] † In prioribus igitur de proprio aĩalibus temperamento, & cuiuslibet indicio: in po
ſterioribus aũt de pharmacorũ temperamento diſſeritur. Si porrò q̃s poſt duos illos, aut tres, uo
C luerit uel eũ De optima cõſtitutione corporis, vel De bona habitudine, uel De inæquali tẽpera
tura libellũ legere, cõueniẽter, nec ſine ordine id fecerit. Parui quidẽ ſunt illi admodũ, & amicis
tñ ſic exigentibus conſcripti, ab illis uero in plures deinceps euulgati. Nã, & eorum facultas in
tractatu de ſanitate tuenda continetur, in quo differentiæ conſtitutionis corporis noſtri. *

† Ipſam ad acti-nes quidẽ mihi. eſſe inferiorem ſcientia, ei tamẽ abeſſe legitimũ, & ſolidum.

A † Locus in cod. græcis corruptus. in prioribus igitur duobus tradũtur * hominum * tẽperatura cũ Propijs ſingulorũ iuditijs. in * tertio autem, de pharmacorum tẽperamẽto diſſeritur ſi-ne igitur poſt duos, ſiue poſt tres legere quis uoluerit, librum de optima corporis cõſtitutione, & librum de bona habitudine, & librum de inæquali intemperie, conuenienti ordine id fecerit. Parui, &c.

Hic deſiderantur multa.

Explanationũ, tum quæ recte dicuntur, tum, quæ nõ præexercitato in noſtris tractationibus.
Habebis præterea, & noſtros in quædam Hippocratis commentarios: qui quando iam partim
ſcripti ſunt, ẽt reliquos adiicere tentabo: quod oĩno q̃dẽ, ſi uixerimus, fiet. Sin autem ante, quã
utiliſſima uiri illius ſcripta expoſuerim, uita excedã, habebunt tñ ſtudioſi eius ſñiam, meaq; ut
dictũ eſt, opera unà cum iis, q̃ nunc extant, cõmentarijs. Atq; utinã Pelopis mei præceptoris, &
Numiſiani (pauca enim illorũ ab interitu adſeruata ſunt) & præterea Sabini, Ruſique Epheſij, in
Hippocratem interpretationes oẽs haberenẽ. Quintus aũt, eiuſq; diſcipuli, uiri illius ſententiã
nõ planè ſunt aſſecuti: unde factum, ut in ſuis expoſitionibus multoties aberrarint. Lycus aũt re
prehendit quoq; non nunquam Hippocratẽ, mẽdaciiq; illum (cuius tamen non intelligit dog-
D mata) arguit: nota enim paſſim eius Cõmentaria ſunt. Noſter uero præceptor Satyrus, (nã huic
primo cõuerſati ſumus, poſtea uero Pelopẽ audiuimus) non eaſdem Lyco Hippocraticorum li-
brorum expoſitiones faciebat. Confitetur uero Satyrus diligẽtiſſime ſe Quinti dogmata obſer
uare adeo, ut nec addere q̃d illis, nec demere uellet. Nã [b] * Ephicianus aliquãto ẽt magis ad Stoi
corum ritum conceſſit. Nos aũt, cum poſtea audiuiſſemus primo Satyrũ Quinti interpretatio-
nes recitantẽ, deinde quædã ẽt Lyci legiſſemus, utrũq; reprobauimus, ut qui Hippocratis ſentẽ
tiam non exacte perceperit: melius enim intellectus eſt à Sabino, & Ruſo. Quod facile quidem
iudicare poterit, qui in noſtris fuerit commentariis præexercitatus, ex quibus, & quæ bene re-
cteq; dixerint, & ubi lapſi fuerint, cognoſcet. Sed de interpretationibus in Hippocratem iam ſa
tis dictum: quare ad reliqua noſtra uolumina, quæ ad rem logicam pertinent, pergamus. Ex illis
autem tibi quidem, mi Eugeniane, & quotquot uni medicinæ ſtudent, ea, quæ De demonſtra-
tionibus ſcripſimus, ſufficere poſſunt: aliis autem, quicunque philoſophiæ ſe addixerunt, cæte-
ra quoq; legenda ſunt. Niſi ſi quis fortaſſe utraſq;, & medicinæ, & philoſophiæ theorias commo
de, beneq; poſſit perdiſcere: eum uero, & ingenioſum, & memorem, & laborioſum eſſe opor-
tet, præterea eam ſortitum ſœlicitatem, quæ nobis contingit, qui ſub patre docti, arithmetica,
[c] * logica, grammaticaque ſumus inſtituti: in hiſq; [d] humanioribus diſciplinis uſq; ad ætatis an-
num

B * Al. Iphicianus.

C * logiſtice habent cod. manuſcripti, & ita omnino legendum uidetur.

D * ταῖς, ſ. pueritia.

num decimumquintum enutriti,ad dialecticamq; ab illo contemplationē,ut ſoli deinceps philoſophiæ uacaremus,perducti ſumus. Annum poſtea decimumſeptimū agentem claris inſomniis monitus ad medicinā me perduxit,ut cū philoſophia illam coniungerem. Talem uero ego meam fœlicitatem quanquam maiorem etiam redderem, ꝙ citius, meliusq; reliquis omnibus, quæcunq; docebar, diſcerem, niſi tñ per uniuerſam adeo uitā in illis medicinæ, philoſophiæq; theorematibus me diligenter exercuiſſem,nihil ꝑclarum,excellensq; eram conſecututus. Quapropter mirū non eſt in tanta hominum multitudine,qui in medica,& philoſophica exercitatione,ſtudioq; uerſantur,nō inueniri,q recte in illis profecerūt. Aut enim natura parū ad eas ſunt appoſiti: aut non,ut conueniebat,ſunt inſtituti,aut ſtudiis nō fideliter,ſeduloq; inſtiterunt: ſed ob ciuilia negocia,ab his diſceſſerunt. Et hæc quidē obiter nobis dicta ſint, quanquā non oīno ꝑter rem. Poſt eos igitur De demōſtratione libros,noſtras philoſophicas theorias legere oportet. Quæ uero illarū ſubiecta,& quot ſint,in unaquaq; earū ſcripſimus,& in eo libro demōſtrabitur,in quo oīum librorum meorū conſcriptionē faciam. Quoniam aūt me de tractatu, in quo uſurpata apud ſcriptores Atticos noīa ſecundū ordinē primarū in ipſis literarū ex eorū ſcriptoribus collecta ſunt,rogaſti,quæ iam antea tibi reſpondi, operæprecium arbitror hic etiā tibi cō memorare. Nā compertum habeo alios quoq; multos,quod nā eius libri ſit argumentū,quærere. E F

† Et quidem in eo tractatu nō hoc agimus,quod hoc noſtro ſeculo multi, qui omnibus Attice loquendi ſynceritatē imponunt,ſiue illi Medici,ſiue Philoſophi,ſiue Geometrici, ſiue Muſici,ſiue Iuriſconſulti,aut nihil ēt horū,ſed alioqui,uel opulenti, vel diuites ſint: uerum cōtrarium intendo,neminē prorſus ob *orationis ſolœciſmos eſſe reprehendendū,inceſſendumve. Præſtat etenim *lingua,ꝗ uita,ſolœciſmos,barbariſmosq; cōmittere. Quin & libellus aliqū mihi ſcriptus eſt cōtra eos,qui in ſolœciſſantes uoce,inuehuntur: tm̄ abeſt, ut eruditionis eſſe partē aliquam Atticiſmos aſſerā. Præterea quoq; propter multos & medicorū,& philoſophorum, quorum alij noua nobis græcorū uocabulorū ſignificata præſcribunt, alij aliud. * Cōmentaria uocabulorū octo ac quadraginta libris cōſcripſi, ex Atticis illa ſcriptoribus cōgerēs, queādmodū ēt alia ex comicis. Quod opus mihi,ſicut recenſui,ſcriptum eſt propter ſignificationes. Illud autem qui legent, ſimul & Atticorum noīum notitiā adipiſcentur: quæ ipſa per ſe quidem nihil magno ſtudio dignū habet. Sed & alius à me tractatus, De uocabulorum rectitudine editus eſt propter illis perperam utentes: quem ſanè,uel primum omnium diligentius euoluere fuerit conſultum.

† Clarius, neq; n. hoc nos nolumus, quod nō nullis nūc iubēt omnes uoces atticiſſare.
*vocis.
*voce.
*explanationē.

GALENI DE SECTIS AD EOS QVI INTRODVCVNTVR

Horatio Limano interprete

Denuo emendatus.

Quid Empirici, & Rationales medici differant. CAP. I.

ID ſanè,quò medicina intēdit, ſanitas eſt: hāc ipſam uero parare artis eiuſdem finis eſt, quibus autē rebus, aut abſens comparetur ſanitas, aut eadem conſeruetur præſens,cognoſcant medici,neceſſe eſt: uocāturque ea,quibus abſens illa creatur,remedia,auxiliaq;: quæ uero ꝑſentem eandem cuſtodiunt, ſalubris ratio uictus: quapropter ars ipſa medendi ſalubriumq;,inſalubriumq; ſciētia ab antiquis ſcriptoribus dicta eſt: qui ſalubria dixerunt, & quæ præſentem ſanitatem conſeruant,& quæ eandem corruptam reſarciunt: inſalubria uero,quæ illis contraria ſunt: utraq; enim cognoſcant medici,neceſſe eſt, ut illa eligant, hæc autem effugiant. Vnde uero harum rerum parata ſcientia ſit,non itidem inter omnes conuenit,ſed alij ſolam experimentorum notitiam arti ſatis eſſe dicunt: aliis autem non parum ratio in artem eandem conferre uidetur: nominanturq; qui á ſola

experimentorum

A experimentorum notitia procedunt,nomine ab empiria,hoc eſt experientia, deducto, empirici:eodemq; modo,qui ratione ducuntur,rationales:duæq; ſunt hæ primæ in arte medendi hæreſes:altera,quæ per experimenta ad inuenienda medicamenta procedit:altera,quæ per indicationem:illisq; impoſuere nomina,empiricam,rationalemq;: empiricam autē nominare Græci ſolent τηρητικὴν, & μνημονευτικὴν, hoc eſt obſeruatricē, memorēq;:rationalē vero δογματικὴν, & ἀναλογιστικὴν, hoc eſt dogmaticā,& ratiocinatricē: ac viris quoq; perinde,atq; hæreſibus, dedere nomina:empiricus tiriticusq;, & mnimoneutic⁹,hoc eſt empiricos,obſeruatoresq;,ac memores eorū,q̃ euidētia ſunt,vocātes eos,q̨ ſibi experiētiā elegerūt:logicos aūt,dogmaticosq;, & analogiſticos,hoc eſt rationales,dogmaticosq;,& ratiocinatores,eos, quibus admiſſa rō eſt.

De arte Empiricorum. *CAP. 2.*

ARtem uero empirici ſic conſtitutā dicunt.Cū multi uiſi ſint affectus incidere, alij quidem ſpōte,ægris hominibus,ſanisq;,ut ſanguinis fluxus è naribus,aut ſudores,aluive ꝓfluuia, aut quæ ſimilia ſunt,iuuantia,lædentiaue,non quæ tamen efficientem cauſam ſenſu deprehenſam haberent:alij autem,quorum cauſa euidens eſſet,euenire uiſi ſint, nō ea tamē è noſtro inſtituto,ſed q̃ ſortuito incideret,ut cuipiā lapſo percuſſove, aut aliquo aliter mō uulnerato ſan-
B guinē cōtigit effluere, frigidāq;, vt cupiditati obſequerēt,in morbo ſumere,vinūve, aut aliq̄d generis eiuſdē,quæ ſingula in utilitatē,noxamve deſinerunt,quæ quidē è primo genere iuuantia,lædentiave ſunt,naturalia uocarunt:quæ uero è ſecundo,fortuita : primāq; amborū faciē, caſum appellarunt:vt ex eo nomē imponerēt,ꝙ homines in ea incōſulto caderēt:qđ igitur experientiæ genus caſu uenit,huiuſmodi eſt.Quod aūt conſulto fit, cum aut inſomnijs hortantibus,aut aliunde ducto arbitrio ad experimētū uolentes uenerint.At uero tertiū experiētiæ genus,imitatorium eſt:cum rurſus in iiſdem effectibus ad ea experienda ducuntur,quę aut natura,aut fortuna,conſultove profuerint,obfuerintve: atq; hoc ipſum quidē eſt, qđ maxime artē eorū cōſtituit:nō.n.bis tantū aut ter,ſed ſæpius id,qđ ante profuit,imitari,idēq; in iiſdē affectibus,vt plurimū facere inuenientes,ac eiuſmodi memoriā præceptum uocantes, iam fidele id, artisq; partē ſtatuunt. ut autē multa eiuſcemodi fuere ab ipſis congeſta præcepta,id omne cōgeſtum medicina fuit:qui uero congeſſit,medicus:vocatumq; ab iiſdē eſt huiuſmodi congeſtū αὐτοψία,hoc eſt intuitus proprius,qui memoria quædam eſt eorū,quæ ſæpe eiuſdemq; modi uiſa ſunt:hoc idem etiā experiēnā nominarunt:eiuſdē uero narrationē hiſtoriam: hæc.n. eadem res ei,à quo obſeruata eſt,proprius eſt intuitus:ei autem,qui quod obſeruatū eſt didicit, hiſto-
C ria.Quoniam autem morbis quibuſdam interdū occurrebāt,quos ante non uiderant, aut quos nouerant quidem,ſed in eos bis locis ortos incidebant,ubi non erat, quæ experimento obſeruata eſſet medicamentorū ſacultas;certū inueniēdi auxilia inſtrumētū finxerunt,ad ſimile trāſitū:quo vtentes idē ſæpe auxiliū ab affectu ad affectū ſimilē transferūt,& à loco ad locū: itēq; ab auxilio ante cognito ad aliud ſimile tranſeunte:verbi gratia,ab affectu ad affectū,ſi ab eryſipelate ad herpetem ſe transferant:à loco uero ad locum,ſi à brachio ad femur: ab auxilio autē ad auxilium,ſi in alui profluuijs à cotoneo malo ad meſpilum tranſeāt : omnis autē huiuſmodi tranſitus,via ad inuentionem eſt,nondū autem ante experimentū inuentio, ſed quando iam, quod in ſpem uenit,experimento traditum eſt,id fidele iam tum teſte eodem experimento eſt, idq; nihilominus,quàm ſi ſæpe eodem modo ſe habere obſeruatum eſſet : id autem experimētum,quod tranſitum à ſimili ſequitur,exercitatoriū uocant, quòd exercitatū in arte eſſe oportet eum,à quo quidpiam hoc pacto inueniendum ſit.Superiora autem omnia experimenta ante notitiam experimentorum habita,quibus opus erat ad artem conſtituendā,hominis uel cuiuſcunque eſſe poſſunt. Hæc eſt,quæ per experimenta ad artis finem via eſt.

De arte Rationalium. *CAP. 3.*

D EA uero,qua per rationē proceditur,cum naturā corporis,quod curandū tentatur, diſci iubet,tū omniū cauſarū virtutes,in quas quotidie corpus incurrēs,ipſum ſe aut ſalubrius,aut inſalubrius redditur:iāq; poſt hæc aeris naturā,aquarumq;,atq; locorū, eāq;, quæ uitæ ſtudiis ineſt,quæ cibis,ac potionibus,nec nō aſſuetudinibus, ſcire medicū aiūt oportere, quo & morborum omnium cauſas,& facultates remediorū inueniat:isq; ſit,qui cōferre,ratiocinariq; poſſit huic generi cauſæ hanc uim habēs adhibitū medicamētū, ut certum aliquid efficiat, natura eſſe aptū:negant.n.illū inuenire poſſe remedia prius, q̄ in oībus his multifariā ſit exercitatus. Vt aūt ex breui exēplo rē totā cognoſcas,pone partē corporis aliquā dolētē,durā,renitētēq;, quęq; in tumorē ſublata ſit:hic cauſam medicus inueniat,oportet,primūq; noſcat,humido aliquo naturæ modum ſuperāte in partē prolapſo cā intumuiſſe, eodemque intēdente in dolorē inuectam:deinde uero,id ſi influat adhuc,fluxū ab eodē eſſe cohibendū:ſi nihil ſupereſt, educēdum id,quod ſit in parte cōtētū:quo igitur modo,quod influit adhuc,inhibebis,educes, quod in parte contētum eſt? ſi reſrigeres,adſtringasq; partem,inhibebis,quod influit : ſin eandē humectes,laxesq;,educes,quod cōgeſtum eſt:ſic illis in ipſo morbo eius,quod utile eſt, oritur indicatio:quam ſolam tamen ſatis eſſe negant,ſed aliā eſſe,quæ à potentia laborātis ſit, ab ætate aliam:quibus etiā accedit ea, quæ à propria ægroti natura ducitur, eodēq; modo à tēpore anni, lociq;

ni,lociq; natura,uitæq; ſtudiis,& aſſuetudinibus,è ſingulis propriā eius,quod conducat indica E
tionem oriri:verbi gratia,ut hoc etiā exemplo res magis innoteſcat,eſto,quē febris acuta occu
pet,cui tardi motus,grauisq; ſenſus corpori ſit,qui corpore tumidiori,q̃ ante,ac plenioti rubo-
re ſuffuſus,idemq; uenas habeat magis intumentes,cuiq; perſpicuum eſt copiam ſanguinis ho-
mini ſic affecto calidioris exuperare. Quænam igitur curatio eſt? nonne liquet euacuationem
eſſe?contraria.n.hæc multitudini eſt. Contrariaq; cōtrariorum remedia ſunt. Quo autē pacto,
aut quoad illa dematur,non poteſt etiā ex ſola cauſa cognoſci:cum inſuper virtutem oporteat,
ætatemq;,& anni tempus,ac regionem,cæteraq; paulo ante propoſita cōſiderare: nā,ſi ualidior
potentia ſit,ætasq; in cōſiſtendi vigore,ver,tempus anni,lociq; natura temperata,non tibi erra
re continget,ſi vena inciſa tantum ſanguinis mittas,quantū cauſa iubet emitti:ſin imbecilla vir
tus eſt,ætasq; aut pueri natu ad modum parui,aut ſenis in ſenium lōge prouecti,regioq; aut fri-
gore algeat,qualis Scythia eſt,aut calore exuſta ſit,qualis eſt,quam Aethiopes incolunt,anniq;
tempus uehementer,vel frigidum ſit,uel incaleſcat,nemo eſt,qui uenam diſcindere audeat: ita
iubent quoq; & aſſuetudines,& uitæ ſtudia,naturasq; corporum conſiderari,ex his enim omni
bus propriam eius,quod conferat ipſis,indicationem oriri.

Quo pacto eadem empiricorum,& rationalium medicorum remedia à diuerſis F
indicationibus oriantur. CAP. 4.

EX quibus aūt rebus indicatio naſcitur ijs,qui rationalem medicinā profitētur,ab ijſdē obſer
uatio eius,qđ utile ſit,empiricis eſt:eorum enim accidentium,q̃ ſuperius in febricitante re-
tuli,cōgeries,q̃ concurſus ab illis nominatur,exinanitionis admonet rationalem medicū,obſer
uationis memoriā ſuggerit empirico:nā,cum ſæpius iis,qui ſic affecti eſſent,exinanitionē uide
rit utilem eſſe,eandē,ſi utatur,ſperat hoc tpe quoq; prodeſſe:idemq; ab iis, quorum eſt ætas in
cōſiſtendi uigore,p ea,q̃ ſępius ab ipſo uiſa ſunt, ſat exinanitionis nouit ſine moleſtia ferri: ita
vere magis,q̃ æſtate:& ſi tēperata regio eſt:ſi uero ēt æger euacuādo corpori aſſuetus ſit,qualis
eſt,q̃ per hæmorrhoidas,aut quæ per nares euacuatio euenit, iccirco etiā plus ſanguinis detra-
hat ab ipſa rei natura profectus rationalis medicus: hoc idē uero empiricus faciat,qm̄ ſic ab ip-
ſo obſeruatum ſit:&,vt ſummatim dicā,eędē in ijſdem affectibus medelæ, & ab iis,qui rationē
profitentur,& ab empiricis medicis trahuntur: de modo inueniēdi eas inter eoſdē diſſenſio eſt:
ab iiſdem enim accidentibus,q̃ circa corpus apparent,oritur ijs,qui rationales ſunt,cauſæ indi-
catio,ex qua curationē inueniunt:empiricis aūt memoria repetuntur ea,quę ſæpe ſimili modo
obſeruata ſunt.Cum aūt nullum ex iis,q̃ apparent accidentia, rationales habent, ex quo cauſa G
pateat,tunc ſciſcitari cauſam procatarcticā,ideſt euidentē uocatā,nō dubitant: quale eſt,ſi ca-
nis rabioſus momorderit,uiperave,aut eius generis aliud:nā ulcus ipſum nulla re ab aliis ulceri
bus diuerſum p omne tp̄s,aut certe p initia apparet. Si.n.à rabioſo cane eſt,aliis morſu alterius
illatis ſimile p omne tempus oſtēditur:ſin autem id ab ictu viperę eſt,primis quidē diebus ſe cę
teris ſimile repræſentat:poſt aūt,ubi iam laborās ipſe grauiter habet,ei circa corpus affectus, q
dā ſuperueniūt pnicioſi:quippe caſus eius generis oēs,qui à peſtiferis uocatis animalibus eue-
niunt,niſi per initia protinus rectè curentur,eò deueniūt,ut ſumme pernicioſi ſint. Quæ igitur
recta curatio eſt?an ſcilicet uenenū extrahere, qđ unà cū ictu corpori percuſſo inhæſit? ideoq;
ad cicatricem perducere,claudereve,q̃ huiuſmodi ſunt,nō accelerāt,ſed contra agūt,eaque in-
ſuper minutim admodū ſæpe concidunt:iā iiſdem quoq;,quæ calida, acriaque ſunt,quibusque
attrahi uenenū,ſiccarique poſſit,medicamētis ob eandē cauſam utuntur. Adhibētur quoq; hæc
eadē ab empiricis medicamēta,qui nō duce natura rei ad ea inuenienda procedūt, ſed eadē, q̃
uſus oſtēderit,memoria repetunt:ut enim ipſis ex ętate,& anni tēpore,lociq; natura,cæterisq;,
q̃ memorata ſunt, per experimentorum notitiam curationis habebatur cognitio, ſic ex cauſis
quoq;,quas euidentes uocant,iiſdem cognita curatio eſt. Quòd ſi utraq; inueniendi uia mutuū H
inter eos conſenſum habuiſſet,nil opus illis longiori oratione fuiſſet.

Qua empirici,& rationales medici inuicem reprehendunt. CAP. 5.

QVoniā aūt experientiā accuſant ij,qui rōnalem artā profitētur,cāq; alij conſtitui poſſe ne
gant,alij mancā eſſe dicunt,alij artis expertē: cōtra aūt empirici rationē quidē probabi-
lē,vt q̃ tn̄ non uera ſit,accuſant,iccirco duplex utriſq;, longaq; admodū decurrit oratio,
cū alternas accuſationes,defenſionesq; adhibēt. Quæ.n.aduerſus experientiā ab Aſclepiade di
ſputata ſunt,qui fieri non poſſe mōſtrauit,vt ad eundē modum poſſet quicq̃ ſæpiſſime uideri,ne
que poſſe ulla ex parte cōſtitui eā, neq; aptā quidē ad minimū quidpiā inueniēdū eſſe uolunt:
Quæ aūt ab Eraſiſtrato dicta ſunt,q ſimplicia quidē atq; in ſimplicibus p experientiā confeſſus
eſt inueniri remedia(quale eſt ſtupori dentiū portulacā mederi)hoc idē uero cōpoſitis eſſe,atq;
in cōpoſitis negauit,eandē inueniendi quidē facultate nō ex omni parte carere,ad omnia tn̄ in
uenienda nō idoneā eſſe uolunt.Tum uero,q̃ explicata ſunt,hæc uero ab ijs, qui per experiētiā
quidē ea inueniri cōcedunt,hāc ipſam aūt,q infinita,longaq; ſit,&,ut eorū uerbo utar,ametho
dos,hoc eſt methodo careat,accuſant.Itaq; rationē inducunt ipſam,nō qualis cōſtitui,aut ſub-
ſiſtere nequeat,ſed quale aliquid eſt,quod ſine arte ſit,experientiam eſſe uolunt. His igitur, qui
adeo

A adeo uerbis inſultãt,reſpondent empirici,conanturq́; experientiã eiuſmodi eſſe monſtrare, ut
cõſtitutionem recipiat,ut,quod ſatis ſit,habeat,ut in ſe artẽ cõtineat:idemq́; rurſus multis mo-
dis ipſam ratiocinationẽ,hoc eſt analogiſmũ,reprehẽdunt:ut rurſus quoq; neceſſe ſit ijs,qui ra
tionalem diſciplinã profitent̃,ad ſingula reprehenſionis genera reſpondere. His.n.cũ ſe naturã
corporis,morborumq́; oĩum ortus,uireſq́; remediorum noſſe proponunt, tunc inſtãt empirici,
qui hæc oĩa iccirco crimini dant, ꝙ eatenus quidem procedũt, ut probabilia,uериſimiliaq; ſint,
nulla tñ eorum certa cognitio ſit:interdum ijdem, cum earum rerum cognitionem concedant,
eãdem tñ conantur inutilem eſſe monſtrare: interdũ,cum illis hoc ipſum dent,eam ſuperuacuã
eſſe coarguunt.Hæc ſunt,quibus inter ſe generatim empirici,rationaleſq́; certant. In quibus ẽt
oĩbus multa particulatim contẽdunt:quale eſt,quod in quæſtionibus,quas de rebus inueniẽdis
abditis tractant,alij corporum diſſectionem,indicationemq́;, ac dialecticam ſpeculationem lau
dant:hęc ſiquidem ipſis inſtrũ eſſe,quibus ea uenentur,quæ in obſcuro poſita ſunt.Empirici aũt
neq; inueniri quicquã membrorũ diſſectione concedunt, neq;,ſi fieret,id arti neceſſarium eſſe:
ac ne oĩno quidem indicationem eſſe, neq; aliud ex alio poſſe cognoſci,quia omnia poſtulẽt ex
ſemetipſis agnitionem : neque id,quod ſuapte natura abditum ſit,ullo ſigno indicari,ac nec ulli
B quidem arti opus dialectica eſſe. Dein aliquid contra dialecticas ſuppoſitiones dicunt,contraq́;
definitiones,ac ne eſſe quidem demonſtrationem pronunciant rei ullius,quę incerta natura ſit:
itemq́; de uitioſis demõſtrandi modis,quibus uti ſolent ij, qui rationalem medicinam ſequunt̃,
deq́; omni ratiocinatione loquunt̃:eamq́ue, qđ profitetur,iuenire nõ poſſe,eademq; nec artem
iam ullã conſtitui,neq; hominum uitam proficere:quem aũt epilogiſmũ græce uocant,quem ij-
dem euidentẽ rationem eſſe dicunt,utilẽ ad ea inuenienda eſſe,quæ opportuna latentia ſunt(ſic
enim iſti nominant,quę ſenſibilia quidẽ,non tñ adhuc euidenria ſunt)eundemq; ad eos arguen
dos utilem , qui contra euidentiã audent dicere : utilem quoq; ad oſtendendum id, quod inter
euidentia ꝑteritur:utilemq; ad occurrendũ ſophiſmatis,quiq; nunq̃ ab euidentia abſit,ſed cum
ea ſemper uerſetur:quod tñ analogiſmo id eſt ratiocinationi eſſe negant,ſed eã ab euidentibus
rebus initium trahere,deſinere in ea,quæ ꝑpetuo abdita ſint:ideoq; uarios eius eſſe modos, cũ
ab euidentibus ijſdem rebus alius ad aliud , quod abditum ſit , accedat, indeq; diſcordiam quæ
dijudicari nequeat,eſſe paratam,quam iudicium eſſe incõprehenſibilitatis dicunt: nã ijdem iſti,
quæ uera,firmaq́ue cognitio eſt,comprehẽſionem uocant:incomprehenſibilitatem uero,quod
ei cõtrarium eſt: itemq; incomprehenſibilitas ab ijſdem cauſa dicitur diſſenſionis,quæ iudicari
C non poſſit, rurſus aũt diſſenſio incomprehenſibilitatis indicium : quæ autem de rebus obſcuris
contentio eſt, eam poſſe iudicari negant, poſſe autem eam, quæ de perſpicuis eſt : in his.n.cum
ſingula,qualia ſint,appareant,ſi uera loquimur,ſic eſſe teſtificantur:ſi mentimur,coarguũt.Hęc,
ſimiliaq; innumera ſunt quibus empirici , rationaleſq; medici certant , à quibus eadem tamen
in ijſdem affectibus adhibetur curatio,ijs quidem,qui in hæreſi ſint ſua legitima exercitati .

De Methodicorum ſecta. CAP. 6.

QVi autem methodici uocantur, ſic.n.ipſi ſe nominarunt, quaſi rationales ij,de quibus ante
retuli, non ſe methodo dicant artem tractare , ij mihi nõ uerbis tenus uidentur ab antiquis
ſectis diſſidere,ſed ipſa ẽt artis opera multa inuertere:cum neque locum affectũ utile quip
piam ad curationem indicandam dicant habere,neque cauſam ipſam, neque ętatẽ, nec tempus
anni,neque regionẽ,denique nec uirtutem ægroti cõſiderandã,aut eiuſdẽ naturã, habitumve:
ijſdem uitę ſtudia,aſſuetudineſque reijciunt,cum ſe dicant eius,quod cõferat,indicatione con-
tentos,quæ ab affectibus ſolis trahatur:ac ne ab his quidẽ per ſpecies,ſed cõiter, & generatim:
ponantque,ac nominent morborum cõia ipſa hæc,quæ ubique in ſingulis affectibus ſunt.Iidẽ-
que conantur,alij morborum omnium,qui uictu curantur,alij oĩum abſolute cõia in morbis o-
ſtendere duo,itemque tertiũ aliud miſtum:illiſque impoſuere nomina adſtrictionem,profluuiũ
D que:ſic morbum oẽm aut adſtrictum dicũt,aut fluentem,aut ex utroque miſtum: ſi.n.naturales
ſuppreſſæ ſint corporum excretiones,adſtrictum uocant: ſin magis ferantur,fluentem: ſin autẽ
& ſuppreſſæ illę ſint,& ferantur,ea de re miſtionem oriri:quale eſt,ſi oculum inflammatio ſimul
fluorque occupet : nam ab inflammatione,quæ adſtricta affectio eſt, cum non ſola nunc,ſed cũ
fluore in uno eodemque loco orta ſit,totum ipſum affectũ miſtum effici . At uero indicationem
eius,qđ conferat,laxitatẽ in adſtrictis eſſe:in fluentibus uero compreſſionẽ: nam,ſi genu,uerbi
gratia,inflãmatione laboret,relaxare aiunt oportere : ſi fluat aluus cohibere, atque cõprimere:
in miſtis autem cõtra id inſtare, quod maxime urgeat: etenim,quod magis turbet,periculũque
inferat,hoc idẽ eſt,qđ illi magis occurrere uehemẽtiori malo oportere,q̃ alteri,dicunt. Cur igit̃
non ipſi ſe rationales uocarunt,cum præſidia per indicationẽ comparent? qm̃ inquiunt,rationa
les obſcura ſcrutantur,nos autẽ in rebus uerſamur euidẽtibus.Totamque denique ſectã ſuã ita
definiunt,vt eorum cognitio ſit quæ communia euidẽtia ſunt: quæ ne cæteris omnibus artibus
uideatur communis definitio(nam illas quoque eorum,quæ cõia euidentia ſunt,notitias eſſe pu
tant)addunt,ut ea ſint, quæ finem medicinæ ſequãtur:Eorumque aliqui,non quæ ſequẽtur,ſed
quæ eiuſdem fini conſentanea ſint,adiunxerunt : pars aũt maxima,hæc ambo componens,me-

ſhodum,inquit,notitiam eorum eſſe,q̃ cõia euidentia ſunt,eaq; medicinæ fini conſentanea,cõ- E
ſequẽtiaq;:quidam aũt,ut Theſſalus eſt,ſic,ut eadem proxima ac neceſſaria ſint ad ſanitatẽ. Ita
neq; rationales ſe nominari,non.n.ſe rebus obſcuris egere,ut illi,neq; empiricos uolũt,& ſi ma-
xime in euidẽtia uerſantur,ab illis.n.per indicationem eſſe remotos : ac ne modum quidem ip-
ſum, quo in euidentibus rebus uerſantur,cõem eſſe ſibi cum empiricis dicunt: illos.n.recedere
à rebus obſcuris, quia cognoſci non poſſint, ipſos aũt quauquam hoc idem, ſed tñ facere,quia
inutiles ſint:itemq; è rebus euidẽtibus empiricos obſẽruationẽ,ipſos indicationem habere.His
rebus igitur ab utriſq; dicũt ſe differre: maximeq; ꝙ anni tempora,ætatiſq;,ac regiones,quæq;
oĩa ſimilia ſunt,abſcindunt,q̃ manifeſte q̃dem inutilia ſunt,ut illi putant,ſed gloriæ gratia apud
priores medicos celebrata:eamq; maximam eſſe dicunt methodicę ſectæ uirtutẽ, gloriãturq; ea
com.1. Apho.1. Ext.or.fo.3,b de re,ſeq; admirabiles putãt : atq; eum,|qui uitam breuem dixit,artẽ lõgam,reprehẽdunt : rem
n.ipſam contra ex omni parte ſe habere,ut breuis illa ſit,uita longa: demptis.n.oĩbus ijs,quibus
ars iuuari falſo putatur,nobiſq; ea,quæ morborum cõia ſunt,ſola intuentibus,neq; longã medi
cinam eſſe,neq; difficilem,ſed facillimam,atq; apertã,quæq; ſex menſibus diſci oĩs,celerrimeq;
poſſit:ita enim in morbis ijs,qui uictu curant,rem oẽm in anguſtum ualde eſſe deductã,eadẽq;
ratione in ijs,qui manu,quiq; medicamentis curanrur:in quibus ẽt generatim cõia quędam in- F
uenire conantur,ſcopoſq; remediorum paucos ſubijciunt. Quare,ut mihi uidetur,nõ vulgato il
lo ſemeſtri ſpatio diſcere,ſed longe celerius totam eorum artem liceret:his itaque,ni mentiun-
tur,gratiæ doctrinæ breuioris agendæ ſunt:ſin autem mentiuntur,negligentia ſunt accuſandi.

Quibus rationibus Methodici ſuam ſectam defendant. CAP. 7.

QVo autem potiſſimum modo hi mihi uideanrur iure iudicandi, cæcutiantne in re utili, an,
quod ſuperuacuum eſt,recte ipſi ſoli effugiant,nunc dicam: non enim exigua mihi uidetur
huius rei conſideratio,neque huiuſmodi,ut uerbotenus tantummodo inter ſe procedat,ut
quæ de empiricis rationalibuſq; eſt,q̃,quicq̃d de inueniendis auxilijs primum contẽdunt,dein
de de uſu eorundem cõſentiunt : ſed aut magnopere lædãtur à methodica ſecta artis opera, aut
eadem magnopere iuuẽtur,neceſſe eſt. Cum aũt in rebus duo ſint genera iudicij,alterum,quod
à ſola ratione procedit,alterũ à rebus ijs,quæ euidenter apparent,quod à ſola ratione procedit,
maius eſt,q̃ pro modo eorum,qui introducuntur:ideoq; nunc importunum:quod autẽ ab eui-
dentia ſola deducitur,id cõmune oĩbus eſt. Quid igitur prohibet hoc eſſe,quo primo utamur,
cum ſit & ijs,qui introducuntur apertũ,& apud ipſos methodicos honoratũ?à quibus nil aliud,
q̃ euidentia,celebratur aſſidue,eaq; rebus omnibus anteponitur,quę autem abdita ſunt,oĩa,in- G
utilia eſſe dicuntur. Age igitur primum de cauſis,quæ dicuntur euidentes,cõſideremus, ſic eui-
dentia poſita,ut indicij regula ſit : primuſq; accedat ipſe methodicus,fereq; in hũc modũ dicat:
Cur de frigoribus,æſtuq;,cur de ebrietatibus,de cruditatibus,de ſatietate,fameq;,cur de laſſitu
dine,deq; *actionibus,cibi gñibus,mutatiſq; aſſuetudinibꝰ ò rationales,empiriciq; curioſi eſtis?
an omiſſis ijs affectibus,qui in corpore ſunt,hęc illa ſint,quibus uos mederi debetis?quorum ne
ullum quidem eſt,quod adhuc adſit, ſed ipſa quidem recedunt?quod autem ab ijſdem genitum
eſt,in corpore manet,eiq; mederi oportet:id enim affectio eſt:hoc ipſum igĩ conſiderandũ eſt,
quale nã ſit:ſi.n.adſtrictũ eſt,relaxandum; ſi fluens,continendum quæcunque ea cauſa ſit,à qua
genitum alterutrum eſt:quid igitur eſt,ad quod cauſa conſerat,cum neq; fluẽs,unq̃ laxari poſtu
let,neq; deſtrictum contineri?an ſit omnino nihil,ut profecto res ipſa oſtendit? Similiq; ratione
ijdẽ methodici de obuſcuris cauſis,& morbos continẽtibus loquunĩ:nã eas quoq; ſuperuacuas
eſſe dicunt,cũ ab affectu propria indicetur curatio, eius ẽt cauſæ, à qua is ortus ſit, cognitione
remota.Eundem ſermonis modum habentes ad tempora anni,ad ętates,locaq; tranſeunt:in q-
bus ẽt admirãtur, cur,ab antiquis medicis res tam euidẽs intellecta non ſit:non enim inflãma-
tio,quæ adſtricta affectio eſt,ut aiunt,æſtate quidem laxãtia præſidia, hyme autẽ ab his diuerſa H
poſtulat,ſed eadẽ in utroque tp̃e: neque in puerili ætate,q̃ laxant,in ſenili uero,quæ continẽt:
neque in Aegypto laxantibus,Athenis aũt cohibentibus eger:itemq;,ſi inflãmationi contraria,
fluenſq; affectio ſit,nunquam laxantibus, ſed ſemper cõtinentibus opus eſt, ſiue ſit hyems,ſiue
æſtas,ſiue uer,ſiue autũnus,nec nõ ſi puer ægrotat,ſi cui conſiſtens eſt ætas,ſi ſenex,aut ſi quem
piã in Thracia accidat,aut in Scythia,aut in Aethiopia ægrotare:nullã igĩ alicuius ex his utili-
tatem eſſe dicunt,ſed omnia uana curioſitate tractari . Quid partium corporis conſideratio ? an
non inanes hæ ſunt ad indicandam curationem? an quiſpiam ſit,qui dicere audeat inflammatio
nem in parte neruoſa relaxandam eſſe?eandem uero in arterioſa, uenenoſave aut carnoſa com-
primendam?aut omnino,ſiquid adſtrictum in aliqua parte corporis eueniat,ſit qui audeat dice-
re,non id eſſe laxandum,aut,quod fluens ſit,non continendum ? Igitur,ſi partis natura nihil ra-
tionem curationis euariat,ſed pro genere affectus remedij inuentio eſt, manifeſte inutilis eſt ad
hibita partis conſideratio : talis igitur in uniuerſum methodicus eſt.

* Aldus legit ἐνεργείας, id eſt actionibus, anti qui cod. habent ἀργίας, id eſt ocio. & ita uetus interpres,

Empiricorum rationes aduerſus Methodicos. CAP. 8.

POſt quem ſcđo loco prodeat empiricus,eaque fere proponat : Nihil eſt,quod ego ultra eui-
dentiam intuear,neq; ſapientius quicquã profitear,q̃ ea,quæ mihi ſæpe cõſpecta ſunt: tu ſi

euidentiam

A euidentiã uituperas, ut ex ſophiſta quodam ſuperioribus diebus audiuiſſe mihi uideor, oportu-
num mihi eſt ad eos me diuertere, à quibus honos euidentiæ habetur. tu autem uiceris iã uicto-
riam cadmiã. ſi autẽ, ut inter initia ex te audiui, id omne, quod abditum ſit, inutile dicis, te ſequi
uero, quod euidens ſit, cõfiteris, ſortaſſe erit, ut tibi, quod prętermittitur, oſtẽdam, ſi, qđ euidẽs
eſt, id ego cõmemorem. Duo fuere, qui à cane rabioſo morſi, ad eos medicos, quibus cũ conſue-
tudo intercederet, cõfugere, medicinam petẽtes, eratq; ulcus utriq; exiguum, ut ne tota quidẽ
eſſet diſciſſa cutis. E medicis aũt unus ulceri tantũmodo curationẽ adhibuit, nulla alia ſolicitus
de re, paucisq; diebus ſanam partẽ oſtendit. Alter uero, qui canẽ rabioſum eſſe nouiſſet, tñ non
feſtinauit, ut ulcus ad cicatricẽ perducere, contra etiã id magis amplum magisq; ſemper efficere-
ret, ualidis utens acribusq; ad multum tp̃s medicamentis: itemq; ægrotum interea cogeret me-
dicamenta bibere, q̃ ut ille dicebat, rabiei remedia eſſent. ac ita quidẽ res ceſſit utriq;, ut qui me
dicamẽta bibiſſet, is ſeruaretur, in ſanit[illegible]ẽ reſtitutus: alter qui nil ſibi mali ineſſe putaret, repẽte
& aquam formidauit, & cõuulſus interijt. An hic tibi fruſtra euidẽs cauſa quæri uidet̃? an alia de
cauſa mortuus homo eſt, q̃ medici negligẽtia, qui neq; de cauſa quidpiã ſciſcitaretur, neq; cura
tionem poſt hanc obſeruatã aſſumeret? mihi quidẽ nullã, pręter hanc, ob rem interijſſe uidetur:
B qui, qm̃ euidentiã ſequor, nullã huiuſmodi cauſam poſſum prætermittere. ita nec ætatẽ poſſum
præterire ſpernereve. etenim huic quoq; credere ab euidentia cogor. cũ ijdem ex oĩ parte affe-
ctus non oĩno tñ eandem curationem habeant, ſed adeo qñq; diuerſam in diuerſis ætatibus, ut
nõ ſola medicinæ menſura modove, ſed etiã genere toto euarient. nã pleriſq; pleureticis in con
ſiſtenti ætate conſtitutis ualentibusq; uidi ego ſæpe a uobis ẽt ipſis ſanguinẽ mitti. ſed neq; uos
aut in ultima ſenectute cuiq̃, aut puero natu admodum paruo, neq; quiſpiam alter unq̃ mittere
eſt auſus. Quid Hippocrates, cũ ſcribit Sub canc et ante canẽ purgationes eſſe difficiles? qđ rur-
ſus cũ inquit, Aeſtate uentrẽ ſuperiorẽ purgare, hyeme inferiorẽ? utrum uera dicere, an mentiri
uobis uidet̃? difficilem uobis in utroq; reſponſionẽ eſſe arbitror. ſi. n. mentiri dicatis, ipſam eui-
dentiã ſpernitis, quã à uobis plurimi fieri ſimulabatis. ita. n. uerũ eſſe euidẽs eſt, ut ab Hippocra-
te ſcribitur: ſin eundẽ uera dicere reſpõdetis, fit, ut anni tẽpora admittatis, q̃ à uobis inutilia ꝓ-
nunciata ſunt. Quin etiam exiſtimo uos neq; peregre uſquã procul à patria ueſtra fuiſſe, neq; lo
corũ differentias experimẽtis percepiſſe. oĩno. n. neſcij nõ eſſetis ſeptẽtrionis incolas ſanguinis
effuſiones nõ pati eas, quæ affatim fiunt: ſic nec eos, qui Aegyptum aut omnino meridiem inco
C lunt: qui aũt inter hos medij ſunt, ab ijs ſæpe euidens ex ſanguine miſſo commodum accipi. Il-
lud uero, ꝙ partes nõ ſpectentur corporis, eſt, in quo uos ego ualde demiror, & quod mihi turpe
grauiter uideatur, quod non ueritati ſolum, ſed ijs ẽt, quæ ueſtræ operę ſunt, contrariũ eſt. ò per
Deos immortales, quacunq; in parte orta ſit inflammario, eandem curationẽ poſtulat, ſiue id in
crure accidat, ſiue in aure, ſiue in ore, ſiue in oculo? Cur igitur ego ſæpe à uobis crurum inflãma
tiones & ſcalpello conciſas, & oleo irrigatas inſpexi, oculos aũt nec unq̃ quidem? cur ipſis ocu-
lis, cũ inflammati ſunt, medelã per adſtringentia medicamenta adhibetis, crura aũt non ẽt ijſdẽ
inungitis? cur non aures quoq;. cũ inflãmatæ ſunt, ijſdẽ, quibus oculos, remedijs medemini? cur
nõ oculos ijſdẽ, quibus aures, ſed inflãmatis aliud auribus, aliud oculis medicamẽtũ eſt? etenim
cum roſaceo acetũ, bonum eſt, inflãmatis auribus medicamẽtum, ſed neminẽ exiſtimo tam au-
dacẽ eſſe, ut idem inflãmatis oculis infundat. qđ ſiquis tñ audeat, hunc futurum ſatis intelligo,
ut audaciã nõ exiguo cũ detrimento experiatur. iam, cum inflammatio vuam occupat, ei ſpinæ
Aegyptiæ fructus utile medicamentũ eſt, utile quoq; ſciſſile alumen. utrum aũt eadẽ hæc inflam
matis oculis auribusq; conueniant, an cõtra oĩno ſe res habet, ut ad ſummũ lædant? Quę oĩa di-
co, eo uobis cõceſſo, qđ primũ poſitũ eſt, inflammationẽ, ſi in cruribus ſit & in manibus, laxari
oportere, non aũt, quæ in oculis, aut in vua, aut in auribus eſt, ꝙ ſi eam quoq;, q̃ in crure aut ma
D nibus infeſtat non cuiuſcunq, modi ſit, laxandã eſſe commemorẽ, fortaſſe cognoſcetis, ſi reſipi-
ſcitis, in quãto errore uerſamini: eritq;, quod ego nunc etiã dicã, commemoratio eius, quod eui-
dentia patet. quibus. n. in aliqua parte corporis inflãmatio non ex ictu, ſed ſpõte ſuborta ſit ex
affectu plethorico à Græcis uocato, nulli laxitate partis ante egent, q̃ de toto corpore detracta
materia ſit. id. n. ſi feceris, non modo nihil imminues, ſed ẽt augebis, quæ orta inflammatio eſt.
quapropter per id temporis adſtringentia refrigerantiaq; parti admouemus: mox autẽ ex toto
corpore detractione iam facta, tum pars, quæ inflammatione laborat, laxantia patitur. Quod ſi,
dum hæc ipſa propono, non uobis perſuadeo tamen (id quod etiam inter initia ſermonis dixi)
tempus eſt ad eos me diuertere, à quibus habetur euidentiæ honor.

Qua pacto rationales medici Methodicorum artem redarguant. CAP. 9.

HIs ab empirico propoſitis, prodeat rationalis, eaq; fere expromat: Fortaſſe tibi, ſi ſapis, ſatis
hæc erant, quo minus ætatem, tp̃s anni, regionem, itemq; cauſam euidentẽ, aut aliquã cor-
poris partẽ inutilẽ putares. at uero, ſi tibi non adhuc perſuaſum ab empirico eſt, à quo cõmemo
ratæ res euidentes ſunt, ſed inſuper rõne aliqua eſt opus, eam adijcere uideor mihi debere. tuãq;
ſectam in caduco poſitam eſſe oſtendã. audio enim uos, cũ dicitis, cognitionem eorum, quę cõia
in morbis euidẽtia ſunt: paſſimq; interrogans qua maxime re cõmunia hæc contineãtur, & quo

dignoſcanẽ modo, id ne adhuc quidẽ cognoſcere mihi uideor poſſe. eaq; cauſa eſt, qm̃ inter uos E
nomibus tenus conuenit, de rebus diſſidetis, cum è uobis alij per ea quæ natura excernuntur,
quod aſtrictum, quod fluẽs eſt, metiãtur. qui, ſi ea ſuppreſſa ſint, adſtrictionem uitium nominãt:
ſi ſine modo excernãtur, profluuium alij in ijs affectibus, qui in corporibus reliqui ſunt, uitia po
ſita dicunt, grauiterq; eos accuſant, qui qđ educitur, reſpiciunt. Ego autẽ, quo in errore uerſari
utriq; mihi uideãtur fortaſſe iã exponã. Primumq; in eos à me uerba fiant, qui per ea, quæ ſcđm
naturam excernantur, morbos iudicant. miror.n. cur iſti nec ſudoris unquã, neq; urinæ, neq; uo-
mitus, neque deiectionum plus, q̃ pro modo naturæ, uiderunt bene in morbis educi: itemq; id,
quod oĩum maxime abſurdum eſt, cur ne ſanguinis quidẽ è naribus curſum, in quo criſis eſſet,
unq̃ inſpexere. at huius uero non menſura ſolum, ſed totum ẽt genus præter naturã eſt. ſudoris
autem, urinæ, & eius, quod per aluum, aut per uomitum ruit, genus quidem non præter naturã,
multitudo tñ nõ nunq̃ tam immodica eſt, ut ego quoſdam uiderim, quibus tm̃ ſudoris effluxe-
rit, ut plumas ẽt madefacerent: alios, quibus deiecta aluus triginta heminas ſuperaret. ſed tñ in-
ter hæc nihil mihi uiſum eſt eſſe ſedandũ, qm̃ educebantur ea, quæ moleſta erant: quanq̃. ſiquis
ijs, quæ excernuntur ſcđm naturam, regula uſus in omni genere eſſet, huic inhibẽda huiuſmodi
accidentia erant. Quapropter probabilia magis quodã modo ſentire uidẽtur ij, qui eos affectus, F
qui in corpore ſunt, morborum cõia ſtatuunt. At in his uero eſt, in quo admirer, cur illa ipſa auſi
ſint euidentia dicere. ſi enim, non quod fluit è uentre, ſed, quæ in corpore affectio eſt, ex qua du-
citur id ipſum, quod fluit, profluuium eſt, eãq; nulli è ſenſibus patere licet, quo modo erit, ut illa
morborum cõia ẽt poſſint euidẽtia dici, cum in laxiori inteſtino affectio eſſe, in tenuibus poſſit,
in ieiuno, uentriculoq;, atq; meſaræo, & pluribus alijs partium interiorũ, quarum ulla neq; ipſa
poteſt percipi ſenſu, neq; eius affectus? quo modo igitur illa morborum cõia poſſunt ẽt euiden-
tia dici, niſi, quod per ſigna dignoſcitur, id euidens quiſpiam uelit uocare? Quod ſi ita eſt, non ui
deo, quid iam ab antiquis medicis differãt. ſed quo modo breui ſemeſtriq; t̃pis ſpatio artẽ edo-
cere profitentur? cum nõ exigua, opinor, opus ſit methodo ad aliquid, quod ſenſum effugiat, per
cipiendum, ſed, qui recte hoc ipſum prẹſtet, huic opus ſit & corporum diſſectione, ex qua partes
ĩteriores, quo modo ſingulæ natura ſe habeãt, ediſcat, & phyſica ſpeculatione nõ exigua, ut ope
rationem cuiuſq; utilitatẽq; conſideret. prius, q̃. n. hẹc inuenta ſint, non poteſt ullius in imo cor
pore partis affectus dignoſci. Quid illud nouiſſe oportet, huc ẽt magnã à dialectica opem affer-
ri, ut, ex q̃bus quid concludaẽ, aperte percipias, neq; ſophiſma uel ex te, uel ex altero offendas?
nã ipſi à nobis interdũ ſophiſmate imprudẽtes capimur. At uero libẽter ex iſtis requirerẽ, quid G
profluuium ſit, ſi modo diſputare didicerũt. non. n. id tm̃ modo ſatis eſſe arbitror, qđ eorũ aliqui
dicunt, quendã præter naturã affectũ profluuium eſſe. niſi. n. qui ſit hic affectus, didicerimus, ni-
hil erit, quod plus à nobis noſcaẽ, laxitas ne quẹdã, an mollities, an raritas ſit. nihil. n. ab illis au-
dire eſt, quod dilucide dictũ ſit, ſed quicq̃d occurrit, modo hoc, modo illud, ſæpe uero ut oĩa ſi-
mul, tanq̃ inter ſe nihil dña. ſiq̃s aũt eos tentet, q̃d inter illa interſit, docere, & ꝙ ſingula propriã
ſpeculationẽ poſtulant, cum audire ne ſuſtinẽt quidem: ſed ẽt antiquos reprehendunt, ꝙ hæc ſi-
miliaq; fruſtra diſtinxerint. adeo illis ueri quæſtio intolerabilis eſt. Ac ne illud quidem laxo, qđ
intentũ eſt, eſſe contrariũ, molli, quod durũ, raro, quod denſum, audire patiunẽ, itemq; præter
hæc oĩa aliud eſſe naturalia excremẽta ſupprimi, & fluere, atq; oĩa hæc ab Hippocrate eſſe diſtin
cta. Iidemq; & de his temere rebus pronunciãt, inflãmationemq;, (ſic durum, renitentẽ, afficiẽ
tem dolore, calidum tumorẽ nominant,) facile admodũ incõſideratoq; adſtrictum malum eſſe
proponunt. alias uero rurſus inflammationes miſtas appellãt, quales, quẹ in oculis accidunt, ubi
cum fluxione ſunt, quẹq; in tõſillis, in vua, in palato, in gingiuis. deinde foramina ponũt alia ra-
ra eſſe facta, alia clauſa, eamq; ob rem utroq; uitio affici. Sunt aũt, qui dicere nõ dubitẽt, in uno
eodemq; foramine profluuium ſimul & adſtrictionem cõſiſtere. quod ne animo quidẽ compre- H
hendi facile eſt. adeo in omnẽ temeritatem feruntur. Quidã aũt eorum, ijdemq; pauci, qui pati
poſſunt, ut aliquanto plus de his rebus oĩbus audiant conſiderẽtq;, ut ipſos pœnitcat, uix tãdem
adducti ad ueritatẽ ſe uertũt. His igitur cæteriſq;, qui paulo diligenter diſcere de primis aliquid
cõibuſq; morbis uolunt, liber eſt ſeparatim cõſcriptus. Nunc aũt, ut ijs, qui introducunẽ, res uti
lis ſit, aduerſus eoſdẽ methodicos æquum eſt pauca dicere, quæ tñ optarim aliquid illis quoque
prodeſſe: quod fieret, ſi contẽtione remota, id ipſum, quod dicĩẽ, ſecũ ipſi exquirerẽt. Id aũt, qđ
dicitur, eſt, ut, quæ ab illis ẽt ipſis uocata inflãmatio eſt, præter naturã ſit tumor dolore afficiẽs,
premẽtibus digitis renitẽs, durus, calidusq;, eademq; nihilo magis aut raram, aut durã, aut den-
† Ant. interpres addit, aut mollem. ſam, † q̃ antea eſſet, propria ratione partem efficiat, ſed fluente materia, & ea quidẽ ſuperuacua
impleat, ideoq; intenta pars eadẽ ſit. non tñ, ſiquid intentum eſt, id oĩno denſius, q̃ ante, aut du-
rius eſt. illudq; in corijs diſcas loriſq; & nexu aptatis rebus, licet, ſi undiq; ea diſtendere tentes.
ita partiũ, quæ per inflammationẽ replerę ſunt, medela eſt materiæ detractio. hæc. n. repletioni
contraria eſt. cum aũt partes ipſẹ exhauriuntur, protinus conſequitur, ut eædem remiſſiores effi
cianẽ: itaq;, quẹ repleta ſunt, eadẽ ut intenta ſint, neceſſario ſequiẽ. ueluti, q̃ exhauſta ſunt, ut re-
miſſa ſint: quorũ neutrum tñ uel denſitas uel raritas neceſſario ſequiẽ, ac ne profluuiũ quidem
ſuppreſſiove.

A ſuppreſſove: neq; enim, ſiquid rarum eſt, ex hoc aliquid fluat oĩno, neceſſe eſt: quid enim, ſi craſſum exiguumq́; ſit id, quod intus eſt? neq;, ſi ſpiſſum, in eo ſupprimi neceſſe eſt: nã, quod multũ & tenue eſt, id etiam per denſa foramina effluit. Satius igitur fuerit illos antiquorum uolumina legere, diſcereq́;, quot modis quicquid prius in parte contentum eſt, idem ruſus excernatur: ſi rareſiat, quod continet: ſi, quod contentum eſt, attenuetur: idemq́; ſi incrementum aſſumat, ſi uehementius moueatur, ſi à re aut exteriore trahatur, aut interiore pellatur, † ac, ueluti ab exterioribus quibuſdam, abſorbeatur. Quibus omnibus prętermiſſis, ſi quiſpiam raritatem foraminum unicam educendæ materiæ cauſam exiſtimat, is uidebitur ne euidentia quidam cognoſcere: ſiquidem lanam ſpongiamve, aut in quibus ſimilis raritas eſt, ſi, quod intus habeant, exiguum ſit, id non deponere, ſed continere manifeſte uidemus: ſi multum, effundere. Cur igitur illi non oculis naribusq́; & ore, & quæ ſimili raritate ſunt, hoc idem animaduerterunt, licere aliq̃ñ, non ꝙ rara foramina ſint, ſed ꝙ humor multum in his partibus ſit, iccirco aliquid effluere? Ac fictilia, quoque ſæpe uidemus, quæ tam raro corpore ſint, ut etiam aquam transfundant, quæ tñ eadem, ſi mel infunderis, nihil tranſmittant: nam craſſior mellis ſubſtantia eſt, q̃ pro ratione foraminum, quę in fictili ſunt. Ita nec illud alienum erat intelligi, ſæpe aliquid ob tenuitatem effluere, quanq̃

B corpus ipſum, quod continet, non ſit à natura perforatum: itemq́; nec illud plerunq; naturam, à qua gubernatur animal, quicquid ſuperuacuum erat, id per corpus ipſum continens euacuaſſe, tanq̃ exprimentem expellentemq́;. Quid igitur difficile erat intelligere eum, qui diligentius in artibus operibus uerſatus eſſet? plerunq; enim ſic morborum criſes eueniunt: reliquas educendæ materiæ cauſas prætereo: itemq́; eas, quæ eiuſdem continendæ totidem ſunt, illiſq́; contrariæ: ſiquidem audire talia non ad aures eorum ſpectat. Quod autem mihi fortaſſe aſſequi poſſe uidentur, ad id rurſus reuertor, oculum humore fluere interdum poſſe, non ꝙ ulla ſit in parte ipſa à modo naturæ facta mutatio, ſed, ꝙ fluẽs materia uel multa ſit, uel tenuis, uel à natura ꝑ hãc partem expulſa, ſcilicetq́; oportere fluentem materiam, ſi tenuis eſt, craſſam reddere, ſi multa, educere: conatum uero naturę, ſi opportunus ſit, admittere, nihilque in ipſum oculi corpus agere, quippe quod nullam fluxionis cauſam continet. Id autem opinari inflammationum aliam adſtrictum eſſe uitium, aliam miſtum, non uideo, quo modo non deſipientiæ ſit: primum.n. quod ab ipſis dictum eſt, eius obliti ſunt, non uel fluentem morbum effluxu iudicari debere, uel adſtrictum ſuppreſſione, ſed ipſos oportere corporum affectus ſpectare. Cum igitur ex parte omni hi ſimiles ſunt, nullaq́; in re, quæ nunc inflammatio eſt ab ea, quæ antea fuit, differre uidetur, niſi ꝙ

C aliquid ab altera defluit, nihil ab altera, quo modo non uehementer abſurdum hanc miſtam, illam adſtrictam putare? deinde uero quo modo nec illud, quod facillimum erat, ipſis in conſiderationem uenit, neq; in manu, neq; in cubito, neq; in brachio, neq; in crure, neq; in femore, neq; ulla corporis parte alia uiſum unquam fuiſſe huiuſmodi genus inflammationis, ut aliquid foras efflueret, ſed ijs tãtum modo id euenire, quæ os, oculosve aut nares occupant? An illis morborum communibus omnibus, quæ miſta ſunt, Iuppiter interdixit, ne ullum unquam eorum ullam aliam corporis partem attingeret, ſed in oculos tantummodo, nareſq́;, & os ſæuiret? Nam inflammatio poteſt partes corporis occupare omnes, quæ natura ſunt aptæ, ut cauſas illius gignendæ ſuſcipiant: ꝙ uero aliæ ſunt raræ natura, aliæ denſæ, eo fit, ut ab illis quicquam effluat lapſę materiæ, in his autem contineatur. Si enim utrem aliave, quibus ita corpus continens ſit, humida re impleas, nihil effunditur: idem ſi in ſpongiã agas, quæq; ita raro corpore ſunt, protinus id omne, quod ſuperuacuum eſt, effunditur. Quid igitur difficultatis erat eos animaduertentes, quàm maior omni reliquę cuti denſitas ſit, quam quæ oculis naribusq́; atq; ori ineſt, partium naturæ cauſam aſcribere, miſtione longiſq́; nugis dimiſſis? hoc enim ita eſſe declarant inflammationes eę, quibus in partibus alijs admiſta exulceratio eſt: ſiquidem ab his id effluit, quod tenue

D eſt, perinde, ac, ſi in oculis naribusq́; atq; ore eſſent: dum autem illęſa cutis, denſaq́; ex omni parte eſt, cur nihil effunditur, hoc ipſum cauſa eſt non inflammationis genus. Rurſus, ut ſiue melle, piceve liquida, nec hic quidem ſine modo, ſpongiam lanamq; madeſacias, nihil effunditur, propter humoris craſſitudinem: ſiue idem ex aqua agas, aut quibus ſimilis tenuitas eſt, ſed exiguo adhibito modo: ſic arbitror, non ſemper ab oculis aliquid effluit, idq́; aut ob craſſitudinem humoris, aut quia non is ſuperuacuus eſt: ut in ijs, qui ſe habent in ſtatu naturæ. Itaque licet idem inflammationis genus nulla alia differens re, q̃ craſſitudine influentis materiæ, lippitudinem ſine fluore facere, quam ſapientiſſimi methodici adſtrictam nominant: eamq́ue differre putant à miſta, uerborum ſuorum obliti, in quę maxima neceſſitate adſtricti præcipitant, qui morborum effectus in corporibus conſiſtere, non in humidis uolunt. Quo modo igitur, cum eadem in corporibus affectio eſt, nulla re diſſimilis, ſolam autem humidorum naturam, quæ tenuia rarave ſint, ſequatur, modo effluere aliquid, modo contineri, diſſimilia morborum communia eſſe putatis? Ita fit, ut iſta ueſtra miſtio ne animo quidem concipi poſſit: cætera autem, quæ non ſolum in ijs, qui uictu, ſed etiam qui manu, quiq́; medicamẽtis morbi curantur, particulatim peccatis, alias fortaſſe diſcetis, niſi per hæc uobis adhuc perſuaſum eſt: nunc uero, cum ſatis hæc ſint ijs, qui introducuntur, præſentibus finem imponam.

† [illegible] i. ac ueluti eructentur ab a'i quo interiori.



GALENI DE OPTIMA SECTA
LIBER AD THRASYBVLVM

Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete

Quale eſſe debet præceptum cuiuslibet artis, CAP. I.

SIngula medica præcepta,atq; uniuerſum omnia præcepta in primis ue
ra eſſe debent,ſcđo utilia, tertio iactis principijs conſentientia:ex his
enim tribus legitimũ præceptum dijudices: nã ſi unum ex dictis præ
cepto deſit,ſtatim neq; præceptũ id dici merebitur. Cum artes nanq;
ex præceptis,& his non quibuslibet conſtent,ſed primum multitudi-
nem quãdam comprehenſionum eſſe oporteat, deinde & ad aliquod
conducibile pertinere,propterea omne præceptum uerum eſſe & uti-
le & conſecutionem quandã nõ ſolum ad præmiſſa principia,ſed etiã
ad reliqua præcepta habere neceſſe eſt. Quatenus enim ſub compre-
henſionem quodlibet præceptum cadit,ea ratione uerũ eſſe opus eſt,
falſi nanq; comprehenſio nulla eſt:quatenus autem ad finem aliquẽ uitæ commodum pertinet,
eò quodq; præceptum utile eſſe ac neceſſarium affirmandum eſt: comprehenſionum autẽ colle
ctionem ad præceptorum inter ſe,& cum ſubiecto principio conſenſum quærere opus. At,qm̃, G
quemadmodum ſub uno principe ſubditorum multitudo mente concipitur,ſic & præceptũ ad
ante iactum principium refertur,ob id omne præceptum,uerum,utile,cõſentiensq; eſſe neceſſa
rio dicendum. Quare,ſi tribus ijs omne artificioſum præceptum cenſetur,liquidum eſt & medi-
ca præcepta ijſdem eſſe diiudicanda. Igitur,quandoquidem,uerum quale nam ſit,& quo modo
æſtimetur, non ſemper in conſpicuo eſt, neq; utile,neq; conſequens facile deprehendi poſſunt,
notas horum aliquas iudicandique inſtrumenta in primis tradere neceſſe fuerit.

Quomodo uerum æſtimetur, & diuerſa eſſe iudicia. CAP. 2.

VErum ſane ex orationis cum rebus concordia æſtimabitur. Sed,qm̃ rerum aliquæ euiden-
tes ſunt, aliquæ latentes: & euidentium aliquæ per ſe innoteſcunt, ut albus aterq; color:
aliæ non per ſe, ſed ab alijs claritatem adipiſcuntur, ut quæ ſignis deprehenduntur:rurſum rerũ
ſenſui abditarum aliquæ intellectui perſpicuæ & ſunt, & dicuntur, ut bis duo quatuor conſti-
tuunt:aliæ per oſtenſionem cognoſcuntur,ut id,quo bene uti licet,eodẽ,& abuti,& quę ſequun
tur,oportet ſemper ſermonem,ac præceptum ad ſpeciem propoſitæ rei,de qua & ſermo eſt,aut
ad quam pertinet præceptum, referre,ac,ſi de re aliqua euidenti ſit ad illam accommodare: ſin
uero de re occulta,conſiderandum,num alicui occultarum rerum ſit conſentiens. Iudicia autem H
de rebus euidentibus,atq; occultis differunt. Quęcunq; enim euidentium rerum per ſe de ſe ip-
ſis notitiam pariunt,ſenſu diiudicãtur,ut album & atrum. Quare medici illi iure ſunt deridendi
qui de rebus euidentibus ſententiam non ſenſorijs, ſed demonſtratione aliqua ferre conantur:
quemadmodum nimirum & Aſclepiades de membranulis in corde inſitis diſputans, Eraſiſtra-
tum deceptorum eſſe contendit: Herophilum enim,qui multa corpora inciderit,eas non uidiſ-
ſe: cum ipſi liceret ad euidentis rei ſcrutationem, ut decebat,accedenti, de re poſtea ferre ſen-
tentiam,& non fatuis opinionibus fidẽ habere. Itaq; rerum euidentium,quæcunq; per ſe depre
hendi ualent,iudices ſunt,ut ſupra retuli,ipſa ſenſoria. Sed euidentium quidem,non per ſe autẽ
cognitorum iudex eſt obſeruatio,eorum dico,quæ per ſigna percipiuntur. Iterum abſtruſarum
rerum, ſicut plures ſunt dr̃iæ,ita & diuerſa iudicandi inſtrumenta: ex abſtruſis autem aliqua in-
tellectui perſpicua ſunt, ut hoc fieri non poſſe,ut idem homo Athenis ſimul atq; in Aegypto ſit:
aliqua per oſtenſionem cognoſcuntur: de perſpicuis intellectui iudicium ex communi omnium
hominum conceptione habetur: at, quæ oſtenſione percipiuntur per conſenſum cum his, quæ
ab omnibus conceduntur,diiudicantur: rurſus conceſſi diiudicatio in plura diuiditur,aut enim
ex conſenſu cum euidentibus, aut cũ perſpicuis intellectui, aut cũ demonſtratis conceſſum di-

ſcernitur,

A ſcernitur.Igitur,quo modo uerum & ad iudiciũ neri ducentia indicari oporteat,explicauimus.

De vtilis præcepti dignotione,& euidentia ſenſui non eſſe artis principia. CAP. 3.

DEinceps de utili præcepto diſſeremus.Vtile præceptum,cum ad artis finem refertur,digno-
ſcitur. Oportet autem ipſum primum quidem comprehendi poſſe:ſi hæc enim deſit condi-
tio,ut hippocẽtauri fel attonitis medetur,quoniam comprehendi nequit,propterea inutile præ
ceptum redditur. Deinde ipſius apprehenſionem nõ conuenit cum vulgaribus eſſe communẽ,
ſed artificum propriam : icciréo nanq; eos ſalſos eſſe nos dicimus,qui euidentia artis initiũ eſſe
opinantur:neq; enim ex euidentibus ars conſtituitur,neq; per euidentia fit eius traditio : quan-
doquidem nemo euidentia tradit, ſed ea,quæ ex euidentibus præcepta oriuntur,quæ euidentia
non ſunt.Hæc igitur artis principium eſſe non ab re quiſpiam dixerit: præcepta dico,ex euiden
tibus nata uidelicet,quoniam principium tradendæ artis ab euidentibus fit.Quòd ſiquis euiden
tia principium eſſe artis affirmet, ſe inter artem,imperitiamque nullum ponere diſcrimen igno
rat:etenim, ſi euidentium deprehenſio eadem in artifice, atq; imperito fuerit, clarũ eſt huiuſce
rei cauſa nihil artificẽ imperito præſtare : quia neq; iam artifex erit,ſiquidem artifici atq; inſcio
eorundem eadem ineſt cognitio.Quamobrem euidentia præceptorum inuentionis principium
B eſſe iure dicentur,artis uero principium minime: nã quemadmodum leporis ueſtigia inuenien-
di leporis principium non iniuria quiſpiam dixerit,leporis autem eſſe principium nullus mente
conſtans affirmauerit,neq; enim lepus ex ueſtigijs componitur:ita euidentia pręceptorũ inuen-
tionis principium recte dixeris,ꝙ ab his profecti artis inuentores ipſam conſtituunt, artis uero
principium non item : principia nanq; in eius qualitatem, cuius ſunt principia, referre cõuenit.
Itaque & artis principia vulgo ignota eſſe debent:neque enim ars ulla ipſi nota eſt:præterea ar-
tium principia traduntur,euidentia uero non traduntur: quo fit,ut nemo rationabiliter euiden
tia artis eſſe principia contendat.

In quibus præcepta conſiſtant, & quid præceptum ſit. CAP. 4.

PRæcepta nanq; aut in euidentibus,aut in his,quæ ex alijs percipiuntur,aut in his,quæ præo-
ſtenſa fuere.aut in manifeſtis intellectui conſiſtunt, in hunc ſanè modũ : in euidentibus qui-
dem ſic:quidam plures intuitus ſauciato corde morientes,mortis cauſam ſcrutatus eſt: conſide
rans igitur inuenit,neq; ob facultatis deliquium,neq; propter materię medicinalis penuriã,ſed
propter neceſſarium membri illius uſum iſtos interire:quare cognoſcẽs abſq; mẽbri huius actio
ne,utilitateque ab ipſo corpori ſubminiſtrata animal ſupereſſe non poſſe,rationeque ea,quæ in
C euidentibus inuenit,colligens,hoc præceptum conſtituit: quicunque in corde ſauciatur,morie
tur. Quod igitur ex euidentium conſenſu ratione inuentum eſt,& uniuerſim prolatum,præce-
ptum dicitur:quin potius in euidentibus præceptum conſiſtit,ut ab euidentibus in phlegmone:
ſiquis phlegmone afficitur,ille tumorem habet,renitẽtem,pulſatiuum dolorem inferẽtem.Sunt
itaque euidentia præceptorum inuentionis primordia:at præcepta ex euidentiũ cõſenſu reper-
ta conſtituendæ artis ſunt principia , & ab euidentibus ad hunc ſanè modum præceptũ conflatur. Ab his autem,quæ ex alijs percipiuntur,hoc modo præceptum colligitur : Si quem hi caſus
infeſtant,hic ſanguinis copia laborat:Cui hęc eueniũt,illi iecur,aut renes,aut id genus aliquod
afficitur.Ab his autem,quæ præoſtenſa ſunt,hoc modo conficitur:ſi ante probatum fuerit,quid
ſit concoctio, &, quæ concoquuntur fundi,eliquari,atque ita mox diſtribui,& ægrotantes non
multo in conficiendis cibis labore indigere, ab his hujuſmodi præceptum naſcitur: Liquidi cibi
oẽs febricitantibus bene faciũt. Sed ex manifeſtis ita præceptum oritur:Quicquid eſt multum,
naturæ aduerſatur:& illud.Non ſaturitas,non fames,neq; aliud quicquã bonum eſt,quod natu
ræ fines egreditur:& illud, Vbi ſaturitas morbos creat,euacuatio medetur . Nã,cum per ſe con-
ſtet in illis quidem,ſi facultatem uincentia,in hoc uero,ſi efficiens cauſa repellatur,quod fiebat,
non futurum eſſe,dicta præcepta fuere compoſita : omne autem præceptum cõmune eſt,& fir-
D mum. Quamobrem errant illi,qui eo artem cõiectricem aiunt,quòd coniecturalibus præceptis
continetur:non enim à præceptis coniectrix denominatur,(hæc nanque perpetua ſunt,)ſed ab
actione,& medentium opera:hæc enim incertum euentum habens coniectricem artem reddit:
nam omnium artium præcepta,æque firma ſunt,& conſtantia : Verum,quoniam non omnium
artium finis ſemper attingi poteſt,eo fit,ut ipſarum non nullę coniectrices appellentur,ꝙ incer-
tum ancipitemque,ut dixi,euentum habent. Cæterum,quoniam utile dijudicandum eſſe dice-
bamus, ſi ad finem referretur, artis finem proponere neceſſe fuerit,ut eo patefacto perſpicuum
fiat, ad quid referentem utile æſtimare oporteat.

De fine artium per ipſarum diuiſionem. CAP. 5.

ARtium igitur aliquæ ea,quæ non ſunt,efficiunt,ut nauium ſtructoria:non nullæ,quæ facta
ſunt,conſeruant,ut nauium gubernatoria:non nullæ utrunque præſtant,ut ędificatoria:in
facientibus artibus,aut ſeruantibus unus eſt conſequendi finis modus:propterea in his ſimplex
eſt utilis æſtimatio:ſed in his,ꝙ iuxta faciunt,& conſeruant,nõ facile eſt diiudicare. Non enim,
tanquam inutile,refutandum eſt quod ad conſeruationem nõ conducit:ſed diligẽter perquiren
dum,num quippiam ad eius,quod nõ eſt,productionem conferat. Ars itaque medica inter eas

eſt,quæ faciunt,& conſeruant:non iccirco tamen geminum eſſe artis finem credere oportet,&, E
quod non eſt,facere,ut pote ſanitatem: & eã,quæ eſt,conſeruare:per eadem enim præcepta,ut
aiunt,ſanitatem creans, eademque conſeruans geminum habere finem uideatur. Profecto,niſi
euidenter eadem eſſent præcepta ad utrunq; finem ducentia, differentibus etiam finibus diuer-
ſæ utique eſſent artes,& duæ medicatiuæ: at,quoniam,eadem cum ſint præcepta,propoſita eua
riant,una ars differentia habebit propoſita: ſed mehercule ignorãt artis unum eſſe propoſitum
ſanitatem ſcilicet, finemq; unum,qui eſt eius conſecutio,modos autem conſecutionis multipli-
ces: non uariat igitur propoſitum, neque finis ſecundum uarium habendæ ſanitas modum: ſi-
quidem nobis apta officere cognoſcentes,modo ipſa nocentia ſubmouentes,ſanitatem acquiri
mus,modo ea deuitantes ipſam præſentẽ conſeruamus:quare utile in medicina recte ęſtimabi-
mus,non nunquam,an ad ſanitatem accerſendam: non nunquam,an ad eam retinendam con-
ferat, nobiſcum reputantes.

De præceptorum conſenſu dignoſcendo. CAP. 6.

COnſenſum autem præceptorum non nulli ex eo,quòd unà ſint,quærendum cenſent,multa
ſimul eſſe ignorantes,inter quæ nullus conſenſus eſſe dignoſcitur,quemadmodum & diem
eſſe & ſimul cum ea ſpirationem fieri dicimus,inter quæ tamen nulla intercedit ſocietas.Nõ igi F
tur conſenſum ex eo,quòd ſimul ſint,dijudicare oportet,ſed, quo ſublato neceſſario quippiã au
fertur,& poſito ponitur,id ei conſentiens,& conſequens iure putandum eſt: atq; in uniuerſum,
quæ mutuo inter ſe dependentia colligant̃, per appellatã epicriſim à græcis, à noſtris adiudica-
tio dici põt,iudicanda ſunt:in quibus ſanè conſequentem epicriſim facere opus fuerit: ad qua-
rundã uero orationũ epicriſim neceſſario quærẽdus eſt conſenſus, & conſecutio:an uero & ad
medicinalium præceptorum iudicationem ea conducat,forſan diſquiret aliquis: neque enim ꝙ
medicinale præceptum utile, uerumque ſit,cognoſcere ſatis fuerit,ſed nihilo ſecius ipſum cum
alijs cohærere,conſentireque opus eſt.

Modus tres medicinæ ſectas conſiderandi. CAP. 7.

QVandoquidem igitur omnis oratio, omneq; præceptum tribus hiſce perpẽditur, tres uero
in medicina ſectę celebres ſunt,rationalis,empirica,& methodica,age hiſce iudicãdi ratio
nibus uſi & iſtas ſingulas diligentius contemplemur,ut ueræ ac ſalutari,cæteris poſthabi-
tis, adhæreamus. In primis autẽ, quid inter eas conueniat,quid cuiuſq; proprium ſit,exponere
neceſſe eſt: deinde his peractis ſingulas ad examen redigemus. Trium itaq; ſectarum profeſſo-
res in hiſce cõſentiunt, quòd euidẽtia præcepta utilia ſunt, analogiſmus,obſeruatio,hiſtoria,ad G
ſimile tranſitus,quòd hiſtoria ſine delectu non admittenda inſtrumenta, applicandorum reme-
diorum modus,ꝙ ex alijs alia deprehenduntur,ꝙ iiſdem præſentibus malis eadẽ ſunt facienda,
ꝙ adiectionibus,& ſubtractionibus ſanitas ſeruatur,& morbi fugantur,ꝙ ad ſanitatem retinen-
dam & morbos tollendos nocentium uſus fugiendus eſt, ꝙ ad materiæ adhibendę notitiã expe
rientia potens,atq; utilis eſt:quę nutriunt enim,& quæ nõ nutriunt,purgantia,& mortifera,ex-
perientia omnia comperta ſunt.

Quibus ſectæ differunt. CAP. 8.

SVb hoc communi empirici ſubſiſtunt,nõ ſolum facultates,ſed etiam conferentia obſeruatio
ne fuiſſe inuenta teſtantes. At uocati methodici ultra id commune dictum,quiddam ab em-
piricis diuerſum adijciunt:aiunt enim pręterquàm,quod adhibendorum remediorum uires di-
ſcuntur:nihil aliud utile ab experientia prouenire,nullum enim conferens ex obſeruatione ac-
cipi poſſe,cum ſimpliciter conferentia ex quibuſdam euidentibus colligantur. Rationales uero
medici inter hos medij ingrediuntur: neque enim omnia utilia ex obſeruatione aiunt depre-
hendi,quemadmodum declarant empirici:neque rurſum omnia ex indicatione inueniri,ut uo-
lebant methodici: ſed non nulla ex obſeruatione deprehendi, ut mortifera,& uenenum morſu H
fundentia:non nulla ex indicatione,ea uidelicet,quorum cauſæ reperiuntur. Inter methodicos
igitur,atque rationales eatenus conuenit,quatenus utriq; ex indicatione utile percipi arbitran
tur: quatenus uero à diuerſis accipiunt,eatenus diſſentiunt: ſiquidem methodici ex euidenti-
bus quibuſdam utilia putant indicari: at rationales ab huiuſmodi quidem minime, ſed ab oc-
cultis: nam,cum à cauſis indicationes creari cenſeant,cauſæ uero,ut cauſæ ſunt,euidentes non
ſint,iã conſtat apud eos ab euidentibus indicationes non fieri,ſed iſta eſſe præuia,& ueluti ma-
nuducere ad eorum, quæ indicare poſſunt,notitiam afferunt. Hoc itaque rurſum empiricis ra-
tionales aſſentiunt, à nullo euidenti utilis indicationem proficiſci. Hoc uero aliud commune
eſt, & ab omnibus medicis conceſſum euidentia uidelicet uſui eſſe, ut aiunt empirici, ad ob-
ſeruanda ea,quę ex ipſis colliguntur,cum obſeruatio in eorum aliquibus ſit:ut rationales uero,
quòd ex ipſis indicare potentia deprehẽdantur:ut methodici,ut potentia indicare utilia huiuſ-
modi euidentia ex uſu ſunt. Rurſum hoc loco inter empiricos,methodicoſque conuenit,ocul-
tum ex euidentibus agnoſci,ex quo conferentium indicatio oriatur:empiricis autem,atque ra-
tionalibus commune eſt, in euidentibus utilia obſeruare. Inter methodicos autem,& rationa-
les,cõſenſus eſt,ex euidentibus utilia deprehendi:methodici namq; ipſum utile aiunt ex talibus

A elici:rationales uero ipſa utile indicare potentia ex euidentibus,utile autem nullum erui decer
nunt.Sed ad eos,qui ex patientibus cauſis utile quodpiã inueniri putãt,ut in palo, exempli cau
ſa,dicendum eſt,nõ ut ex perſpicuis,ſed ut ex cauſis in huiuſmodi utile reperiri:cauſa uero ; ut
cauſa eſt,non eſt euidens,ſed ex caſibus deprehenditur.Igitur,ſi extremæ cuti arenula,paxillus
ve inhærens dolorem non moueat,neque ſui ſenſum excitet,non percipimus : cauſa.n.alicuius
non eſt,quodlibet faciens:quicquid enim cauſa eſt non eſt euidens,ut cauſa : nam, quæ ad ali-
quid ſe habent,ut huiuſmodi ſunt,non ſunt euidentia:ipſa uero,quæ ad aliquid ſe habent, eui-
dentia ſunt,ut pater,ſeruus,frater,& id genus alia:ipſa quidem ſingula euidentia ſunt,ſed ipſo-
rum ad alia relationes non euidentia.

Quòd ex abditis utilia reperiantur contra methodicos, & empiricos. CAP. 9.

POſtquam igitur diiudicandarum rationum inſtrumenta docuimus,cõiaq;, & propria ſecta-
rum perſtrinximus,deinceps neceſſarium fuerit unamquamq; ſectam diligenter excutere,
ac dijudicare,atq: ita meliorem,quæ uiſa fuerit,amplecti.Primum igitur Empirici, ac methodi
ci rationalibus contradicentes inutilem eſſe aiunt rerum abditarum notitiã, nihil enim ex abdi
tis utile reperiri.Ad hoc rõnales rñdent ſeparatim utriq; ſectæ:ac primum empiricis dicunt, eui
B dentia non ſatis eſſe,ut in ipſis utilia obſeruatione deprehendãtur: nam & occultis opus eſt, ſi-
quidem ab his conferentium indicationes enaſcuntur:cuius rei teſtimonium eſt, quòd uos ipſi
non in omnibus euidentibus obſeruatione utimini,ſed in quibuſdã,quæ quiddam plus , quàm
cætera euidentia,contineant,in quibus obſeruandũ eſt,quod non eſt euidens: quod ſi eſt,abdi
ta non inutilia fuerint.Euidentia igitur ſi,ut talia,ad utilium inuentionẽ capiãtur, omnia ad id
conducent,aut non:at omnia ad id conducere ſi dicamus,incredibile fuerit: ꝙ ſi non omnia cõ
ducibilia,neceſſe fuerit plus aliquid,quàm euidentiam continere , quod percipere non ad ſen-
ſum,ſed ad rationabilem potentiam pertinet:ea uero abdita dignoſcit:quare & rationabilis fa-
cultas,& res abditæ non incõmodæ ſunt: nam, ſi euidentia ut talia ſunt,inter ſe non differunt,
patet oĩa,quãtum in ipſis eſt,æque ad obſeruationem eſſe idonea:quare, & minima quæq; tam
præterita,quàm præſentia commoda fuerint:id autem fieri non poteſt:quo modo.n.in ſtragu-
lis ueſtibus,& cubili,ubi æger cubauerit,atq; id genus alijs quippiam aliquis obſeruauerit? Ma
nifeſtum igitur eſt,non in euidentibus,quatenus talia ſunt , obſeruationem uerſari,æque enim
in omnibus uerſaretur,ſed in quodã altero,quod non eſt euidens, ſi hoc uerum eſt, iam id effi-
citur,occulta uſui eſſe.Veruntamẽ unde inquiunt , dignoſci in hiſce euidentibus obſeruationẽ
C poſſe fieri,in illis uero non item?haud.n. facile eſt ab iſtis euidentibus , quatenus ita euidentia
ſunt,iſtud accipere:ita.n.omnes uel triuiales dignoſcerent,in quibus nam euidentibus obſeruã
dum eſſet,atq;ita nihil noſtra experientia à vulgi imperitia diſtaret.Quòd ſi non omnibus cõ-
ſtat,quibus euidentibus obſeruatio ſit adhibenda,ſolis autem id artificibus notum eſt,ſequitur
in euidentibus,non,ut euidentia ſunt,conferentia obſeruatione deprehendi : qm̃ enim hoc eſt
euidens,quod utile ad obſeruandum eſt,id uero non eſt euidens,ſed occultum,admodum autẽ
iſtud nouiſſe expedit,propterea,& occulta ex uſu ſunt.Vltra dicta ẽt, qñquidem dicunt empi-
rici,& in his præteritis,& in his pñtibus obſeruandum eſſe, iccirco, & tranſacta curioſe diſqui-
runt,infinita uero ſunt etiam pręſentia.& in infinitis obſeruatio fieri non poteſt,clare ſequitur,
eorum obſeruationem ex his eſſe,quę fieri non poſſunt.In Methodicos autem ſenſui perſpicua
conferentium demonſtratiua eſſe putantes,hæc adducunt rationales: euidentia ex ſeipſis per-
cipi poſſunt,& vulgo igitur euidentia erunt:quoniam uero & communitates indicant,ſimulq;
cum indicantibus indicata ſeſe offerunt,vulgaribus utiq; communitates indicabunt:atq; ita ni
hil à uulgaribus ò Methodici differetis . Quòd ab affectibus uero conferentium indicatio non
proueniat,per hæc demonſtrare licet:eodem affectu,exempli gratia, phlegmone differẽtes cor
D poris ſedes occupante,ut oculos,aut iecur,aut gulam,non eadem curatione , ſed diuerſa uten-
dum:oculo nanq; inflammato opium conuenit:gulæ aũt,uel ori uentriculi, & iecori aliud quip
piam:at oleum oculo nocet,in aliis uero inflammatis partibus dolorem mitigat.Ex his manife
ſte concluditur,ab affectibus conferentia nõ indicari:idem.n.in omnibus eidem affectui reme-
dium admoueretur,ſiquidem affectus conferentium eſſet indicatiuus. Hoc pacto etiam metho
dicorum placitum demoliti poſſumus:eodem affectu eundem locum uexante pro cauſarũ dif-
ferentia differente curatione homines indigent,ut in urinæ ſuppreſſione, ſi ſit calculus, exciſo-
rem adhibebimus:ſi urinæ copia,fiſtulam demittimus:ſi phlegmone, cataplaſma ſuperdamus .
Quòd ſi ab affectibus conferentium indicationes orirentur,uno affectu propoſito una,& eadẽ
etiam curatio aſſumeretur:ſed una non ſumitur eiuſdem affectus curatio, non igitur ab affecti
bus conferentium indicationes accipiuntur.

De indicatione, obſeruatione, analogiſmo. CAP. 10.

HIs itaq; ſummatim in pñtia expoſitis,nõ inutile fuerit indicationẽ,q̃d ſit,circũſcribere , &
q̃uo ab indicatione utile capiatur:quid ſit obſeruatio,quo modoq; ex obſeruatione utilia
deprehendanť:q̃d ſit analogiſmus,& qua ratione ab utile ſumatur.Quemadmodum igitur eui-
dentium

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

dentium aliqua per ſe ipſa percipiuntur,ut album,& atrum:nō nulla adhibita obſeruatione, ut B
ea,quæ per notas dignoſcuntur,ita & iuuantia quidē per indicationem pateſiunt : ſimul.n.cum
indicantibus obuia ſunt,nulliusq; cogitationis ope indigent. Hanc.n.ob cauſam & animantia
ratione carentia æſtum,algorē,ſemelq; oīa nocere ualentia,quoad eius fieri poteſt,uitare conā
tur,ſimul uidelicet eo,quod iuuat,ſeſe offerente. Paxillum.n.aut aliquid aliud in membrum de
fixum nullus cogitatione ꝑmiſſa reuellit.Quare quod in apertiſſimis,& ſine controuerſia cōceſ-
ſis reperitur, (oībus enim demonſtrationem tranſcendentibus mens noſtra propter euidēriam
aſſentitur)id nimirū,& in perceptis ex indicatione contigerit.Quædā igitur proportio indica-
tioni cum euidentibus,& maniſeſtis intercedit : qn̄ enim cum nocentibus iuuantia pariter oc-
currunt,tunc neq; obſeruatione,neq; cogitatione utendum,quandoquidem ipſa nocētia, quid
expediat,manifeſtent.At obſeruatio proportione ad ea reſpondet, quæ per notas comprehen-
duntur:ſicut.n.ea per coobſeruationem comprehendi affirmamus,ita & hic iuuantis obſerua-
tio fieri dicitur.In quibuſdam.n.plerunq; eodem modo occurrentibus abſque agentium cauſa-
rum cognitione iuuantis obſeruatio efficitur:vt eſt in dentium ſtupore portulaca:neque enim
contentiua cauſa hic quicquam demonſtrat,neq; aliqua cogitatione auxilium reperitur.In his,
qui altercum epoti ſunt,aut quippiam id genus mortiſerum aſſumpſerunt, inter initia ſanè cu- F
ratio à cauſa,& loco accipitur,ſed cauſa ignorata iā deinde obſeruatione perceptis utimur: uo
mitum.n.ab initio admittimus,cauſa huius electionē indicante, & loco modum electionis ſu-
ſcipiente:poſtea uero cauſam ignorantes,obſeruatis,uino ſcilicet,& lacte utimur. Verū ex ana-
logiſmo iuuans percipitur,qn̄ cauſa quidem deliteſcit,nullaq; obſeruatio habetur,ſed affectus
quàm ſimillimus ex caſibus eſt:in huiuſmodi.n.ab indicatione profuturum colligi nequit,cau-
ſa nanq; ignoratur,nullaq; præterea facta obſeruatione,caſuum ſimilitudinem intuentes cogi-
mur ad ſimile tranſgredi.Aliquis nanq; à ſerpente hæmorrho uocato demorſus fuerit:inde ſan-
guis largius eſſluat:nos cauſam,quare id patiatur,neſcientes,neq; obſeruatione inſtructi,auxi-
lijs ad ſanguinis ob inciſionē profluuia facientibus opitulabimur. Atq; hac ratione Cnidij me-
dici pulmones purulentos habentibus ſuccurrere tentabāt,tranſitu ad ſimile utentes:qn̄ enim,
quicquid in pulmonibus eſt,per tuſſim extruditur,linguam exerentes,aliquid humoris in arte-
riam inſtillabāt, quod tuſſim uehementē cōcitare poſſet,ut ex caſus ſimilitudine pus reijceret.
Analogiſmis itaque per tranſitum ad ſimile fit: analogiſmo nanq; utentes à ſimilibus ad ſimilia
tranſimus. Empirici uero ſecus,atq; nos,huiuſmodi tranſitum uſurpant:nam à ſimili tranſitum
ab auxilijs ad auxilia, aut ab affectibus ad affectus fieri affirmabant : ab auxilijs ad auxilia hoc G
modo:cū ijdē adſint caſus,qui & in alias uiſis ægritudinibus aderant,tum à ſimili tranſitū faci-
mus,ut à cotoneo ad meſpilum.Verum aduerſus ipſos dicendum eſt:fieri à uobis non poteſt hu
iuſmodi à ſimili tranſitus:utrū.n.ratiocinatione utentes à ſimili ad ſimile trāſitis,an obſeruatio
ne?ſi obſeruatione,obſeruatio eſt eius,quod fit,& quod cognoſcitur,& non ad ſimile tranſitus:
ſin ratiocinatione, ab ipſis ſciſcitabimur,num omnium caſuum ſimilitudinem ſpectantes,tran-
ſitum à ſimili ad ſimile faciant,an aliquorum. Si oīum,reſponderint,nihil unquā alicuius ſcd̄m
omnia ſimile reperietur:quæ.n.inter ſe aliqua ex parte non differunt, hæc non ſimilia,ſed eadē
plane ſunt . Sin aliquorum caſuum ſimilitudine ſe contētos affirment,iterum ſciſcitabor : num
ſimilitudinem in figura , aut in calore petitis, an in duritia et mollitudine, an potius ſecundum
guſtatum, olfactumq; ſimilitudinem æſtimatis ? quòd ſi ſecundum guſtatum dixerit,aut aliud
quippiam,clariſſime ſatebuntur iuuantia,quatenus iuuant ſe deprehendere:ex quo efficitur,ut
ipſos etiā cōfiteri neceſſe ſit ſe nocentia,ut nocent,dignoſcere: quo enim iuuantia nocentibus
aduerſantur,eo iuuare dicuntur . Si meſpilum igitur , quoniam guſtatilem qualitatem cotonei
ſaporis ſimilem habeat,torminoſis adhibetur, ſcire oportet ipſum guſtatili qualitate prodeſſe ;
cumq; ipſam adſtringere in confeſſo ſit,ſimul ēt contrariæ qualitatis,facultatisve eſſe nocentia H
cum huius perceptione ſuccurrit. Quòd ſi comprehēſibili cauſæ remedia contraria ſunt,mani-
feſte concluditur, occulta poſſe deprehendi,& ad uſum idonea cognoſci.

Deſcriptio indicationis, experientiæ, & analogiſmi, & ad ſingulas ſectas, & Empiricam videlicet, & Methodicam impugnandas tranſitus. CAP. II.

QVo modo itaq; ex indicatione utile percipiatur,ſupra poſitum eſt. In pñtia uero dictorum
cuiuſq; deſcriptionem explicabimus. Eſt igitur indicatio iuuantis cōprehenſio ſimul cum
comprehenſione nocentis adueniens,ſine obſeruatione,aut ratiocinio:Experientia uero
eſt eius,quod frequēter,& eodē modo uiſum eſt,cōprehēſio,atq; memoria:aut ſic etiam deſcri
bere potes : Indicatio eſt,qn̄ rebus percipiendis ſimul,& quod cōfert, percipitur,abſq; oſtēſio-
ne,& obſeruatione:at experiētia eſt eius,quod ſępius,& eodē modo uiſum eſt,obſeruatio, atq;
memoria:idē eſt uero obſeruatio,& experiētia.Analogiſmus autem eſt cōparatio,& perceptio
cauſarū iuuantiū ꝑ ſimilitudines. At deinceps propria cuiuſq; ſectę cū expoſuerimus,aduerſus
ſingulas,empiricā dico,& methodicā,rōnes inducemus:ſunt uero hæc empiricorū ꝓpria:iuuā
tiū in cōcurſibus obſeruatio,hiſtoria,à ſimili trāſitus,quēadmodū ipſi faciendū ꝑcipiūt:alio.n.
modo rationales medici à ſimili tranſitum uſui accōmodant, ut poſterius dr̄iam oſtendemus.

Quòd

A *Quòd Empiricorum obſeruatio ſine ratione præſtari non poßit.* CAP. 12.

VErum empiricis contradicentem duobus modis pro concurſibus obſeruationem accipere
opus eſt: nam facultatum obſeruatio cōis eſt, accidentium uero illorum propria: aut.n.ip-
ſam prorſus tollere, tanquam eſſe non poſſit, opus eſt: aut eſſe quidem poſſe concedere, ſed abſ-
que ratione explicari nō poſſe. Primum igitur, ꝙ & abſq; ratione obſeruatio explicari nequeat,
per hæc quiſpiam oſtenderit: confitentur empirici ſe non oēs euidentes caſus obſeruare: neque
enim ſe flauitiem, exempli cauſa, aut albedinem, aut ſimitatem aduncitatemve obſeruare affir-
mant, quamuis & in coloribus diſcrimen aliquod animaduertant, ut in auriginoſis: & in figura,
vt in fracturis luxationibusq;, ſed & pro antedictis minime. Quemadmodum.n.inquiunt, ab in
dicatione conſerentia ſumi profitētes, non oīa tn̄ indicare teſtantur, methodici nanq; euiden-
tiū aliqua indicare affirmant, non oīa, rationales uero abditorum aliqua, & non oīa, ita & empi
rici pro quibuſdam caſibus, non pro omnibus obſeruationem ponūt: neq;.n.præterita omnia,
neq; pn̄tia utilia ad obſeruationem eſſe arbitrantur: ut, exempli cauſa, quiſpiam à rabiente ca-
ne demorſus eſt: accedens empiricus id tm̄ ſatagit, à rabientene demorſus fuerit: aliorum ante
greſſorum nihil explorat: pariter & circa pn̄tia nihil laborat: neq;.n.ut ante diximus, capillos re
B ctos criſposve conſiderat. Quocirca ab ipſis cauſa iure petenda eſt, quamobrem non in omnibꝰ
caſibus, ſed certis quibuſdam conſerentia obſeruent, qn̄quidem caſus, quatenus euidētes ſunt,
tam illi, pro quibus fit obſeruatio, quàm cæteri inutiles nulla ex parte diſſideāt. Dicunto igitur,
quidnam utiles caſus monſtrat euidensne, aut occultum? ſi euidens eſſe dixerint, quo utiles ca-
ſus produntur, & pro quibus obſeruādum eſt: inſeremus iterum, hoc euidens quatenus euidēs
nihil ab inutilibus caſibus diſtare. Quòd ſi rurſum occultum eſſe utile caſuum indicās affirmēt,
occulta ad conferentium obſeruationē conducere fateātur, neceſſe eſt: at occulta nulla ui alia,
q̃ ratione, comprehendi queunt: quare, ſi utilis pro concurſibus occultorum eſt obſeruatio: &
ſi nihil aliud ea, q̃ ratio, comprehendit, apertum iam eſt, abſq; ratione obſeruationem fieri non
poſſe. Hæc ſanè argumentatio eos fateri cogit rationem in obſeruando eſſe percommodā. Ve-
rum empirici nobis refragātes inquiunt, & utiles caſus experientia poſſe deprehendi, & pro ali-
quibus caſibus obſeruandum eſſe, pro aliquibus uero nō: id quoq; ſe obſeruatione cognouiſſe.
Ad hoc præſtò rn̄ſio eſt: cum infinita ſit caſuum multitudo, pro quibus non ſit obſeruandum, ꝓ
omnibus id ipſum obſeruari non poteſt, pro ipſis ſcilicet obſeruationem non eſſe faciēdam: infi
C nitum.n.obſeruari, cuſtodiriq; non poteſt. Vltimum itaq; ipſis undiq; oppreſſis cōfugium relin
quitur, ut forte eueniſſe dicant pro hiſce caſibus obſeruationem factam eſſe: pro illis uero mini
me: quo quid magis ridiculum fuerit? hic quidem ſermo iſte finiatur.

Obſeruationem pro concurſibus, empiricorum more dari non poſſe. CAP. 13.

QVòd autem pro concurſibus obſeruatio colligi nequeat, per hæc argumenta declarabo. Sic
enim aiunt empirici. Obſeruatio non pro uno duobusve, ſed pro plurimis frequenter con-
ſpectis, & eodem ſe modo hn̄tibus fit: interrogati igitur num pro iiſdem caſuum generibꝰ
utilia obſeruent, neceſſario pro iiſdem ſe generibus obſeruare affirmabunt. nam, ſi in hoc, exē-
pli cauſa, febris ſit, & phlegmone, in hoc biliosa per uomitū, aut ſedem fiat excretio, nequit ea-
dē eſſe obſeruatio. Eoſdem igiť gn̄e caſus eſſe ſatis fore neutiquā dixerint, ſed ēt numero æqua
les eſſe oportet: nam, ſi ijdem genere caſus fuerint, non omnes autem, aut plures adſint, concur
ſus euariat, atq; aliam obſeruationem exigit: opus eſt.n.pro iiſdem generibus & æquis numeris
obſeruationem fieri. Quo modo autem omnis curatio penes exceſſum defectumq; caſuum cō
mutabitur, hinc iam conſiderandum eſt. Eſt igitur quædam in phlegmone obſeruata curatio, ꝙ
ſi aliquis à phlegmone caſus abſuerit, utpote ſenſus, & curatio mutanda eſt: nam phlegmone iā
in ſcirrhum euaſit, neq; eadem curandi ratio cōuenit: atq; ita penes caſus abſentiam curatio di
D uerſa eſt: penes uero abundantiam ad hunc modum. Si phlegmonæ febris, aut ſyncopa adiun-
gitur, ob caſuum abundantiam concurſus differens factus eſt: quare, & differens adhibetur cu-
ratio. Neq; ſolum genere iidem, & numero æquales caſus eſſe debent, uerum etiam, & magnitu
dine neq; excellere, neq; deficere conuenit: quandoquidem, & penes caſuum magnitudinē per
mutatur curatio: neq;.n.ſuperficie tenus factas diuiſuras ſuimus, neq; etiam ieiunio quiſpiam
utetur: at, ſi profundior ſit inciſio, ieiunium imperamus, uenam ſoluimus, fibulas adhibemus, &
huiuſmodi. Neq; ſatis eſt caſus genere cōuenire, numero æquales eſſe, & magnitudine ſimiles,
uerum etiam tempus oportet obſeruatione complecti: alia nanq; incipientibus morbis auxilia
adhibentur, alia uigentibus: incipientibus enim ſiquid uidetur mouendum, moue, uigentibus a Apho.29 ext. ord. 16.1
quietem agas, præcipit Hippocrates: & phlegmonæ incipienti quidem reprimētia adhibemus,
poſt id autem cataplaſmata, & illapſam materiam diſſipare ualentia. Præterea & ordinem dictis
omnibus in obſeruatione adiungere opus eſt: variante.n.ordine & concurſus euariat, iccirco &
medendi rationē uariare neceſſe eſt: aliter.n.prius furentes, deinde febricitantes curamus: & ali
ter febricitantes prius, deinde furentes, ſiquidem mortiferi, & non mortiferi, prout habet caſuū
ordo, affectus euadunt: quemadmodum euentus oſtendunt: à neruorum quidem conuulſione
febris non ſolum periculo uacat, uerum, & morbum propulſat: ſed à febre conuulſio mortifera

eſt:

eſt:permutato uero penes caſuum ordinem concurſu,neceſſario cõceditur(ut ex euentibus pa E
tet) & medicationem permutari. Quamobrem,cum prorſus oporteat caſus non modo genere
eoſdem,numero æquales,magnitudine ſimiles adeſſe,ſed etiam idem tempus, eundemq;ordi-
nem ſeruari neceſſe eſt,ſi debeat integra obſeruatio fieri, cumq;in omni uita ne duobus quidẽ
ægrotis,nedum pluribus oẽs ſupra enumerati caſus accidere ſimiliter queant,clarum eſt huiuſ-
modi obſeruationem pro iſtis concurſibus fieri non poſſe.Nõ poſſe autem prædicta omnia pro
omnibus,aut pluribus reperiri,ita quiſpiam demonſtrauerit.Qm̃ cauſis,paſſis locis,ætate,con-
ſuetudine,ſymptomatum acerbitate,laborantis natura,anni temporibus,regionibusq; diſſidẽ
tia uitia gignuntur,duobus hominibus prorſum contingere non poteſt,ut ſimiliter in omnibus
ſeſe habeant:hanc ob cauſam pro concurſibus obſeruatio fieri nequaquam poteſt: ꝙ ſi duo ẽt
nulla pro re differentes inuenti fuerint,neque tamen propterea obſeruatio concedenda eſt,qñ
quidem ipſam in pluribus fieri opus ſit.Cæterum quo modo uos(illi inquiunt)ueſtrum ipſorum
placitum confirmatis?uidemur.n.ipſis pro ſymptomatis,& facultatibus obſeruare nõ poſſe:ue-
ratrum.n.purgare,aliqua animalia uenenum ictu infundere obſeruatione compertum eſt: & ꝓ
dentium ſtupore cauſa quidem comprehenſa non eſt, ſed portulaca ipſum diſſolui obſeruatum
fuit.Sic uero ipſis reſpondendum eſt:Nos quidem utilia ſymptomata circunſcribentes eo,ꝙ ad F
propoſita referamus,ex uſu utile iudicamus:cum igitur & à cauſis illata oĩa ſymptomata com-
prehenderimus ut grauitatem:& à locis,ut ægre ſpirare:& à facultate,ut animam deficere, in-
uenimus hæc eſſe utilia,reliqua uero inutilia. Qm̃ igitur utilia ſymptomata per relationem ad
propoſita circumſcripſimus,quæcunq; cauſæ,loci,facultatisue ſunt ſymptomata, ea utilia repu
tamus,quæ non huiuſmodi ſunt,inutilia.Igitur,tametſi neq; morbiferas cauſas, neque perpeſ-
ſos locos cognouimus,cum facultatem,ut dixi, habeamus utilia ſymptomata ab inutilibus di-
ſtinguentem,neq; pro agentibus cauſis,affectis uel locis obſeruare,poſſimus, ut ſanguine inſe-
ſtante,non dignoſcentes ſanguinem eſſe morbi cauſam, à grauitate, quæ ſymptoma eſt ſubſe-
quens,cauſam eſſe rimati, à grauitate ueluti manuducti pro ipſis obſeruationem facere poſſu-
mus.Sic & pro ſpũs difficultate,id uentriculi,aut pulmonis,aut iecoris,aut tranſuerſi ſepti, aut
alius cuiuſpiam affecti loci ſymptoma eſſe ignorantes,ſolum id locum affectũ eſſe ſcientes,per-
inde pro ipſis,atq; pro ipſo affecto loco,obſeruare poterimus:quæ autẽ neque loci, neque cau-
ſæ,neque facultatis ſymptomata ſunt,ea tanquam abundantia reijcimus. Vtile igitur atque in-
utile pro quibus propoſitis obſeruemus,empiricis dicendum,nos ſcilicet pro ſolis ſymptoma-
tum generibus obſeruare,in quibus neque potentia,neque tempore, neque magnitudine, neq; G
ordine,neque alio quopiam opus eſt,ut pro dentium ſtupore portulacã. Quid igitur prohibet,
fortaſſe dicent,& nos ad hunc modum obſeruare?ſi in iſtis,reſpondebimus,ſymptomatum ge-
neribus obſeruatis,quemadmodum & nos modo diximus reliquis,ubi tẽpus magnitudo,& po
tentia requiritur prætermiſſis,iam inter nos conuenit: Cæterum,ſi dicant, morſum hæmorrhi
plura ſymptomata comitantur,& uos nihil in his obſeruatis: nos contra reſpondebimus non
pro illis ſymptomatis,ſed pro antegreſſa cauſa nos obſeruationẽ facere:ſymptomata uero an-
tegreſſarum cauſarum cognitionem,pro quibus obſeruationem ſtatuimus,exploramus: cauſa
nanque ignorata,& facultate curandi ex indicatione carentes,obſeruationem pro anteceden-
tibus cauſis præſtamus:obſeruamus autem non ſolum pro cauſis, ſed etiam pro loco uno: pro
iecoris itaque atque pro lienis affectu quædam obſeruauimus.Si uero dixerint iſta ſingula unũ
ſymptoma comitari,dicemus nos,interdum non unum,ſed plura: multa uero curioſe perſequi
mur,non ut pro ipſis obſeruationem conficiamus, ſed ut id,pro quo fit obſeruatio, conſequa-
mur,in iecinoroſis affectum eſſe iecur,pro quo obſeruatio ſtatuitur, & in aliis ad hũc modum.
Cæterum plerunque pro prægreſſa cauſa ſit obſeruatio:non enim pro dentium ſtupore portu-
laca obſeruatur,ſed pro affectu ab acidis acerbisue creato. Igitur, cum ex fluxione aut uomitu H
aut ſecantis ſerræ ſtridore dentes obtorpuerunt,nihil in portulaca præſidij eſt:prius itaque cau
ſam rimati,ob quam dentes ſtupor obſedit,deinde ſic ea utamur: quæ in his uero accipiuntur,
antegreſſis cauſis minime aduerſantur:neque enim alia continentibus cauſis adhibentur. Hæc
ſanè aduerſus obſeruationem in concurſibus facientes afferri poſſunt. Interrogandi præterea
ſunt empirici,quo modo adminiſtrandorum auxiliorum menſura, aut tempora ſint obſeruan-
da,aut quo modo ciborum tempora,& menſura.

Empiricorum hiſtoriam inanem eſſe. *CAP. 14.*

VErumenimuero ipſorum hiſtoriam inanem eſſe, neq; confici poſſe in præſentia pateſaciã.
Vtuntur ſanè Empirici hiſtoria eam ob cauſam: frequenter morbi quidam exoriuntur, ad
quos nullum auxilium ab ipſis obſeruatũ eſt: ut igitur & hac in difficultate aliquibus remedijs
abundare poſſint,neque fortuitum euentũ expectent,hiſtoria uſi ſunt: neq; hac tñ de cauſa,ue
rum etiam ut breuior eſſet traditio:non poteſt.n.nouus medicinæ diſcipulus omnibus ſympto
matis obuiam fieri,atque in omnibus obſeruationem facere.Nequis igitur omne uitæ curricu-
lum diſcendo conſumat,ſed aliquando & arte utatur, iccirco ad medicãdum utilem hiſtoriam
eſſe aſſeruerunt:conficitur autem,aut præſentium hiſtoria,ut illud carmen,

Ferro

A Ferro homines cædunt,ignis late omnia vaſtat.
aut præteritorum,ut illud,
Curetes pugnam ſimul, Aetoliq; ciebant:
ſed futurorum neutiquam:illud enim,
Ille dies aderit,quo procidet Ilios alta.
non hiſtoria , ſed potius diuinatio dicenda eſt.Empirici præteritoritorũ hiſtoria frequentius vſi
ſunt:ſic enim eam definiunt.Hiſtoria eſt rerum ſæpius circa eadem probatarũ narratio.Sed cõ-
tra ipſos ita dicendum: Si oĩa in hiſtoria narrata uera eſſe affirmant, aliquem profecto iudicem
habere debuerunt,qui recte hiſtoriam inſtitutã eſſe iudicaret:uerum,cũ non ita res habeat,ali-
quod diiudicandæ hiſtoriæ inſtrumentũ reperiendum eſt,quo uera à falſis diſcreturi ſimus.ete-
nim circa idẽ non ſolũ medici diſſident , immo & cõtraria opinantur . febricitantes enim adeo
nonnulli inedia macerabant,ut ne aquã quidem cõcederent:nonnulli ab initio cremorem hor-
dei propinabãt,nonnulli ſummopere cauebant,ne unquam hordeaceo uictu laborans uteretur.
Petronas autẽ,& ſuillas carnes aſſatas exhibens,& uinum nigrum meracius,ad uomitum com-
pellebat , & frigidam ad laborantis arbitriũ potui dabat.Apollonius uero. Atq; Dexippus Hip-
B pocratis auditores,neq; aquã propinabant,nedum uinum:præparauerant enim ſcyphos quoſ-
dam cereos numero duodecim,ut eſſent ſinguli heminæ ſexta pars, ex his duos treſve alterna-
tim ægrotantibus dabãt.Tanta igitur cũ ſit inter medicos cõtrouerſia,cur diiudicandę hiſtorię
inſtrumentũ aliquod comparari non debuit?quare,cum ipſos fateri coegerimus, neque inutile
eſſe hiſtoriam admittere(ſic enim ſuperuacuam eſſe hiſtoriã declarabimus) percunctabimur ex
perientiane,an ratione hiſtoriam iudicent.ratione quidem nequeunt,cum ipſam exterminent,
& alioqui,quo percipiuntur hæc ſingula,eo & iudicãtur. at experientia, quæ iuuant, deprehẽſa
fuiſſe prædicant : experientia igitur etiã iudicari neceſſe eſt . quẽadmodum enim in aliis, ita &
hoc loco res ſeſe habet . Quidam in hiſtoria niuẽ refrigerare tradidit, ſi de hiſtoria ſententia fe-
renda eſt,eodem inſtrumento utendũ eſt,quo ſcriptor ille rem hanc deprehendit.Rationalis ſa-
nè medicus per cauſam diiudicare hiſtoriam poterit. quodam enim in hiſtoria ſcribente,hoĩem
diſtenta uaſa & oppreſſa grauitate habentem,ſanguinis profluuium ſuperueniẽs ab inſtãte no-
xa liberat,& grauitatem hanc examinat,num uera ſit,in cauſam ſymptomata inſerentem reſpi-
ciens,conſiderãsq;,num ſanguinis profuſio potens ſit cauſæ reſiſtere:inueniens ergo grauita-
tem diſtentionemq; à plenitudine prouenire,& ſanguinis effuſione plenitudinem inaniri,hiſto
C riam ueram eſſe cognouit,nullaq; re alia ad hanc diiudicationem indiguit:ubi uero cauſam nã-
ciſci nõ poſſumus , hiſtoriæ iudicium experientiæ cõmittimus . ſiquis enim hiſtoriæ tradidiſſe
uiſus fuerit portulacam dẽtium ſtuporem diſcutere , huic rei iudicandæ experientiã adhibebit.
Ad hunc itaq; modum empiricum neceſſe fuerit de hiſtoria ꝑ experientiam iudicium facere.ꝙ
ſi experientia hiſtoriam iudicat,efficitur,ſuperuacuam,atq; inutilem eſſe hiſtoriam.Cæterũ nõ
nulli empiricorum dicunt,nos auctoritati ſcribentium fidem habentes hiſtoriã iudicamus: No
bis uero interrogantibus,quo modo ipſorum auctoritatem æſtimatis,cum ipſorũ alij in alijs fal
lantur,& alios emendent?reſpondent,Cum ſcriptor aliquis nõ ob inanem gloriã,neque decre-
torum amore compulſus, neque altercandi ſtudio irritatus quicquam ſcribit , tunc uera ipſum
ſcriptis mandare cenſemus.Hoc totum dictum in primis facile refelli poteſt.cõtingit.n.ob nul-
lam ex antedictis cauſis,ſed proprio errore ductum ſcriptorem quempiam hiſtoriam condere :
num igitur,quia neq; gloriæ cupiditate,neq; ſectæ ſuæ placitis fauens,neque cõtradicendi gra-
tia ſcripſit,propterea quidquid eius ſcriptis continetur,uerũ eſſe dicendum eſt ? Secundo,cum
hiſtoriæ auctorem ſapientem medicum eſſe autumant,à iudicanda hiſtoria diſcedentes uirũ ſa-
pientem iudicant:ſed hmõi iudicium ad philoſophos non ad medicos pertinet . Præterea unde
iudicium illud accipi poteſt,cum neque gloriæ comparãdæ,neque ſectæ ſuæ tuendæ, neque ri-
D xandi cauſa ſcribendi prouinciã ſuſcepiſſe? Vlterius dum conantur,quo agnoſcenda ſit ſcripto
ris auctoritas,declarare,inſtr̃o ab ipſiſmet repudiato utuntur:dicentes.n.cum non gloria , non
concertandi cauſa ſcribere,cauſas exponunt,ob quas ſcriptori fides habenda ſit . Quare,ſi non
ob aliud quicquam,ob id ſaltem cauſarum ueſtigatio perutilis fuerit,noſq; ẽt nihil plus quæri-
mus,ſed quæque res propter quid facta ſit, curioſe explorandum eſſe contendimus . quod ſanè
& ipſi in hiſtoria diiudicanda facere uidentur.nos uero propter quid quodque ſit,ueſtigare cõ-
ſueuimus,atq; in totum cauſa ad rei naturam diiudicandam utimur, empirici autem ad mores
ſcribentis dignoſcendos:mores aũt æſtimare nõ medicorum,ſed philoſophorum officium eſt .
Amplius & hoc aiunt empirici,non opus eſſe hiſtoriam experientia iudicare,idq; ita probant :
quemadmodum uos Cretam inſulã eſſe quibuſdam ſcribentibus,Cretam eſſe inſulam cognoui
ſtis,quamuis proprijs oculis ipſam nunquam aſpexiſtis , ita & nos multis de ijſdem eadem ſen-
tientibus experientia ad hiſtoriã iudicandam nõ egemus, ſed multorum opinioni accedimus .
Nos iſtorum rationi occurrimus iam dicentes : Cretam eſſe his ueriſimilibus argumentis moti
credidimus,quoniam inde huc aliquis, iterumq; hinc illuc nauigat , quoniamq; non nulli Cre-
tenſes illic noſtri amici ſunt,ad quos etiã literas damus, & à quibus accipimus . præterea,quo-

niam omnes homines de ipſa licet inimiciſſimi idem referunt. de medicinalibus autẽ rebus ni- E
hil ferè inter medicos conuenit : cum præſertim inter oẽs homines exiguus ſit medicorum nu-
merus: neq; ſolum diſſentiunt, ſed & pugnantiſſima, ur paulo ante monſtrauimus, opinãtur. quo
circa aliquo inſtrõ opus eſt ad diiudicandum medicinalem hiſtoriã. Cæterum, cum dicant em-
pirici, quæ comprehenduntur, aliqua ſenſu comprehendi, ut ruborem, alia per reminiſcentiam,
ut ea, quæ notis quibuſdam ac ſignis in memoriam reuocantur, per indicationem autẽ nihil di-
gnoſci, ac neutro ab ipſis probato modo. Cretam eſſe inſulam comprehendunt: nihil dubiũ eſt,
aut ipſos, Cretam eſſe inſulam, non cõprehendiſſe, aut, ſi comprehenderunt, tertium quendam
alium comprehenſionis modum reperiri. hæc dixiſſe ad oſtendendum adeo ab ipſis concelebra
tam hiſtoriam ſuperuacuam eſſe, abunde ſit.

Quòd nihil utile ab hiſtoria Empiricorum haberi poßit. CAP. 15.

CAeterum nullius iuuantis notitiam ex hiſtoria haberi poſſe nõ magno quis negocio proba-
uerit. qñquidem obſeruatio, ut ſuperius tradidi, non ſolum in ſymptomatum genere & nu
mero facienda eſt, ſed etiam in magnitudine & tempore & ordine: hæc autem deſcribi ſine pro
poſitis nequeunt: manifeſte ſequitur hiſtoriam dari non poſſe: penes magnitudines autem & tẽ
pora, & ordines medendi conditionem differre probatum eſt. Verum, per q̃ concluſimus in con F
curſibus obſeruationem fieri non poſſe, per eadem efficitur neq; hiſtoriã poſſe cõdi. neq; .n. ob-
ſeruationem fieri non poſſe, poſſe uero non obſeruata deſcribi quiſpiam dixerit.

De tranſitu ad ſimile ſecundum Empiricos. CAP. 16.

DEinceps de tranſitu ad ſimile diſputandum eſt. indiguerunt aũt tranſitu ad ſimile empirici
hac de cauſa. cum plurima, & penè infinita eſſent, in quibus obſeruationes erant faciendę,
& opẽ ferentia eſſent quoq; infinita, ac nemo poſſet in oĩbus, aut plurimis aliqua notare, id fuit
in cauſa, ut hiſtoria tranſituq; ad ſimile egerẽt empirici: adhuc, qm̃ rationales medici ipſis obij-
cientes aiunt, nihil æque artifices, ac facilitatem in artibus copiãq; præſtare, diſcupiunt : at uos
unum in uno obſeruãtes infiniti in curationib⁹ eritis, aut plura in eodẽ obſeruare coacti, nunq̃
arte utemini, ſed aliqua ſemper notabitis. Hanc ipſi obiectionẽ ita diluunt: Nos tranſitu ad ſimi
le utemur, ex quo nobis facultas copiaq; ſuppetit. vertiginoſo .n. in humum procidente, ſangui-
neq; ob caſum effuſo, atq; ita morbo eo liberato, nos id notantes in altero uenã ſecabimus. Sed
primum eos quiſpiã ſciſcitabitur, unde ipſi certiores facti ſunt ex ſanguinis profuſione, & non
ex ipſo caſu uertiginoſum fuiſſe ſanatum. Sed nondũ aduerſus eos quippiã afferre tp̃s eſt prius,
q̃, quot modis tranſitu ad ſimile utantur, oſtendero. Dicunt itaque ſe tranſitu ad ſimile uti, non G
nunq̃ ab auxilijs ad auxilia, non nunq̃ à locis ad locos, nõ nunq̃ à uitijs ad uitia: ab auxilijs qui
dem ad auxilia, ut qñ meſpilum uice cotonei torminoſis adhibẽt: à locis autem ad locos, ut qñ
ea, q̃ in muſculoſis aut neruoſis membris obſeruarunt, talibus ẽt applicuerunt, quemadmodũ,
exempli cauſa, à femore ad humerum transferimus : à uitiis uero ad uitia ita tranſeunt, ueluti
cum remedia ad ſanguinis effluuium probata ad Hæmorrhi morſum accipimus. tot ſanè modis
tranſitu ad ſimile utuntur empirici.

Tranſitus ad ſimile Empiricorum impugnatio. CAP. 17.

VErum ipſos libenter interrogem primum de auxilijs, quo mõ ipſis utantur, num facultatis
aut qualitatum inhærentium ſimilitudinẽ attendentes. veluti cum meſpilum pro cotoneo
aſſumunt, num aſtrictione ſimilia eſſe putãtes accipiunt, an quia rotunda ambo, colore, tactuq;
ſimilia conſpiciunt? Si facultatẽ (aſtrictionem dico) attendentes ſe tranſitum facere aſſerent, ſe
cãs adſtrictionis, per quas iuuãtia proſunt, explorare fatebuntur, ſimul autem cum iuuãtium fa
cultate & nocentium facultas addiſcit. Quinetiã & plus quiddam eos perſcrutari oportet, non
ſolum, ꝙ meſpilum adſtringat: complura .n. eadem ui prædita ſunt, quæ propterea nõ idem prę-
ſtant, ut æris ſquãma adſtringens & membra repurgat: nam, ſi piper calefaciendo iuuare cogni H
tum ſit, iam pro certo babetur, quod in p̃ñtia nocet, frigiditate officere: Sin autem qualitatum
ſimilitudinem ſpectantes ſimilia ſe deligere profiteanẽ, utrum dicemus, ſi oẽs qualitates ſimiles
ſint, ita ſimilitudo attenditur? at id prorſus eſſe nõ põt, ut aliquorum oẽs qualitates ſimiles ſint:
ſic .n. eadem eſſent, non ſimilia. Certum igitur eſt eos aliquarum qualitatum ſimilitudine inſpe-
cta tranſitum ſe facere dicturos. aut igitur plures (dicemus nos) aut totidem, aut pauciores qua-
litates ſpectãtes trãſibitis: ſi pauciores, fermè oĩa ſimilia fuerint: in aliquo .n. omnia concordãt:
ꝙ ſi totidem aut plures, cur in ſanguinis effluuio (dicemus) quẽadmodum porri coma uſi eſtis,
non item & allij, & cępæ comã adhibuiſtis? hæc .n. in plurimis ſimilia ſunt. & in pernionibus pa-
riter quare, quemadmodum rapa, non item & raphano ei malo ſuccurritis? præterea & ſtoma-
cho imbecillis, quare abſinthio carentes, non & marrubij ſucco medemini? ferè .n. hæ duæ her-
bæ non differunt. itẽ aqua ſuffuſis, quã ob cauſam plerunq; uice raphani rapam non exhibent?
Atq; in uniuerſum conſiderandum eſt aliqđ obſeruatis ſimile cõtrarias tñ uires hr̃e: ipſosq; per
contari opus eſt, ꝑꝑ ſimilitudinem ne iiſdem morbis hęc remedia cõducant, ſimilitudo uero ſit
ſenſibus (ut ipſi reputant) iudicanda. hoc idem argm̃ aliquis in reliqua ipſorum decreta contor-
quere poterit: nã protinus ipſis oñdendum eſt, neq; à ſymptomatis ad ſymptomata, neq; ab af-

fectibus

A fectibus ad affectus eos tranſire poſſe: nunquid.n.ſymptomatum ſimilitudinem in facultate at-
tenditis? hoc uero negabunt, non.n. facultatem ſymptomatum, ſed ſenſui manifeſtam ſimilitu-
dinem explorāt: vtrum igitur pluriuin ſymptomatum, an totidem ſimilitudinē? at phlegmone,
& ſcirrhus in plurimis ſunt perſimiles, ſed nihilo minus fermè contrariā, nihilq; conſentientem
curationem poſtulant: ſic etiam ędema, & ramex, ſtruma, & meliceris magna ſimilitudine inter
ſe conueniunt, ſed medendi ratio maxime diſtat: præterea ex uenæ fractura ſanguinem reiiciē-
tes omnia fermè ſymptomata illis, quàm ſimillima habent, quæ ſanguinem ob eroſionem, aut
apertionem ſpuentibus inſunt: non tamen iccirco eadem medicatio omnibus idonea eſt. Atqi
ea ferè, quibus empiricorum ad ſimile tranſitus confutatur, perſecuti ſumus.

De tranſitu ad ſimile ſecundum rationales. CAP. 18.

DEinceps uero declarandum ſupereſt, quo mō rationales tranſitū ad ſimile uſurpare ualeāt,
qđ alij non ad ſimile tranſitum, ſed analogiſmum nominare conſueuerunt: nam ad ſimile
tranſitum pertinere ad empiricos aſſerunt, modum autem illi proximum analogiſmum uocāt,
quem rationalibus familiarem eſſe teſtanī. Verum nos aduerſus noīa mutantes minime pugna
mus, ſed rem ipſam proponemus, cui quiſq; ſuo iure nomen imponat. Itaq; ſymptomatum ali-
B qua cās, aliqua paſſos locos, aliqua facultates, aliqua ægrotantes ipſos ſubſequi ſtatuimus: hæc
rōnalis oīa diſtinguit, noſcitq;, ubi obſeruandum ſit necne: ꝙ alia uero adſint, aut abſint, nō la-
borat, cum nihil ad medelā conferant: cumq; cōcurſus in aliquo inutili ſymptomate uariare ui
deatur, haud ſecius iiſdem uteī, ac ſi penitus aſſimilis concurſus eſſet. At empiricus, quia conſu
ſum, ex oībusq; aceruatum cōcurſum obſeruat, facultate diſcernendi ſymptomata carens, quo
cunq; ex illis deficiente, abundāte ve, perinde atq; cōcurſu euariante, diuerſa quoq; curandi ra
tione uti debet, ignorans in non nullis ſymptomatum, defectu, affluxu ve cōcurſum re uera per
mutari, ut in phlegmone, ſcirrho, œdemate, atq; ramice: in nō nullis autem minime: nā in ijs, q
à priore parte conuelluntī, & in ijs, qui à poſteriore, quos Græci emproſthotonicos, & opiſtho-
tonicos uocant, differre quidem concurſus uidetur, ſed, qm̄ patientis ſymptoma eſt, non cauſę,
non loci, nō facultatis, ideo non fit diuerſa curatio. Id quoq; ignorat empiricus, non nunquam
ſimilem eſſe concurſum, non tn̄ iccirco eadem curatione eſſe utendum. Ecce.n. totidē, ſimiliaq;
ſymptomata in ſanguinem reiectante ex fractura, ex apertione, & ex eroſione reperiantur, eſto
etiam tuſſis in oſbus iſtis eadem, & proiecti ſanguinis copia ſit æqualis, aliaq; etiam ſint conſi-
milia, nihilo minus tn̄ differens curatio adhibebitur. Quamobrē rationalis medicus utilia ſym-
C ptomata ab inutilibus diſtinguens, ſępius diſſimili apud multos apparente concurſu, eadem me
dicamenta ſectatur, ueluti quidam emproſthotonici, id eſt, in priorē partem diſtenti, & opiſtho
tonici, i. in dorſum diſtenti, & tetanici, id eſt, æqualiter in utranq; partem conuulſi, iſti diuerſum
concurſum hr̄e uidentur. At rationalis intelligens ſanguinis (ſi ita forte euenerit) copiam in cau
ſa eſſe, muſculorumq; eſſe uitium, & eundem eſſe morbum (phlegmonen.n.) eadem medendi
uia incedet: ſola.n. prædicta ſymptomata notat, ſed patientis ſymptoma tanquam inutile repu
diat. Nam in priorem, aut poſteriorem, aut æquabiliter in utranq; partē conuelli patientis ſym-
ptoma eſt, qđ obſeruatum nihil in curando utilitatis affert, quemadmodum neque lachrymari.
Contra nonnunquā ſimili apparente cōcurſu, iſte uero penes diuerſam cauſam differenti cura
tione utitur, ut in illis, q ob eroſionē, aut fracturā cruenta ore profundunt: partiens.n. ſympto-
mata rationalis, ad utile indicātia reſpiciens, atq; utilia tm̄ ſymptomata deligens, auxilijsq; ad-
uerſus ea pugnare ualentibus utens, plerunque diuerſo apparente cōcurſu, eodem ipſe mō cu-
rabit: aut contra, ſimili apparente, diuerſam curationē adhibebit: curatio nanq;, & admotio re-
mediorū cauſis ſymptomata gn̄antibus aduerſari ualentium. Rōnalis itaque unumquodque au
xilium morbiferis cauſis aduerſarium cōprehendit, & cui ſymptomati reſiſtere ualeat, nō igno
D rat, quoniam concurſum, ut iam diximus, partitus eſt. At empiricus in confuſo, aceruatoque cō
curſu iuuantia obſeruans, quid cui reſiſtere aptum ſit, diſcernere nequit: id ignorans uero, tran-
ſitu ad ſimile uti non poteſt: per quid enim iuuans proſit, & ipſe ſe ignorare fatetur.

Quo modo rationalis utilia ſymptomata ab inutilibus ſeparet, tranſitumq; ad ſimile faciat. CAP. 19.

CAeterum quo mō (dicet aliquis) utilia ſymptomata a uanis diſtinguit rationalis? ad indicā-
tia propoſita referendo, reſpondeas: cum.n. quædam ſymptomata propoſitum utile indi-
cans manifeſtantia, quædam uero id non præſtantia cognouerit, utilia ſanè adnotat, alia dimit
tit: ex huiuſmodi uero utilium ſymptomatum perceptione trāſitus ad ſimile facultas exoritur:
quandoque autem non integram curationem, ſed aliquam eius particulam tranſponit: quem-
admodum enim concurſus, ita & curandi rationem diſtinguit: atque in primis perſpicuum ha-
bet, quænam curationis auxilia ſymptomatis à cauſis illatis aduerſantur, quæ ſymptomatis à
loco, facultateve productis: ſciens nanque hoc ſymptoma à cauſis enaſci, iſtud à locis, id uero à
facultate, à cauſa præterea auxilij genus indicari, à loco utendi modum, à facultate tunc tēpo-
ris ſignificari menſuram, ſi quidem eadem cauſa ſit, & cauſam prodentia ſigna appareāt, ſed ne-
que locus idem ſit, neque facultas eadem, idem utiq; remedij genus accipietur, ſed utēdi rō, &
menſura mutabitur: contra, ſi cauſa planè diuerſa fuerit, ſed locus, & facultas ſint iidem, nō idē

auxilij

auxilij genus,ſed utendi rō & menſura eadē ſeruabiť. Poſtq̃ igiť rationalis medicus & concur- E
† Al. partiri. ſus & curationes † metiri eſt idoneus,poteſt ſcd̃m cōcurſuum ſimilitudines aliquas curationis
partes,prout ipſi uidebitur,commutare. At Empiricus neq; cauſam,neq; cauſarum,aut loci,aut
facultatis proditoria ſymptomata rimatus,id neutiq̃ facere poterit: quocirca neq; trãſitum ad
ſimile in curando rite uſurpauerit,qñquidem,quo modo inter ſe cōcurſus ſint ſimiles,ignorat:
ideo neq; medicationem partiri ualet,neque remedium pñti ſymptomati occurrere potens ad-
hibere: ꝙ ſi id ſe poſſe facere affirmat,ut ſcilicet & concurſuum ſymptomata,& curationem par
tiatur,quid unumquodq; prodeſt atque officit dignoſcens,ſe abditarum cauſarum contempla-
torem eſſe fatebitur: quòd ſi hoc,& ab indicatione ſe remedia poſſe capere confirmabit.

Summa dictorum contra Empiricos. CAP. 20.

QVamobrem,cum ea,quibus Empiricorum ſecta ĩſignitur,atque informať,fruſtratoria ſint,
atque eſſe non poſſint,obſeruatio ſcilicet,hiſtoria,& ad ſimile trãſitus, obſeruationem qui
dem ratione carentem inutilem prorſus,& ſubſiſtere nequeuntem per ſe oſtendimus: inutilem,
quia rõnis uſus exigitur,quibus ſymptomatis curatio ſit adhibenda, declarantis: neque.n.pro
omnibus,aut iam præteritis,aut ægrum in præſentia uexantibus obſeruationem faciendam au
tumant: ſubſiſtere autem nequeuntem,quia plura cum ſint,oĩa non prorſus adeſſe poſſunt, quò F
idem cōcurſus emergat,genus inquã ſymptomatum,& numerum eundem, & magnitudinem,
& ordinem,& temporis opportunitatem , & id genus alia. Hiſtoriam uero per hæc abundare
probauimus,ꝙ experientia,quæ ſcribit,diiudicat: impotentem uero eſſe: magnitudines.n.ſym-
ptomatum,atque tempora aſcribere nequit,ſine quibus proſperi medicamenti nulla eſt cōpre-
henſio. Ad ſimile autem tranſitum eo argumento ſuſtulimus, quòd ipſum neceſſario in ſaluta-
rium,pernicioſarumque facultatum inquiſitionem dirigere oporteat.

Aduerſus methodicos diſputatio,& primum in quo diſſentiant,& in quo concordent ſectæ. CAP. 21.

CAeterum,poſtq̃ hactenus Empiricorũ decreta,ueluti per ſummã,refutauimus,modo ſupe
reſt ultima acies cum methodicis depugnãda. Verum aduerſus eos pugnaturus,omniũ ſe-
ctarum cōes ſñias concedat,neceſſe eſt,quod autem illis cum cæteris controuerſum eſt,conuel
lat. Empirici igiť ab indicatione remedia ſumi nõ poſſe aduerſus methodicos aſtruere conabun
tur: Nos uero ab indicatione remedia ſumi poſſe dicere concedemus,ſed ab euidentib[9] indica-
tionē enaſci nõ itidē ipſis condonabimus: adhuc illud methodicis aſſentimus,neq; ab uno ſym
ptomate,neq; à plurib[9] indicationem ꝓduci: rurſus uero illud negabimus,inutilia in totum eſſe
ſymptomata: nobis.n.ſymptomata plerunq; ea ſignificare vñr, q̃ ſalutare auxilium patefacere G
ualeãt,ſed ad docendam indicationem penitus ſuperuacua ſymptomata arbitramur. Hmõi ue
ro ſunt methodicorum inſtituta: cum eadem ſymptomata ſunt,affectus autem , quibus hæc in-
hæreant,differunt,non eadem medendi rõne utēdum eſt: exemplum de phrenitide afferunt,&
ea,q̃ ſub aſtricto,& ea,quæ ſub fluxo gñe collocatur: item,ſi iidē ſint affectus,ſymptomata diſ-
ferant,eadem,inquiunt,curatione utemur,ut in coſtarum cerebriq; phlegmone , ſi utraque ſub
aſtrictionis gñe uitia ſunt. Qñquidem igitur eadem ſymptomata cum ſint,diſſidente tñ ratione
in medendo utimur,cumq; illa differunt,eodem non nunquam modo curamus,ideo prorſus in
utilia ad curãdum ſymptomata eſſe aiebãt: ſublatis.n.affectibus ſimul,& ſymptomata pereunt:
poſitis & ipſa perdurant: hac de cã utiles eſſe affectus aiunt,qui hęc exorientes producunt,eua
neſcentes interimunt: at ſymptomata inepta, quæ in ſe ipſis nulla ui ꝑdita ſunt: ꝙ ſi quicquam
ſymptomata indicare dicant,utile nihil,ſed potius noxium: quemadmodum febris refrigeratio
nem indicat,aut mediusfidius potionem dãdam,uel uini cupiditas aut balnei,uinum exhiben-
dum,& in balneum ducendum eſſe declarant: quapropter,cum ſymptomata nihil,aut ſaltem ni
hil utile,ſed potius detrimentoſum oſtendãt,iccirco ſymptomata reiicimus,inquiunt, morbos
autem,utpote utile indicare ualentes,admittimus. Interrogãt præterea huiuſmodi quaſdam ra H
tiunculas,ut à iuuantium numero ſymptomata excludenda eſſe confirment. Si idem contraria
non indicat,qui uero aſtrictione fluxuq; affligantur,cōtraria ope indigent,profecto afflictatio
conferentium indicationem non generat. Sed in ipſos hæc ratio facile reflectitur,per quam ne-
que morbus quicquam indicare probabitur in hũc ſanè modum: Si corpus frigore corruptio-
neq; aſtrictum diuerſa medicamenta requirit, idem uero diuerſorum eſſe indicatiuum nequit,
igitur aſtrictio conferens non oſtendit. Alia etiam uia methodici interrogant: Si differentia idē
non indicant,febricitantes uero ac tuſſientes idem aliquando indicant,à febre igitur ac tuſſi cō
ferentis non fit indicatio. At nos hanc etiam ipſorum rationem in ipſos ita retorquemus: Si bile
aſtricti & laxati eadem remedia poſtulant,ac diuerſa idem non indicant, efficitur aſtrictionem
ac fluxum conducibile non indicare. Hæc ferè ſunt,quæ à methodicis afferãtur,ut inutilia ſym
ptomata demonſtrent.

Aduerſus methodicos ſymptomata utilia eſſe probat. CAP. 22.

VErum enimuero à nobis primũ eſt, methodicos per ea, q̃ faciunt non ex toto inutilia eſſe
ſymptomata,fateri: uſum uero,quem ſymptomata præſtãt, cum rationalem ſectã expone
mus in primis declarabimus. Methodicos itaque ſymptomata in curatione cōducibilia putare

A hinc maxime patebit. Homines enim utcunq; inſanientes tenebricoſo loco continẽdos eſſe autumant, ſiue ob effluxum, ſiue ob aſtrictionẽ inſaniãt: lucem nanq; in inſaniam addere arbitrãtur: at ueternoſos loco ſplendido detinendos, ſiue aſtrictione, ſiue fluxu laborent: tenebris.n. ueternum augeſcere putãt. Quo modo igitur, ſi nihil ſymptomata indicãt, aſtrictione delirãtes in tenebris uerſabunt̃, tenebris aſtrictionẽ augẽtibus, aut cõtra fluxu ueternoſi in luce fluxum intendẽte remanebũt? in his enim mihi affectus prorſum negligere uideñ, ſolãq; ſymptomata intueri. Igit̃ qui inutilia fuerint ea, quæ tãtam uim habent, ut ꝓpoſita ipſa poſthabere, neq; tñ poſthabere, ſed ẽt contrariũ ac ipſa indicent, facere cogant? aſtrictio nanq; ut laxetur nunciat, iſti uero in tenebris deliros concludentes nõ laxant: quin è contrario aſtringunt: fluxu ẽt cohibitionẽ indicante iſti ex fluxu ueternoſos in lucẽ ꝓducũt, atque ita fluxui incremẽtũ adiiciũt. Ad hęc ſanè reſpondent methodici, non quia ſymptomata indicẽt, ideo ſe illa accipere, ſed q̃a cõtra indicent, illudq; efficere, qđ propoſitũ imperet, prohibeãt: id enim cõtra indicans appellant, quod utile quidẽ nõ indicat, id uero fieri, quod affectus poſtulat, nõ permittit. At hæc nos ita refellimus: Si cõtra indicãtia inutilia cenſen̄t, facultas ẽt à propoſito indicatũ plerunq; accipi non permittens, inutilis putãda erit: ſed facultatẽ nobis aliquid ad medelã conducibile ſugge-

B rentem, tametſi & ipſa contra indicet, contẽplari oportet. Quemadmodũ itaq; facultatẽ cõtra ĩdicantẽ ex uſu eſſe ſtatuitis, uobis pariter, & ſymptomata utilia cõfiteri neceſſe eſt: ꝓterea ridicule admodũ phreniticis tenebras cõferre aiũt: nã ſi tenebræ aſtrictionẽ augẽt, aucta uero aſtrictio deliriũ maius facit, (creſcunt.n. ſymptomata minuunturq; cũ affectibus) cõtra, q̃ oporteat faciunt, q̃.n. affectũ, eadẽ & deliriũ exacerbãt. & de ſymptomatis ſermonẽ ſatis abunde fecim⁹.

Ab affectibus utilem indicationem non ſumi. CAP. 23.

MOdo neq; affectus cõferens indicare (ut opinantur methodici) iiſdem illis rationibus, quibus ipſi inutilia eſſe ſymptomata probare nitebantur, cõmonſtrare decreuimus. Ita nanque aſſerimus: ſi iidem affectus ſint, cauſæ uero differant, non eãdem curationem admittimus. Vrinæ nanque ſuppreſſio unus quidam affectus eſt, uerum ſi calculus ſit in cauſa, excidimus: ſi phlegmone, cataplaſmata illinimus: ſi ueſicæ ſupra modum diſtentio, fiſtulam, quã catheterã nominant, imponimus, ſiue ut inquit Eraſiſtratus, ægrum in genua ſtatuentes, atq; aphronitro extremum urinariæ fiſtulæ illinentes, & alia, quæ deinceps ſequuntur. Sin autẽ ab affectibus conducibilium indicationes fierent, unus cum eſt affectus, eiuſdem quoq; conducibilis eędẽ forẽt

C indicationes: non ſunt aũt: non igitur affectus indicant. item ſi ab affectibus indicationes orirẽtur, non utiq; diuerſi affectus idem indicarent. At, una cũ eſt cauſa, licet affectus diſſideant, idẽ curandi genus admittimus: cholerã nanq; & arquatum morbos diſſimiles eſſe uel ipſi fermè cõfitentur, etenim aſtrictus hic, ille uero fluxilis morbus eſt: in utroq; tamen fit inanitio. Quapropter, qm̃ ſublatæ cauſæ affectus auferunt, poſitæ conſtituunt, ac ꝓterea diuerſæ cauſæ, quamuis iidem ſint affectus, diuerſam, eędem, licet affectus euarient, eandem tñ curationẽ poſtulant, nõ iniuria nos & cauſas & affect⁹ & paſſos locos exploramus. Poſſumus uero & hiſce rõnibus idẽ comprobare, à diſcordibus ſcilicet cauſis eundem affectũ procreari, exẽpli cauſa, aſtrictũ: ignis nanq; in corpus incidens ſuperficiem denſat, id pariter frigus efficit, nihilominus hunc, qui idẽ affectus eſt, differenter curamus ꝓpter cauſarum differentiã: illum enim, qui ab igne eſt, perfuſionibus, & cataplaſmatis cruſtas ſeparare ualentibus ſanitati reſtituimus: eũ uero, qui à frigore fomentis, raparũ decoctis & id genus aliis ſanare ſtudemus. Quòd ſi laxatorio utrunque curãdi genere ſanari contendant, ita occurremus. Si idẽ eſt curãdi genus, id ſi peruremus, nihil errabimus, ut ſi ab igne, ægrotantẽ iiſdem fouebimus, & frigore affecto eadẽ cataplaſmata ſuperdabimus, & medicamina ad cruſtas facientia adhibebimus: ſed nequaquã iſta facimus: grauiter.n. lęduntur: haud igitur eandem eſſe curationem dicendum eſt. Amplius, eadẽ cauſa diuerſos mor-

D bos generat: plenitudo enim aliàs phlegmonen excitat, hęc uero aſtrictio eſt, interdum ſanguinem profundit, at ſanguinis profuſio fluxus uocatur, neq; tamen ob id, licet morbi differant, eſt diuerſa curatio: ſiquidem in utroque euacuatio ſanat, morbo contraria: quãdoquidem non ab affectis, ſed ab efficientibus, quẽadmodũ & ipſi profitentur, indicationes accipiendę ſunt: affectus uero cauſarum loco methodici habent, ꝙ ſymptomatum affectiui ſunt: ſed non qua cauſæ ſunt, inquiunt, ſed qua communitates, uim habent indicãdi, nihilq; uetare idem & pro cauſa, & pro communitate & pro alio quopiam accipi, ut malum guſtabile, olfactile, uiſile, tactileque eſt: cumq; ipſum dulce eſſe dicimus, non quatenus ſub tactũ uenit, dulce dicimus: haud ſecius affectus ab aliis enatos, alia quædam producere quid impedit? quando uero ipſos indicare, inquiũt aſſerimus, nõ quatenus effectus, aut aliorum effectiui, ſed quatenus cõmunitates ſunt, ipſos indicare cenſemus. Quemadmodum igitur ſymptomata methodici, quoniam à diuerſis eadẽ, & ab iiſdem diuerſa proueniũt, nihil indicare cõmodi teſtantur, itidẽ & nos à diuerſis cauſis eoſdem, & ab iiſdem diuerſos gigni affectus intuentes, eos ad utilium indicationem incommodos eſſe dicimus: neq; enim unum idem ſemper indicat, alioqui urinæ ſuppreſſionem eadẽ ſemper uia tolleremus. Vt igitur illi ruborem non indicare aiunt, ꝙ effecti ſpeciem ipſum reputent, ſic & nos affectus ad indicationem non nunquam cauſarum, non nunquam effectorũ inutiles eſſe ſtatuimus.

ſtatuimus.Quiſplam uero ita illis obiiciat: Quid ruborem ipſius alterationem indicare negatis, E
quandoquidem,& cõmunitatem in ipſo ſpectatis?in pluribus.n.differẽtibus cernitis:quid aliud
uero eſt cõmunitas,q̃ res in pluribus eadẽ?igitur,ſi indicat,& pluribus cõmunis eſt, cur non ab
ipſo , aliisq́; id genus ſymptomatis euidenter apparẽtibus indicationes accipitis , ſed potius ab
affectibus,aſtrictione ſcilicet,& fluxu, nequaq̃ euidentibus ? Quòd ſi affectus indicat,omnium
maxime ridiculũ fuerit,affectum ſenſu cõprehenſibilẽ eſſe inficiari: ſi fluxus itaque, & aſtrictio
ſolæ cõmunitates forẽt,uero proximũ quis diceret,eas ſolas indicare dicens:uerum,cũ & ſym-
ptomata pluribus cõmunia reperiantur,quare & ab ipſis iuuantiũ indicatio nõ oritur ? Sin aũt
reſpondeant,iccirco ſymptomata repudiamus,q a proximæ,& neceſſariæ medentibus cõmuni
tates non ſunt:nã eoſdem affectus diuerſis ſymptomatis eodẽ modo curamus,& diuerſos affe-
ctus,etiãſi eadẽ ſymptomata fuerint,diuerſa tñ,ut ſupra declarauimus,ratione diſcutimus.His
de cauſis,& nos dicemus,idem in affectibus euenire cernẽtes,qđ uos in ſymptomatis obſerua-
ſtis,ueluti incõmodos,& ſuperuacaneos ipſos reiicimus:iſtud enim probare, affectuũ uidelicet
cõprehenſionẽ eſſe inutilem,abundãs eſt,& fruſtratoriũ:ad curationẽ enim ſatis eſt cauſæ ꝑce-
ptio,loci uexati dignotio,& facultatis menſura:ſitne fluxus,an aſtrictio,ſuperuacuum puto co-
gnoſcere,ſed huiuſmodi ratio poſterius agitabitur,cum de uſu affectuũ perceptionis diſſeretur.

Quid morbus indicet,& quid artifices requirant. CAP. 24. F

ILlud aũt aduerſus methodicos dicendũ eſt,Affectus,nõ quid agendũ ſit, ſed ſuã ipſorũ ſubla
tionẽ,deſtructionẽq́; indicare:quod ſanè & quis uotis expetere poſſit:id uero nec uulgus,ne-
que brutæ animantes ignorant,morbos ſublationẽ, ſanitatem conſeruationem indicare.Artifi-
ces ſanè huiuſmodi indicatione non egent,ſed illa ſcire exoptant,per quæ languores pelluntur,
& ſanitas conſeruatur:propterea illis opus habent,q̃ particulatim remedia indicant,quibus ac-
cerſitur ſanitas,ac retinetur.Atqui ꝑ id artifices vulgo præcellunt,ꝙ ea percipiunt,quibus parti
culatim remedia patefiunt:quandoquidem,ſi morbi ſua ipſorum remedia edocerent,laborãtes
ipſi,per quæ ad ſanitatem redirent,intelligerent: at iſtud ignorant : quid uero morbus indicet,
certum habent,ſublationem ſcilicet: quare morbos pellere potentes medicos acciri iubent .

Non morbos , ſed cauſas medelam indicare. CAP. 25.

QVin & ex adhibitis auxiliis non morbos, ſed cauſas medelam indicare agnoſcendi facultas
dabitur:auxilia nanq; non affectis, ſed facientibus aduerſantur , ut euacuatio multitudini
cõtraria eſt,morbo uero nulli,ut phlegmonæ,aut febri:multitudine igitur euacuatione ſubtra-
cta ſimul & genitus per eam morbus tollitur . Sed non propterea , ꝙ ſimul cum efficiente cauſa G
morbus recedit,auxilium morbo aduerſari dicendum eſt. Poſſumus enim & ex ſymptomatum
à multitudine,atq; euacuatione orientiũ collatione,cui opponatur auxiliũ dignoſcere: ſiquidẽ
multitudo redundantia grauat,euacuatio redundantiã ſubducẽs grauitatẽ tollit:deinde multi-
tudo cõceptacula diſtendit,euacuatio,ut ſubſidãt,efficit,& collabãtur: alia quoq; remedia cau
ſis ſemper reſiſtere inuenies,morbo uero minime.Amplius ex hoc quiſpiã didicerit, ſi neq; aſtri
ctio,neq; fluxus auxiliũ aliquod,ſed potius affectũ quendã indicẽt,& aſtrictioni contrarius flu-
xus eſt,nõ inanitionẽ,ſed fluxum indicabit aſtrictio,& fluxus aſtrictionẽ:qđ igitur admittimus
idem à morbo indicat̃ : at lædentes cauſæ ſibi cõtraria demonſtrant, quodq́; ab ipſis indicatur,
admittimꝰ:quo circa nõ morbi,ſed cauſæ,qđ cõducit,aperiunt:itaq; nõ prorſus incõmoda eſſe
ſymptomata,neq; à morbis cõducibile,ſed à cauſis indicari ſatis ample, dilucideq́; oſtẽſum eſt.

An communitates methodicorum ſint euidentes,atque indicent. CAP. 26.

DEinceps conſiderandum ſupereſt,cõmunitates,quas ſupponunt methodici, euidentes ſint
necne,atq; utrum à cõmunitatibus indicationes accipi poſſint.Medicam igitur facultatem
iuxta ipſorum ſñiam definiemus,euidentium cõitatum cognitionẽ eſſe:euidens autẽ,nõ quod H
ſenſu percipitur,appellant,ſiquidem nullus affectus ſenſu cõprehenditur,ſed euidens illi nomi-
nant,qđ ꝑ ſeipſum,licet ſenſui non ſubiaceat, cõprehẽdi poſſit : nã ferè manifeſtum illi euidẽs
uocãt.Quaproptér cõtradicens illud quoq; oſtendat,oportet, eos neq; græcis noĩbus ſcire uti.
Cæterum ne dictiones uitio dare uideamur,ipſis cõcedentes euidens, ut lubet accipere, cõita-
tes nõ ex ſe cõprehenſibiles eſſe declaremus,in primiſq́; eorum ſectæ principem Theſſalum,cõ
munitatum,ut nõ ex ſe ꝑceptibilium,ſigna tradentem adducamus.In laborante.n.aſtrictio,in-
quit,ex corpore ægre diſflabili agnoſcit̃,pariter & fluxus nõnullas nótas exponit. Sed forte re-
ſpõderint:aduerſus hoĩem,nõ aduerſus ſectam noſtrã obiicitis.Theſſalum itaq; dimittentes ad
propoſitum oſtendendum reuertemur. Primum igit̃ cõe quoddã argumẽtum in utraq; affectio
ne ſumemus,ipſas neq; euidẽtes,neq; ex ſe ꝑceptibiles eſſe declarãs:deinde ſeparatim ipſas ſin
gulis neutiq̃ ex ſe cõprehendi poſſe cõfirmabimus. Fatent̃ itaq; & ipſi nõ oẽm corporis denſita
tem,aut excretionis ſuppreſſionẽ aſtrictionem eſſe:nam ruſtici cõcretione laborant, nõ tñ aſtri
ctione : neq; oĩs ſoliti excrementi cohibitio aſtrictio eſt : nam & muliebre purgamentum cum
ab prægnatione ſupprimitur,ſoliti ſanè excrementi retentio eſt,neque tamen ob id aſtrictio uo
canda:item non oĩs corporis laxitas,& excretio fluxus eſt:pueri nanque, & mulierculæ, uiriq́;
nonnulli ſub umbra uictu delicatiore uſi, natura ſunt rariores, & quædam inutilis materiæ ex-

pulſio

A pulſio fluxus nõ eſt: præterea, quorũ per alui deiectionẽ, aut lotium, aut ſudorem, aut ſanguinis profluuiũ iudicatio fit, neq; ipſos fluxu laborare dixerint, alioqui ſupprimenda eſſet excretio. Qm̃ ergo non omnis dẽſitas, & retẽtio aſtrictio eſt, neq; omnis raritas, aut excretio fluxus, clariſſime cõſtat ſola ipſa ſymptomata reſpicientẽ, fluxũ, aut aſtrictionẽ deprehendere nõ poſſe, ſed ex aliis quoq; diiudicandi ſunt: quemadmodum enim & alia ſymptomata, nuturaliane ſint, an præter naturam, non ex ſe ipſis, ſed ex aliis percipiuntur, ad eũ ſanè modũ, & aſtrictio, & fluxus dignoſcendi ſunt: per hæc aũt huiuſmodi ſentẽtia manifeſtabitur: naturalia ſymptomata, & præter naturã magna ſimilitudine inter ſe conueniunt: eadẽ nanq; his naturalia, illis p̃ter naturã ſunt, vt ater color præter naturã ſimilis eſt atro colori, qui naturalis ſit, nobis quidẽ præter naturam, ſed Indorum genti naturalis. Figuræ quoq; nõ naturales naturalibus ſunt perſimiles: nonnulli nanque magis, quàm alij, extortos habẽt artus: acuminatæ nares, & oculi caui quibuſdã mortifera ſigna ſunt, alijs uero hæc eadem congenita. Motus uero, ac eius carentia ſi uolũtatis imperiũ ſequentur, naturales dicito: ſi inuoluntarie in corpore fiãt, præter naturã. Per hæc manifeſtũ eſt ipſa tantũ ſymptomata attendentes nõ poſſe ingenitum ab extraneo dignoſcere, ſed in nonnullis agentẽ cauſam explorare opus eſt, quemadmodum de motu, utrum

B voluntarie, an inuoluntarie prodeat: ſic etiam de colore: cũ enim color ab humoribus oriatur, & ex colore ſanguis appareat, conſiderandum eſt, num ſanguis naturaliter affectus ſit: id vero ex vſu cngnoueris: cũ.n. reliquũ omnẽ vſum ſanguis minime impeditum præbet, neq; grauat, neq; diſtendit, naturalẽ eſſe ſanguinẽ dixeris. Verum figura num ſalubriter, & ſecundum naturam ſeſe habeat, ex mẽbri ipſius vtilitate percipies, vt in extortos attus habentibus. Nonnulla ſanè, & ex locn, in quo fiunt, an naturaliter habeant, dignoſcitur. Denſitas, & raritas iſtius gñis ſunt, ut nonnullis ingenitæ, aliis præter eorum naturam ſint: nani ſenum denſitas ipſis quidẽ ingenita eſt, ſed pueris extranea: contra pueris raritas naturalis eſt, ſenibus autem uiolẽta: nõnul-

* lis prætérea ex uitæ ratione ſpiſſeſcit cutis, ut ruſticis, ob cœli ſtatum, aut curas urgentes: aliis, qui nihilominus naturaliter habẽt: quo circa fieri nequit, ut ſolã corporũ denſitatẽ, fluxũq; ſpectãtes, eorũ affectiones cõprehendere poſſimus. Oportet igitur in aliud quippiã hæc referẽtes, ita, ſecundũ naturamne ſint, an uitioſã, diiudicare: ipſi.n. ita dicere ſolent: moderatione, exceſſuq; naturalia accidẽtia ab extraneis diſtinguimus: quãdo.n. corpus moderate denſum, rarũq; fuerit, recte ualet animal: cum uero iſtorum alterutrum increſcẽs modũ ſuperat, morbo uexari neceſſe eſt. Aduerſus quæ ita reſpondendum eſt, Moderatũ, modoq; carens diuerſum ab affe-

C ctibus eſſe, ꝙ ſi ab immodico uitia iudicentur, non ex ſe comprehenſibilia eſſe conſtabit. Deinde ſic etiam eorum ratio confutatur: Moderatum, atq; immodicũ nõ eſt euidens, ſed ab effectis agnoſcitur: ſi iuuat, moderatum eſt: ſi nocet, immodicum: qui fiat autem, ut moderatum, atque immodicũ non euidens ſit, ab ipſo uero comprehenſa ſint euidentia? Verum, ſi & ex facultate moderatũ, immodicumq; cenſetur, neq; ſic tñ immodicum perſpicuum fuerit: facultas.n. conſpicua nõ eſt: immodico aũt non euidente, iam proculdubio, neq; communitates apparebunt, quandoquidem & ipſæ immodica quædam ſint. Amplius in iſtos dicendũ eſt: Nihil ſecundum naturam, aut præter naturã exiſtẽs, quod ſecundum naturam, aut pręter naturã ſit, eſt euidens. dolor nanq; & id genus alia præter natura m euidentia quidem ſunt: at medici, nõ quæ ſint, ſed ꝙ præter naturã ſint, cognoſcere uolunt: ſiquidem acutus naſus, & caui oculi cunctis hominibus perſpicue apparent, ſecundum naturam uero, an præter naturã ſint, ſolis id medicis patet: hoc.n. uulgo medici præſtant, ꝙ ex euidentibus occultum quiddam eliciunt, quod uulgo negatũ eſt. Amplius: Quod præter naturam eſt, euidens non eſt, quare cõmunitates, cũ pręter naturam ſint, euidentes non erunt. Illud etiam cõſiderandum eſt, num quiſpiã unquã medicũ accerſierit, quia ſpiſſitate, raritateve immodica uexatus ſit: ꝙ ſi nemo unquã cõmunitates ſenſu per-

D cepit, quomodo rationi fuerit conſentaneum eas eſſe euidentes aſſerere? communitatibus itaque non apparentibus, quare ipſi artem euidentium communitatum notitiam eſſe definiunt?

Quòd aſtrictio Methodicorum non ſit euidens. CAP. 27.

AT uero in præſentia ſeparatim cõtra ambas affectiones diſputabimus: atque in primis de aſtrictione loquemur. Hanc igitur denſitatem, & neceſſariorum excremẽtorum ſuppreſſionem eſſe decernunt. Cæterum, quæ ſupprimũtur, aut noxia ſunt, aut utilia, aut neutra: ſi ſint vtilia, ea excernere abſurdum eſt: ſi neutra, cõſtat iam neque morbum eſſe. Dicendũ igitur ſupereſt, cum retenta nocent, adſtrictionem eſſe: quæ lædunt uero, cauſæ ſunt: inde fit, ut ex cauſarũ anticipata notitia aſtrictio comprehendatur: nam, ut aſtrictionẽ adeſſe cognoſcamus, ſuppreſſa nocere præſciendum eſt, ſed cum nocentium notitia ſimul & cauſarũ concurrit agnitio: quinimmo nocentium cognitio cauſarum eſt comprehenſio, itemque ipſa nocentia, quæ utiq; cauſæ ſunt, non ex ſe ipſis in notitiam ueniunt: quare non ſolum aſtrictio ipſa non eſt euidens, ſed neque illa etiam, ex quibus aſtrictio dignoſcitur.

Fluxum Methodicorum non eſſe per ſe notum. CAP. 28.

FLuxum autem definientes, corporis immodicam rarefactionem, & eorum, quę manere debuerant, excretionẽ eſſe teſtãtur: at immodicam rarefactionẽ non ex ſe poſſe comprehendi

declaratum eſt:quę excernuntur autem,retineri debeant necne,vnde percipiunt?non enim ex E
ſe ipſis perceptibilia ſunt.Atq; ſic efficitur,neq; fluxum,quãtum in ſe eſt, comprehẽdi poſſe, ſi-
quidem,vt fluxum dignoſcamus,ante familiare conueniensq́; ſciamus,oportet: familiare autẽ
ex vſu percipitur,vſus ex multis ſucceſſibus,hi tandem ex ſeipſis.Quamobrem non ex ſe com-
prehenſus fluxus quomodo recte euidens dici poſſit? quodq́; rationales cognitu obſcuriſſimũ
eſſe affirmant,id ferè methodici(ſi diis placet)clarum patensq́; eſſe contendũt:quandoquidem
ab his vocatus fluxus ab appellata apud priſcos colliquatione, niſi nomine,nõ differat. Colli-
quationẽ uero atq; excretionẽ difficulter adeo priſci illi diſtingui poſſe cẽſebãt, vt Eraſiſtratus
palàm difficillimũ id eſſe iudiciũ fateaẽ:atq; hæc uerba pronũciet : Sanè per difficile eſt excre- „
tionẽ colliquationemq́; diſcernere:ſed Hippocrates laborãti,ægre,aut leuiter ferẽti, iudicium „
Cõ. 1. Apho.2. Ex.or.l.3.b cõmittit,hæc inquiens.|Si qualia purganda ſunt,purgẽtur,iuuat,& leuiter ferunt.Quapropter, „
cũ duo ueteres medici inter ſe de principatu certantes hac in opinione cõſentiãt,excretionem
videlicet ab eliquatione uix poſſe diſtingui,ex ipſiſq́; vnus neq; ſignũ ullum excretionis poſue
rit,ſed ſolam rei difficultatem oſtẽderit,alter ad regulã fermè imperceptilem iudicium tranſtu-
lerit,quomodo id methodici perſpicuum euidensq́: putabũt? Præterea qua ſe ratione fluxum
in his,quorũ corpora ob inſenſilem perſpirationem diſſipantur, percipere dicent?non enim ex F
corporis cõpreſſione id aſſequi ualent: ſiquidem non ſolũ profluuio inanita corpora, uerũetiã
ſuppreſſis menſibus adſtricta cõprimantur:tumefactio etenim nõ adſtrictione ſolũ illis retẽtis,
quæ excerni debuerant,ſed etiã fluxu ſuſis humoribus,& corpora diſtendentibus efficitur: nõ
idem aũt eſſe compreſſionẽ ſenſilem,& fluxũ,hoc ſanè modo patere poterit:ſi cõpreſſio ſenſilis
eſt,cõpreſſioni uero cõtraria eſt tumefactio,atq; unũ uni tantũ aduerſatur,fluxui non tumefa-
ctio,ſed adſtrictio cõtraria fuerit:at,ſi adſtrictionẽ tumefactionemq́; idẽ eſſe affirmẽt,ipſos de-
finitionũ contrarietatẽ declarare opus eſt:aiunt.n.adſtrictionẽ,inculcationẽ, arctationẽq́; cor
porũ eſſe:eſt igitur arctatio cõculcatioq́; corporũ,adſtrictio:at tumefactio eorundẽ ſuſio, atq;
diſtentio:diſtenduntur autẽ multitudine,aut fuſione corpora:conſtat igitur,quàm diuerſæ ſint
tumefactio,atq; adſtrictio.Si fatenẽ autẽ cõpreſſiones à fluxu diſtare,& tumefactionem ab ad-
ſtrictione,morborum communia nõ ex his deprehẽdi fatentur, affectionumq́; notitiã ab aliis
non ex ſe ipſis emergere:cum ex cõpreſſione tumoreq́;,quæ ab affectionibus differunt, oriaẽ.

Falſa quorundam opinio de modo dignoſcendi fluxum impugnatur. CAP. 29.

NOnnulli dicunt in hiſce corporibus,quæ inſenſili perſpiratione diſſoluuntur,fluxũ ea cõ-
iectura dignoſci,ꝙ mollia ſint corpora,fragilia,atq; effœminata.Quorũ opinio ita refutã- G
da eſt:Si corpora durata fuerint,& circuntenta,fluxum adeſſe negabunt,quem tamen ipſos fa-
1. Progn. tex.7. cl.4.l.191.e teri neceſſe eſt:nam,ſi tales forte ægroti fuerint,quales narrauit Hippocrates | per ſummam in-
digentiam ad hoc deducti,ut dura ſit cutis,& circuntenta,aliaque adſint, qualia his, qui diſcu-
tiuntur,diſſipanturque, euenire ſolent, utemurne uictus ratione diſſipatis corporibus conue-
niente? id utiq; concedant,neceſſe eſt:quomodo igitur ex raritate fluxus percipitur? nam ten-
tione duritiaque præſente nihilo ſecius effluuium aderit.

Quòd communia nihil indicent, etiam ſi euidentia ſunt. CAP. 30.

DEinceps uero demonſtrare quiſpiam poterit communitates, etiam ſi euidentes ſint, nihil
tamen utile demonſtrare: idq́; ita ſanè probauerit,diuerſa eſſe dicẽs, ipſa communia indi-
care,aut indicare ualentia ex communibus deprehendi.Methodici ſanè ipſa cõmunia indicare
affirmãt:nos uero communium notitiam ad ea percipienda,quæ particulatim indicare ualent,
conducere aſſerimus:atque præcepta,quodammodo cõmunia cum ſint, particularium cogni-
tionem oſtendunt:in eo nanque præcepto,Spontinę laſſitudines morbos nunciant, relationem
particularis ſpontinæ laſſitudinis ad multitudinem comprehendimus : illam enim dictionem,
morbos,prout præſens ſenſus exigit,in hanc,multitudinem, ſcilicet conuertere opus eſt: Vni- H
uerſi igitur cognitio particularis utile indicare ualentis notitiam ſubminiſtrat.

Quid artis præcepta declarent. CAP. 31.

NE putet autem quiſpiã nos eius eſſe ſententiæ,vt ex præceptis palàm utilium demonſtra-
tiua percipianẽ:neq;.n.ex præceptis occulta produnẽ,quorũ uſu ad curationẽ, tanquam
indicantiũ,indigemus,ſed occultorũ ad euidentia relationẽ manifeſtãt:ita uero diligẽtius prę-
2. Apho. 5. Ex. or.12.f ceptorũ uſum ex hoc ipſo diſcemus,|laſſitudines temere oriẽtes nunciãt morbos,talẽ inſtituẽ-
tes rõnẽ:laſſitudinẽ igitur temere euenientẽ manifeſtã eſſe,uel rudes etiã hoĩes ſciunt, per hu-
iuſmodi aũt laſſitudinẽ humoris copiã ſignificari imperitos quidẽ latet:abditũ.n.eſt,ſed noue-
runt artẽ callentes,ſpõtinæ laſſitudinis cũ plenitudine cohęrentiã intelligentes:ab ipſius nanq;
ſpõtinæ laſſitudinis cum plenitudine cognatione permotus præcepti illius cõditor, plenitudi-
niſq́; effectũ eſſe ſpõtinã laſſitudinẽ cognoſcẽs,ipſum literis cõmẽdauit : cauſarum.n. duplicẽ
cõmuniſſimã differentiã cũ ſciret,ipſarũ aliquas uidelicet in noſtro corpore contineri, aliquas
exterius accedere,neceſſariũ putauit,cum aliqua externa cauſa infeſtãt,nos lædi aliter minime
poſſe,niſi inteſtina aliqua cauſa deliteſcat.Qm̃ uero,ꝗ in corpore ſunt grauãtia, materię copia
grauãt:mediocris.n.materia neq; grauat,neq; ullo pacto diuexat, in unã rõcinationẽ hæc ola

A redigens huiuſmodi pceptū conſtituit, Laſſitudines ſpontinæ nunciant morbos: quibus enim ra tionibus impulſus pcepti huius auctor ipſum tradidit, iiſdem etiā motum præcepti utilitatē indicare opus eſt. Hoc igitur commune præceptum illud ſignificat, ꝙ ubi ſpōtina laſſitudo eſt, ibi prorſus eſt multitudo, non tñ iccirco ex præcepto quiſpiam multitudinem, ſed laſſitudinis, mul titudinisq; cohærentiam, & ex cohærentia multitudinem cognouit: quodam modo igitur etiā ex laſſitudine multitudinem percepit: ꝙ autem ita perceperit, præceptum fuit in cauſa, & aliorū ſanè præceptorum eundem uſum conſiderantes inueniemus: ad hunc itaque modum utiuerſalem, & ueluti communem comprehenſionem ex uſu eſſe arbitramur.

Communia quid indicent apud Methodicos, & eorum confutatio. CAP. 32.

Cæterum methodici ab ipſis communibus utilia indicari autumant: ſtrictam nanq; affectionem laxamenti neceſſitatem indicare aiunt, fluentem uero ſuppreſſoriam curationem requirere, atque alia communia euidenter diuerſa indicare contendunt. De quibus dicetur poſterius. Verum communia non indicare per hæc nos confirmabimus: Quibus ſublatis ægri ſaneſcunt, ab auxiliis iſta delentur, ab his uero utilium indicatio ſumitur, ꝗ ab auxiliis præcipue deſtruuntur: at particulares cauſas, aut morbos ſaltē remedia principaliter deſtruunt: particulares B igitur cauſæ, aut morbi ſaltem, non autem cōmunitates, quatenus communitates ſunt, utile indicabunt: ꝙ ſi communia utile indicent, adhibitaq; auxilia indicantia deſtruunt, à particularibus auxiliis communia deſtruentur: communi autem deleto omnes eo tempore ſub eo communi ægrotantes ſaneſcent, nulla penitus re in ipſis ſublata: quamobrem, ſi, quod indicat, id deſtrui tur, communia uero indicant, iam ſatis cōſtat, deſtructum iri communia. Hanc rationem ita methodici diluunt: Nos, inquiunt, communitatem eandem, & unam aſſerimus, nō ꝙ unum quoddam ſit corpus ipſum ſibi ipſi continuum, ſiquis in pluribus cōtemplatur, ſed quatenus eadem ſpecies eſt: nam, quemadmodum & humanitas communitas quædam eſſe dicitur, non autem corpus quoddam unū, ſiquis in omnes homines reſpiciat, ſed quædam in pluribus ſimilitudo, itidem & de cōmunitate ſentiendum eſſe dicunt: quemadmodum igitur ſublato aliquo homine non ſimul aufertur, quam in omnibus cernimus, humanitas, ſed unius cuiuſdam planè humanitas, ita & ſingulari communitate ſublata, nō ea, quæ in omnibus reperitur, ſed ſingularis tantum communitas deletur. Iſtis autem ita reſpōdendum fuerit: Si communitates, quatenus communitates ſunt, utile indicant, & humanitas, communitas cum ſit, utile indicabit: at nihil humanitas indicat: quare neq; alia quæpiam cōmunitas utilitatis indicatiua fuerit. Præterea: Si quidē C communitas in pluribus identitas eſt, & communitates, quatenus communitates ſunt, indicāt, anxietas, & rubor in pluribus affectibus cōſiderati aliquid utiq; commodi indicarent: ſed nihil indicant: neque reliquæ igitur communitates indicandi naturam habent. At illis etiam id ſciſcitari conuenit, communitates affectus ſint, necne: ſi ſint affectus, quo modo nullus adhuc earum ſenſum babuit? ſed febrem phlegmonem, grauitatem, diſtentionemq; homines percipiunt, medicosq; harum cauſa accerſunt, aſtrictionem autem, fluoremq; nullus unquā pcepit: neque me hercule quiſpiam unquam medicum accerſiuit, ꝙ immodica aſtrictione, aut raritate uexaretur. Quòd ſi affectus non ſunt, quo modo ab affectibus indicationes fieri teſtantur, quandoquidem aſtrictio, fluorque affectus non ſunt? Illud amplius adiiciendum eſt, Si communitates profectò indicatiuæ forent, omnium maxime cōmunitatum cōmunitas indicaret: aſtrictionis enim, fluxusque ſimilitudo quædam eſt, quatenus utraq; cōmunitas eſt: hæc autem nihil indicat: igitur neque etiam reliquæ: non ſolum autem duas communitates, ſed plures etiam ſtatuunt, aliasq; in uictus ratione, alias in manuum effectione collocant: in uictus quidem ratione aſtrictum, & fluens, adiunctamque magnitudinem, morbi tempora quatuor, initium, crementum, ſummum impetum, & decrementum, celeritatem, & longinquitatem, acceſſionem, & intermiſſionem: in D manuum uero effectione, quod à natura alienum eſt, ponebant, loco, tempore, & pluribus aliis: neque enim in præſentia omnia propoſita ad manuum actiones pertinentia diligentius exequi mens eſt: ſatis enim modo fuerit propoſita in ratione uictus ab ipſis poſita explicare.

Cur methodici communitates inuenerunt. CAP. 33.

Prædictas nanque communitates, quid in ſingulis rebus ſequerentur, non habentes, introduxerunt: qm̄ enim ex eorū dictis efficiebatur, ut in omni fluore, quolibet ſuppreſſorio remedio utendum eſſet, cōtra quolibet, in omni aſtrictione, laxante, cum nihil, quod auxiliorum differentias indicaret, reperirent, antedictas communitates innouarunt, ut iuxta ipſarum diuerſitatē diuerſa curatio reperiretur: itaque remediorum differentiam ab communitatibus demonſtrari contendunt, ſiquidem penes aliquarum ex his collectionem uarians curatio reperitur.

A communitatum magnitudine remediorum magnitudinem non indicari. CAP. 34.

Verum enimuero nihil eorum, quæ dicta ſunt, remedia poſſe indicare monſtrabimus, & primum, ꝙ cōmunitatum magnitudo remediorū magnitudinē nō indicet, ex his aliquis diſcere poterit: in curādis morbis nō ſimpliciter auxiliorū magnitudine egemus, (oīa.n. auxilia cum magnitudine quadā ſunt) ſed huiuſmodi certa magnitudine: at cōitatū magnitudo nō hanc huiuſce auxilij magnitudinē, ſed ſimpliciter magnitudinē indicabit: opus eſt autem, ut diximus,

non ſimpliciter auxiliorum magnitudinem,ſed qualem quandã magnitudinē accipere : nam,ſi E
abſolute magnitudinem accipiamus,cum remedia omnia cum magnitudine intelligantur,om-
nia utique remedia abſque ullo diſcrimine accipientur,quod à ratione alieniſſimũ eſt.At ſi com
munitatum magnitudine auxilij magnitudinem ſimpliciter indicante ipſi hanc quampiam ma-
gnitudinem accipiant, nõ id, quod propoſitũ indicat,aſſument :propoſitum nanq; magnitudi-
nem in uniuerſum indicat,ipſi uero hanc certam magnitudinem accipiunt. Reſpondebunt ſor-
te,ꝙ non quatenus particularis eſt magnitudo,ſed quatenus communitas eſt,adhibetur : idem
autem,& commune eſſe,& particulare contingit.Id uero nos ita refellimus: Si cõmunitas indi-
cat,&,quod indicat non particulare eſt,diſcrimine carere debet,quoniã magnitudo omni auxi
lio ineſt:hanc eandem autem rationem,& ad alias communitates transferre oportet .

Quòd morbi tempora non indicent utile. CAP. 35.

DEinceps neque morbi tempora utile indicare declarabimus, ſed ante, quàm hunc ſermonē
aggrediamur,aliqua de temporum differentia tractanda ſunt. Duæ igitur temporum diffe-
rentiæ apud medicos celebrantur : aliqua enim morborum, aliqua auxiliorum tēpora dicũtur,
atq; hinc iam manifeſta curatio fiet,cauſarũ aũtē motiones morbi tempora eſſe dicunt: motio-
nis aũt differentiæ quatuor ſunt,initium,crementum,ſummũ,& declinatio:hæc eadem ſunt, & F
temporum nomina:auxiliorũ planè tempora ea,q̃ ad ipſorum adhibitionē idonea ſunt,prædi-
cant:ea ſunt autem idonea,quando remedium poſtulantia adſunt,prohibens uero nullum.

Tempora morbi,& auxiliorum eadem eſſe ſecundum methodicos. CAP. 36.

PLeriq; aũt auxiliorum morborũq; tempora non re ipſa,ſed cogitatione tm̃ differre credide-
runt:aiunt enim auxilij morbiq; tempus ſimul incidere:nã in quodã tp̄e cum ſit morbus,au
xilio tēpus idoneũ reperitur,ſed idem,inquiunt,ad diuerſa relatũ differenter nuncupari cõtin-
git:quēadmodum.n.aſcenſus,atq; deſcenſus,una eademq; uia cũ ſit, ſecundum aſcendentiũ de
ſcendentiumq; rationē nonnunq̃ aſcenſus,aliàs deſcenſus appellatur,ad hunc ſanè modum, &
in tēporibus hēt:unũ enim,atque idē eſt morbi auxilijque tempus:alias.n.ad cauſę motionē re
ferens,morbi,aliàs ad applicandi auxilij occaſionã reſpiciens,auxilij tp̄s nominabit:euenireq;
affirmant,ut utraq; tēpora ſimul ſint,neq; auxilij tempus abſque morbi tp̄e poſſe deprehendi.

Alia eſſe probat Galenus. CAP. 37.

COntra quas rationes ita pugnandũ eſt : Si eadem auxiliorũ morborumq; tēpora forēt,neq;
re ipſa diſtarent,quocũque morbi tp̄e,& auxilij adeſſe tēpus oporteret: at non quocunque
2 Apho.29.Ext. ord.16.f morbi tp̄e auxilia adhibemus,Incipiēnbus.n. (inquit Hippocrates) morbis,ſiquid uidetur mo G
uēdum,moue,in morborũ impetu quietē agere melius eſt. nõ igitur eadem morborum auxilio
rũque tempora ſunt : pleriſque ēt remedia,ut purgationē , & ſanguinis miſſionem adhibemus,
cũ morbus quidē nõ adeſt, ſed futurus timeatur:ut,exēpli cauſa,chirurgi in his, quibus ramex
exectus eſt,facere cõſueuerunt,cũ eos ualde humorũ plenos uident,uenã ſoluunt : hortatur ēt
Hippocrates,ut exquiſite bonus habitus nõ tarde ſoluat̃,ſolutio aũt per remedia fit . Quòd ſi in
morborũ impetu auxiliorũ tempora non adſunt , & adhuc non p̄ſentibus morbis auxiliorũ tē-
pora ſunt,iam patet nõ ſola cogitatione,ſed re ipſa ēt huiuſmodi tp̄a differre.Vno p̄terea mor-
bi tp̄e plura quis auxiliorũ tēpora accipit:age enim in morbi decremēto clyſter,inunctio, cata
plaſma,cibusque adhibetur,& iſtorũ cuiuſque propriũ tempus eſt,in pluribus aũt morbi tēpori
bus idē nonnunq̃ auxilium fertur:initio nanque morbi,atq; incremēto ſanguis mittitur,ex his
iã efficitur re ipſa quandam eſſe iſtorũ temporum differentiam. Vltra dicta etiã illud ſciendum
eſt,morborũ quatuor tp̄a eſſe,initium,crementũ,ſummum impetum,& declinationem:ſed au-
xiliorum iſta tp̄a non ſunt:neq; enim initium,aut crementum,aut ſummus impetus,aut remiſ-
ſio ſunt auxilij tēpora.Præterea morborũ tp̄a aliqua generalia,aliqua particularia deſcribũtur:
at remediorũ tēpora generalia quidem ſcribi poſſunt, particularia uero nequaquã : huiuſce rei H
id in cauſa eſt, ꝙ morborũ, tam generalia, q̃ particularia tempora uno eodemque inſtrumento
iudicantur,inſtrumentum aũt illud ſcribi põt,ſed auxiliorũ tempora, neque eodē inſtrumento
iudicantur,neque particulariũ temporũ iudicatoria inſtrumēta ſcribi queunt: quo aũt id modo
fit,iã oſtendemus.Morbi tp̄a ex quali quadã cauſæ motione cenſentur,eſtque initium, aſcēſus,
ſumma uehementia,atque remiſſio, q̃ morborũ tp̄a uocamus, cũ ſint certæ cuiuſdam motionis
cauſæ noĩa.Nã ſi motio,q̃ prius nõ erat,nobis ineſſe incipit,atque ita diuexat,huiuſmodi motũ
initium morbi appellamus:ſi ulterius motus procedat,crementũ; ſi crementum conſiſtat,ſum-
mus mobi impetus dicitur : cum motus imbecillior redditur,atque decreſcit,remiſſio nomina-
tur:ergo,cum generaliũ morbi,particulariũque exacerbationis tēporum eadem noĩa ſint,eadē
quoque iudicandi inſtr̃a erunt:ex certa enim quadã cauſæ motione iudicantur:Quocirca iã in
cõfeſſo eſt poſſe utraque tēpora deſcribi: ſic enim deſcribi ſingula dicimus,ut cauſas,locos paſ-
ſos,id genusque alia,quãdo propoſita,ex quibus ſingula percipiuntur , ſcriptis mãdari queunt.
Ad morborum ſpatia tempora non ſunt, neque ex ſpatiis tempora ſumuntur, neque in morbis
uniuerſis,neque in particularibus exacerbationibus, eo ꝙ non in omnibus temporibus eadem
ſpatia ſunt: eandē autem rem tempora uocari,nemo eſt,qui neſciat: præterea ꝙ uniuerſi morbi

tempora

A tempora à particularis acceſſionis temporibus differant,ex eo facile patebit, ꝙ vnū morbi vni-
uerſi tempus plura ſingularum acceſſionum tempora concludat:initio nanque inuadentis mor
bi particularis acceſſio,& incipit,& increſcit,in ſummo impetu conſiſtit,atque declinat:cumq;
vniuerſus in ſua vehementia morbus eſt,particularis aliqua acceſſio incipiet:atq; ita, quo mo-
do utraque morborum tempora conſcribi poſſunt, expoſuimus.

Auxiliorum tempora ſcribi non poſſe. CAP. 38.

SEd remediorum utraq; tēpora calamo ſcribi nō poſſe modo ſubijciemus. Remediorum ad
plicandorū tēpora non ex cauſæ motione,atq; eſſentia capiūtur:idem.n.ſemper remedium
" accipitur,ut quocunq; morbi initio ſanguinis detractio:cūq; dixerit Hippocrates,| Inchoanti- ibidem.
" bus morbis ſiquid uidetur mouendū,moue,in ſumma autē uehemētia quietē agere prę̄ſtat,nō
à morbi tpe impulſus auxilia interdicit:non erat.n. morborum initijs facultatē ualentem eſſe,
proptereaq; remediorum applicationi non obſtare, ſed in morborū uehementia iam flaceſcēs
remediorū agitationem nō ſuſtinet.Itaq; nō ratione tēporis Hippocrates,ſed virium,auxilio-
rū adhibitionē denegat:neq; etiā ex morbi temporum ſpatio,ut nonnullis placuit,auxilii occa
ſio reperitur:longe.n.inter ſe diſtantibus ſpatiis,qualesnam res ſpatio nūciari quis aſſerat, ex-
B plicari non poteſt:quamobrem auxilijs in vniuerſum opportuna tēpora,& ex remedia poſtulā
tium præſentia deprehendūtur,hæc aūt cauſæ ſunt,& ex potētis impedire abſentia, id uero eſt
uiriū imbecillitas:at particulariū auxiliorū occaſiones nō ex his modo,uerūetiā ex aliis,q̄ mini
me ſcribi poſſunt,reperiunt̄:q̄nquidē in remiſſionibus potiſſimū remedia adhibent̄ : tunc.n. &
poſtulās adeſt,& uires ferūt:non idē aūt remiſſionis ſpatiū in omnibus eſt:ſed eſto, exēpli cau-
ſa,ſex horarū remiſſionis ſpatiū, quā igitur iſtarum idoneū particulari auxilio tēpus ſtatuem⁹,
cū non ad eundem oēs modum habeant?requirat.n.nunc cōditio uenæ ſectionē, neq; facultas
refraget̄:quātū ad id pertinet,venā ſecare opus eſt,atq; illico poſt cibus dādus, ꝙ inediā nō ſe-
rat ægrotans:alteri aūt inedia conducet:alii ſomno ante miſſionē ſanguinis egent:alii alio ſeſe
habent modo,quæ omnia literis mādari nō poſſunt.In tāta igitur uarietate,quā quis horæ par-
tē idoneū cuiq; auxilio tēpus cōſtituat, aut quod quis propoſitū deſcribat, ex quo particulare
tēpus accipiat,tradi nō pōt:alia.n.alijs eueniūt.Quocirca,cū & remiſſionū ſpatia,quibus adhi-
bent̄ remedia,nō æqualia oīum ſunt,& cōditiones abſimiles,& ſymptomata diſſidentia, atque
hæc ſingula particularis auxilii tp̄s cō uariant,nō poſſe propoſitū quodpiā,ex quo percipiatur,
deſcribi,euidēter cōſtat:præſens aūt medicus ex præſentibus,& auxilia requirētibus ꝑmotus,
C & ex potentiū impedire abſentia,& ex remediorū poſtea ſumi debentiū cōſideratione, ſingu-
lariū opitulādi tēporū coniecturā capiet. Verū,propoſita vtrū re ipſa inter ſe differant, cōſide-
randum eſt:quādoquidē igit̄ propoſita,ex quibus uniuerſalia remediorū tēpora colligunt̄,ſcri
bi poſſunt,ex quibus aūt particularia,neutiquā, propterea haud iniuria uniuerſaliū remediorū
tēpora deſcribi,particulariū uero minime,teſtant̄:atq; hoc iam conſtāte,morborū auxiliorūq;
tēpora,quo differant,patefactū eſt:niſi.n.re uera differrēt,perinde auxiliorū utraq; tēpora,atq;
morborū,monumentis literarū tradi ualerēt.longè autē differentibus propoſitis, unde tēpora
dignoſcuntur,longe etiā tempora differre conſentaneū eſt : ut.n. in morbis,temporum propo-
ſita,à temporum quæ ad auxilia ſpectant propoſitis,eſſentia aliena ſunt,ita & ipſamet tempora
eſſentia differre ueriſimile eſt:atque hæc ſatis de temporibus præſcienda narrauimus.

Cur Methodici tempora indicare crediderint. CAP. 39.

TEmpora ſanè indicare Methodici hac ratione impulſi crediderunt,quòd tempora nō om-
nia ad cibi medicinæve aſſumptionem apta cernebant:cumq; temporibus nonnullis hæc
utiliter exhiberi,nonnullis uero noxie,ſpectarēt, id ob temporum diſcrimina incidere arbitra-
bantur:quare ex eodem fonte,& cibi propoſita,& remediorū tēpora manare putauerūt.Theſ-
D ſalumq; fefellit Hippocrates inquiens,|Cum morbus in ſummo eſt, tūc & tenuiſſimo uictu ne- 1.Apho.8.Ex. ord.fo.4.f
" ceſſario utendum eſt.ſuſpicatus eſt.n.ipſum natura temporis ductū alimēti qualitatem præſcri-
pſiſſe,modum ſcribendi huiuſce uiri non intelligens : nō enim tempus propoſitum faciēs Hip-
pocrates hanc uictus rationē inſtituit,uerum à tēpore facultatem menſus eſt, à facultatis men-
ſura cibi qualitatem accepit:id uero ex iis,quæ ſubiunxit,declarauit:cōiectādum enim,inquit,
an æger duraturus ſit:plerunque enim tempora,quod à facultate requiritur,interuertunt,&,ne
accipiatur,impediunt,nunquam autem,quid faciendum ſit, edocent.

Quòd tempora non indicent. CAP. 40.

* QVamobrem id,quod aliquid poſtulat,quoniam eius,quod poſtulatur, propoſitū eſt, quod
nos poſtulatum ſumere impedit,propoſitū nō erit: iccirco & morbi tempora nos interdū
poſtulatum accipere impedientia propoſita non fuerint: nam, ſiquis omnia prohibentia
propoſita faciat,uires quoq; ægrotantis euacuationis propoſitum dicere cogetur,eiuſdem etiā
timiditatem,& patrem,& dominum: hæc enim plerunque multitudine in corpore exuberante
euacuationem facere prohibent, & uires ſubtractionem non ferentes, & præ timore ægrotans
non permittens,& pater,& frater,aut dominus prohibens.Quemadmodum igitur iſtorum nul
lum quiſpiam recte ſentiens propoſitum uocauerit,ita neq; tempora,eo,quòd nos auxiliis, aut

cibis vti plerunque impediant,propoſita eſſe affirmabimus.Male igitur(quiſpiam ſubiiciet)in- E
2. Aph. 29. Ex. oc. 16.f quit Hippocrates,‖Inter morborum initia ſiquid videtur mouendum,moueto, vigentibus aũt ,,
quieſcere melius eſt:nos vero ipſum non male dixiſſe contendimus: non.n.morbi initium pro ,,
poſitum ſibi faciens tunc admouenda remedia præcepit ; ſed ab initio nõdũ uires infirmas eſſe
ſignificatur,poſſeq́; eas inanitionem ferre coniicitur : at morbi ſummus impetus facultatis im-
becillitatem manifeſtat:tunc.n.cauſæ ualentes ſunt,facultas uero languida,atq; ideo quieſcere
iubet:maxime quidem rationabile eſſe uidetur in morbi uehementia, cum multo ualentiſſimæ
cauſę ſunt,illas cõuellere,atq; proſternere:uerum,ſi innoxie omnino adhiberi poſſet remediũ,
id planè fieret,ſed non ita habet:ſiquidem remedia,cum in primis omnia præter naturam ſint,
neceſſario & facultatem adhibita uexant:ſecundo, cũ naturalia morboſis cauſis permiſta ſint,
in recidendis cauſis nihilominus bonorum,quàm uitioſorum detractio fit.

De remediorum, & naturæ vi. CAP. 41.

AT prius auxiliorum naturam,quàm quæ ex uſu ſint,non ignorare opus eſt: ipſa nanq; per
ſe auxilia cauſas extirpare nequeunt,ſed naturæ adminiculum requirunt, & fermè ſolum
impetum,motusq́; initium naturę iniiciunt,reliqua per ſe natura adminiſtrat,ac perficit.Igitur
ualida cum eſt,remediorum uiolentiam perfert,& bonæ, ingenitæq́; ſubſtantiæ detractionem
facile ſuſtinet,atq; ipſam diuexantia excutere poteſt:ſed in morbi uehemẽtia,quod uſu eueni-
re ſolet,ualde laborans adhuc remediis adhibitis magis opprimitur,& propriis opibus direptis F
infirmior redditur,& lædentibus cauſis magis ſuccumbit, morbiq́; auctores nullatenus poteſt
expellere:cum uero natura conata ſibi infeſta diſcutere non ualuit,magnopere ex ipſo conatu
imbecilla efficitur. Hæ itaque cauſæ ſunt,cur morbi initio,ſiquid uidetur mouendum, moueri
iuſſit Hippocrates,cum ad ſummum increuit, quieſcendum.

Facultatem remedia non indicare, ſed cibum. CAP. 42.

CAeterum ob id fortaſſis quiſpiã facultatẽ conferens nunciare crediderit,ſed ex his nullum
remedium à facultate indicari cognoſcat:nã,ſi conſtans uis remediũ indicat, in ſanis quo-
que,qm̃ conſtat,remedium iudicabit:ſed in ſanis remediũ non indicat: ergo neq; etiã in ægris
modum ſeruans facultas indicabit remediũ.Quapropter,ſi,ubi facultas indicat, quia nõ adeſt id,
quod poſtulat,auxilium non admittimus,ideo iã in confeſſo eſt nihil opẽ ferens à facultate de-
monſtrari:opus eſt enim propoſitum demonſtrare præſentia. At quoniã, quod requiritur,pro-
hibere,ne accipiatur,ut ſupra poſui,facultas ualet,ob id remedii propoſitum nequaquam eſt.

Officium temporum, facultatis, remediorum. CAP. 43. G

QVam uicem autẽ in exhibendis remedijs facultas gerit, eandem in dandis cibis morbi tẽ-
pora:Item,ut ad remedia ſe habent eorũ appetentes cauſæ,ita & ad alimenta facultas:fa-
cultatem uero exiguam eſcam poſtulare non morbi tẽpus,incremẽtũ declarat, ex eo, ꝙ
ex ægritudine cõualeſcentibus modicũ cibũ præbemus,quẽ facultas requirit:ſi uero incremẽ-
tũ modicũ cibum oſtẽdit,iſtos ad ſaturitatẽ impleri permittere oporteret:abſente.n. paucũ ci-
bũ indicante propoſito,deridendus ſit ille,qui id,quod non poſtulatur,accipiat. At principiũ,
aiunt,ſubtractionem eſſe faciendam indicat:in omnibus igitur morbis inter initia haud dubiè
ſubtrahendum erit,& in uitiligine,aut alpho laborãtibus uſq; ad incrementum: diutius autem
durante principio ſatis conſtat,ꝙ huiuſmodi uictus ratione utens contabeſcet. Fortaſſis autem
ita nobis obiicient: Quare uos in pulmonum phlegmone, atq; id genus aliis acutis morbis ab
initio cibum interdicitis,cum tamen ab initio ſint robuſtæ uires?Reſpõdebimus,quoniã tẽpus
nos exhibere prohibet facultate id requirente:non igitur ſubtrahere indicat, ſed, quod appetit
facultas,ſumi impediens cõtrarij indicatiuum haud iure quis appellet: perinde & alia tempora
requiſitis uti,aut impediunt, aut permittunt, prout magis, aut minus in ipſis facultas mutata
eſt,ipſa uero nihil unquam conferens demonſtrat. Cum dicunt autem morbi ſummum paucas H
eſcas requirere,declinationem,uero uarias,illos percunctari oportet, quonam modo propoſi-
tis utentur,ſi duo laborantes fuerint,unus pulmonum phlegmone,& iam ſe morbus remittat,
alter lippitudine,quæ adhuc in ſummo ſit:nunquid primo plura,magisq́; uaria nutrimenta da-
re audebunt,q̃ lippitudine laboranti? at non auſint,credo,largiores eſcas concedere. Quare,ſi
hoc uerum eſt,iam euidenter conſtat non à morbi temporibus, ſed ex facultatis menſura mul-
titudinem,paucitatemq́; alimentorum deprehendi.

Dubia circa dicta Methodicorum. CAP. 44.

ALicui uero fortaſſis orietur dubitatio, quonam pacto morbi tẽpus nonnunquã cibi quan-
titatẽ,aliàs qualitatem indicare arbitrẽtur: quatenus uidelicet methodici cẽſent interdũ
morbi tẽpora auxiliorũ diuerſitatẽ appetere.Quãdo.n. aſſerunt morbi incremẽtũ exiguũ cibũ
requirere,principium ampliorẽ,remiſſionẽ uero magis uariũ,qualitatẽ alimenti, & quantitatẽ
à morbi tẽporibus indicari affirmant:at,cũ dicunt, morbi principium prohibitionẽ incrementi
oſtẽdit,eiuſdẽ adauctio haud ita curioſe ſubtrahere,& remittere,ſummus impetus ad mitiꝰ in-
clinare,decremẽtũ morbi ſolutioni ſuffragari admonet,remediorũ differẽtiã à morbi tẽpibꝰ po
ſtulari fatenẽ.Qui igiẽ nõ abſurdũ dictũ ſit,idẽ nullũ diſcrimẽ accipiẽs diuerſa iudicare?Ad hãc

ſanè

A ſanè interrogationem ipſi fortaſſe reſpondeāt, & apud rationales etiam medicos idē indicare differentia: bilis nanque redundans in corpore, ſui nocens ablationē indicat: ſed illos ita refellimus, ſui quidē ſublationē tantū bilem indicare, plures autem ſublationis eſſe modos: aut.n. detrahimus, aut contemperamus: præterea bilis quidem, dicemus nos, ſecundum aliud, diuerſorū uidetur eſſe indicatiua: quatenus.n. grauat, expulſionē, quatenus vero mordet, ut tēperetur, oſtēdit: at tēpora ipſa nullā hmōi dr̄iam habētia quomō res diuerſas poſtulēt, dici nequit.

Nullo modo cibos à temporibus indicari. *CAP. 45.*

NOn indicari autem alimenti qualitatē, quantitatemve à tempore, hinc maxime pateſcit: quod genus indicat, id & quantitatē indicare neceſſe eſt: nam ſine differentia unūquodq; indicans rei poſtulatæ genus indicat, ſed differentiam accipiens ipſo genere differens indicat: quandoquidē igitur alimenti genus facultas indicat, illius etiam qualitatē, & quantitatē indicabit. nam ſine differentia alimenti genus indicat, differentiā uero accipiens, & diſcrimē in genere demonſtrabit. Hippocrates ſanè, & ipſe ciborum quantitatis propoſitum facultatē ſtat uiſſe uidetur, [Augeſcentia, inquiens, plurimum habent inſitum calidū, plurimo igit̄ alimēto egēt, ſin minus, corpus extabeſcit. Itē qualitatem pro facultatis differentia manifeſte accipit, ubi in- *1. Apho. 14. ex. ord 1. 7. z lib. de Aliment. circa huem.*
B quit, Cibus iuuenibus quidem in ſummo ætatis flore non mutatus, ſenibus autē exquiſite permutatus. Ex his nanq; uerbis clariſſimum eſt facultatē ſine differentia eſcarum genus appetere. differentia uero addita qualitatem: at tempus neq; ciborum qualitatem, neq; quantitatē demōſtrat. Præterea, ſiquidem morborū tempora ciborum qualitatem, & quantitatē edocent, aut in ſui conſeruationem, aut in ſui abolitionē edocebunt: quodlibet enim indicans, aut ſui cuſtodiam, aut ſublationem indicat: igitur, ſi quanti, & qualis cibi indicationem, ut ipſa permaneāt, tempora faciunt, nihil me hercule magis ridiculū, q̄ propterea tantum, talemq; cibū aſſumere, ut morborum tempora conſeruentur: q̄ ſi in ſui interitum tempora indicant, talem, tantūq; cibum aliqua aduerſus tempora contrarietate præditum eſſe uideri oportet: à ſolis nanq; cōtrarijs contraria tolluntur: at tēporibus neq; tale, neq; tantū alimentū aduerſatur, neq; initio, neq; incremento, neq; conſiſtentiæ, neq; remiſſioni: pluribus.n. eadem cauſa nō aduerſatur, nā unū uni tm̄ aduerſari natura inſtitutum eſt. Hac eadem ratione efficitur, ut ne remediorū differentiam morborum tempora indicent: nam, ſi neq; in ſui durationem, neq; ut aboleantur, tempora indicant, qm̄ pluribus unum eſſe contrarium nequit, aliusq; indicandi modus nō relinquitur, iam abſq; cōtrouerſia ſequitur nihil, quod expediat, à temporibus indicari. Quin etiam, ſi con-
C trariorum naturam quis rite conſiderat, neq; cōtraria hæc eſſe cognouerit: nam, quæ in eodem genere plurimum inter ſe diſtant, contraria ſunt: cibi autem qualitatis, aut quantitatis tēpus nō ſub eodem cum illis genere collocatur: igitur neq; ciborum qualitatem, neq; quantitatem, neq; differentias remediorum à temporibus demonſtrari abunde à nobis diſputatum eſt.

Morbi principium incrementum prohibens, ut Methodici credunt, minime indicare. *CAP. 46.*

AT in præſentia principium non indicare augeri prohibēs declarabimus, quod ab ipſo indicari Methodici cenſuerunt: multis enim morbis ſimul, atq; incipiunt, in ſummo cōſiſtentibus, ut apoplexia, & acutis ægritudinibus, quid in hiſce quiſpiam principium indicare dixerit? neq; enim ipſum incrementum prohibiturum indicare: ſtatim nanq; ab initio ſummam magnitudinem accepiſſe morbum dicit: aut nihil igitur in hiſce morbis indicare principiū dicet, aut quippiam aliud, quàm incrementum prohibere: at agnitum propoſitum nihil indicare, dictu perridiculum eſt: quòd ſi quippiam aliud, quàm ipſi putent, indicabit, inepte ab initio dixerāt, principium crementi prohibitionem requirere.

Non omnes morbos quatuor temporibus terminari. *CAP. 47.*

D HViuſce autem erroris origo ipſis ex altera falſa opinione manauit: credētes.n. quemlibet morbum per quatuor tempora tranſire, idq; tanquam uerum ſibijpſis perſuadentes, ei cōſonum eſſe oportere arbitrati ſunt, ut morborum initia incrementi ſuppreſſionem poſtularent. Id igitur eos latuit, non omnē morbum incipere, augeri, in ſummo conſiſtere, atq; remitti: acuti nanq; morbi, qualis apoplexia eſt, ſimul, atq; inuaſerunt, ad extremam aſcendunt magnitudinem, &, qui iudicantur morbi, uno tempore, remiſſione.ſ. mutilantur, ſiquidē indicationes in ſua uehementia morbos adhuc etiam augeſcentes diſcutiūt: poteſt præterea inter initia remedijs adhibitis morbus deleri, atq; ita cætera morbi tempora præuerti, atq; ſuccidi continget.

CAP. 48. Itaq;, ſi ab initio euacuatio per auxilia fieri poteſt, morbusq; diſſolui, q̄d nā iſti potius initiū crementi prohibitionem indicare, q̄ minutionē, aut ſublationē ſtatuerunt? ſi dixerint aūt remiſſionem, ſublationemq; morborum non à principio, ſed ab affectu demōſtrari, propter q̄d igit̄, ipſis reſpondebimus, non quod ab affectu, ſed q̄d à principio demonſtratur, accipitis? nā ꝑpter id, quod ab affectu requiritur, illud quoq;, q̄d à principio indicatur, exoritur: morbum.n. retūdens, aut deſtruens, crementum quoq;, ne fiat, præoccupat. Sed fortaſſis ipſi ſe tuentes dixerint ꝓpinquiorē principij communitatē nos ad accipiendū, quod ipſa indicat, cogere, cū proxime, quid faciendū ſit, nobis ſuggerat: affectus uero oportere quidē morbos tolli poſtulans, quibus id fieri debeat, non manifeſtat. Contra, nos dicimus, per quæ particulatim remedia cremētum

impediendum

impediendum ſit, principium non declarat, ſed tñ eſſe ꝓhibendum: quibus vero id auxiliis ꝓſtari debeat, ab alijs petendum. Hac eadem quoq; ratione, & affectus ſolam morborum expulſionem nunciat: quibus expellendi ſint, ab alio, vt par eſt, petere cõuenit: atq; iccirco ſatius fuerit nõ principiũ, ſed affectũ in propoſitũ aſciſcere. Deinde illud ẽt in ipſos dicẽdũ eſt, ꝙ ex noſtra ſententia omne principium nexus quidam eſſe videtur: duæ nanq; cõmunitates, principiũ videlicet, atq; affectus in idem coiuerunt: quarum vtraq; diuerſum quiddam indicant: propinquior autem, magiſq; neceſſaria cõitas, qm̃ hanc conſideratis, principium vobis eſſe uř. Ex dictis itaq; palàm eſt affectus omnes cõitatum plexus quoſdã eſſe, qñquidem affectus q̃libet ĩ aliquo tpe gignĩ: quare nõ tẽpus modo, uerum etiã affectus communitas eſt: male igitur facitis unum eſſe affectuum connexum arbitrantes, & non omnes affectus conuexus eſſe aſſerentes. E

Alius Methodicorum error de adſtringentibus principio adhibendis. CAP. 49.

ID præterea methodicorum decretum fatuum eſt, ꝙ inter morborũ initia adſtringẽtibus ſemper utendum ſit. Cauſam uero inde placitum illud accedit, ꝙ multę phlegmonę ꝑ adſtringẽtia, reprimẽtiaq; inter initia deſinunt: & quælibet ſecundũ ipſos phlegmone adſtrictio eſt. Abſurdum igitur uidebaĩ adſtrictos affectus per cõdenſantia tolli, nobiſq; dicẽtibus propter uexantium repulſam apparentium ſublationem fieri, id reſpicere nequeuntes principio in totum F adſtringentia adhibenda eſſe contendunt, non ut cauſæ reprimantur, ſed ut corpora firmiora, minuſq; patibilia reddantur: compreſſio nãq; corporum, atq; cõſtrictio, aiunt, corpora ſolidiora efficiens, ipſa à morbis tentari prohibet: neq;.n. per morborum imminutionẽ tantum incremento, dicunt, reſiſtiĩ, ſed etiã per corporum firmitatẽ, ſoliditatemq; id præſtatur. Quibus ita reſponſum uelim, minime fieri poſſe, ut nocentibus cauſis ſimul auctis corpora ægre patibilia reddantur, cum alioqui corporibus, ante, quàm langueãt, firmitas, ac uires cõparandæ ſint. nã, ut morbus non inuadat, ui ac reſiſtentia indigemus, affectis autem corporibus propellẽda ſunt afficientia. Verum, qm̃ adſtrictus affectus denſitas eſt, ac difficilis corporum exhalatio, ſtringẽtia uero ſuperficiem denſant, ægreq; difflabilem reddunt, planè liquet ſtringẽtia dẽſatis corporibus obfutura magis, quàm profutura, & quam magnitudinem affectus propriis tẽporibus accepturus erat, ad eam ſtatim ab initio remediis accelerantibus perueniet. Vidẽtur pręterea cõtrarium, ac principium poſtulet, adhibere: principium enim incrementi prohibitionem ſignificat, ſed applicatorum qualitas incremento fauere uidetur. Quare duorum alterum, aut principium, ut perperam indicans, accuſandum eſt, aut remediorum qualitas non rite adhibetur.

Cur inchoantibus phlegmonis reprimentia apponamus. CAP. 50. G

CAeterum, ꝙ inchoantibus phlegmonis utiliter ſtringentia admoueanĩ, nemo nõ fateatur, ſed ab ipſis huius facti cauſam quærere dignum eſt: nã firmitatem corpori ab adſtringentibus comparari ridiculum, ut modo expoſuimus, dictũ eſt. At à nobis diſcũto noxiorũ repcuſſu & in alios ſalubres locos traductione adſtringẽtia remedia minuere morbos, atq; diſcutere. Illud etiam addidero, ut principium uetantia incrementum remedia nõ indicare euidentius pateat: hæc autem ſecundum ipſos erant adſtringẽtia. Morborum principia, aut qualitate aliqua, aut nulla prorſus prædita ſunt: ipſa quidem omni qualitate carere, riſum, qui dixerit, mereatur: neq; enim ſub ſenſum uenirent omni qualitate carẽtia. Aut igitur principiorum qualitas à ſingulis affectibus diuerſa eſt, aut ſingulorum principiorum qualitas ab eo, cuius ſunt, affectu, nõ eſt differens. Si diuerſa itaq; eſt principiorum qualitas, emerget hæc quædam ab affectu diuerſa communitas, quam illi prætermiſerant: ſin autem eadem ſit utraq; principii uidelicet, & ſecundum id affectus qualitas, cur non in morborum principiis ad conſtrictionem laxantem uictũ, ad fluxum uero adſtringentem adhibebimus? haud.n. rationabile eſt principio nos aliter obſiſtere, tanquam non eadem qualitate prædito, qua & ipſe affectus, cuius eſt principium.

Non denſitate, ac duritia reddi corpora firmiora. CAP. 51. H

QVod præterea illa ſit deridenda ſententia, quæ ex adſtrictoria ratione firmitatem corporibus cõciliari autumat, per quã denſantur, adſtringunturq; corpora, hinc uel maxime intelligi poterit. Si denſitas, contractio, duritiaq;, corporũ firmitatis roboriſq; cauſæ forẽt, phlegmone, ſcirrhoq; affecti, & cutem rigidam, ac diſtentam præ ſumma egeſtate habẽtes ualẽtiores bene ſanis exiſterent: nã, qui ſecunda ualetudine utũnĩ, molliora corpora, rarioraq; poſſidẽt, tãtoq; id magis, quãto melius ualẽt: itẽ, ſi duritia firmitas æſtimeĩ, ſenũ corpora, puerilibus cũ ſint duriora, firmiora ẽt, ſalubrioraq; diceĩ: etenim cũ eã, quã methodici arte creari ꝓdicãt, firmitatẽ beneficio naturæ poſſideãt, cur nõ iure ẽt adoleſcẽtibus robuſtiores cenſeanĩ?

Quomodo corporis robur noſcendum ſit, atque comparandum. CAP. 52.

AT ignorant methodici, quonam pacto hominis firmitatem, ac robur dijudicare oporteat. quo circa neq; etiam eam præſtare poterunt: neq;.n. ut in lapide, ferro, ac ligno, id genuſq; aliis duritie, ac mollitudine, hominum firmitas ęſtimanda eſt, ſed eo, quòd corpora ſua ipſorum munia expedite obire ualeant. Itaq;, qui ipſis firmitatem comparare uoluerit, minime, qui durũ corpus reddatur, cogitet, opus eſt, ſed qua ratione membrorum uires augeſcant, & ipſa libere, ac ſine impedimento proprios uſus exhibeant.

GALENI DE OPTIMO DOCENDI GENERE LIBER.

Eraſmo Roterodamo interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Aduerſus Fauorinum, & reliquos, qui iudicium ueritatis è rerum natura ſuſtulerunt.

B FAuorinus cenſet optimum doctrinæ genus, per quod utranq; in partẽ ꝑparamur: ſic.n. appellabant Academici, propter aduerſam partẽ, quam aſſeuerabant. Itaq; vetuſtiores exiſtimabãt hãc doctrinã deſinere in Epochẽ. Epochen aũt appellabant, quaſi dicas ſuſpenſam ſententiã, nihilq; definiẽtem, quod eſt, nulla de re pronunciare, nec aſſeuerare certo. Recentiores aũt (non enim ſolus fecit hoc Fauorinus) nonnũquã eò proferũt Epochẽ, vt negent, vel illud intellectu poſſe comprehendi, Solem eſſe. Rurſus aliàs eò proferunt cognitionẽ, ut diſcipulis ſuis illam permittant ante, quàm didicerint † ſciẽter iudicare. Nec.n. aliud eſt, qđ dixit Fauorinus libro de affectione Academica, cui titulus inditus eſt Plutarchus. Dicit aũt idẽ in libro ad Epictetũ, in quo inducitur Oneſimus Plutarchi ſeruus, cũ Epicteto diſputãs. Quin & in libro, quẽ poſtea ſcripſit ad Alcibiadem, laudat alios etiam Academicos, qui in partes ambas ſibi pugnantes, & contrarias diſſerebãt, cæterum diſcipulis ꝑmittebãt, ut, quod uerius uidereĩ, eligerẽt. In hoc ſanè ait libro ſibi uideri probabile, nihil certo ſciri poſſe. Cõtra in Plutarcho concedere uideĩ eſſe certã alicuius rei cognitionẽ. Præſtãt aũt ſic appellari γνωστόν .i. cognoſcibile, quod aliis dicitur καταληπτόν .i. cõprehẽſi-
C bile, relicto uocabulo Stoico. Ego ſanè mirabar, ita me Dij bñ amẽt, quòd Fauorinus, q cõſueuit omnia nomina ad Atticã linguã uſurpare, nõ deſinat uti his uocibus, Cõprehẽſibile, Cõprehẽſio, Cõprehẽſiua imaginatio: uel his cõtrariis, ueluti quæ ꝑ priuationẽ dicunĩ, ut incomprehẽſiua imaginatio, aut ipſa incõprehẽſibilitas: adeo ut, cũ libros tres ſcripſerit, primũ ad Adrianũ, alterũ ad ª Dryſonẽ*, tertiũ ad Ariſtarchũ, oĩbus titulũ indiderit, De cõprehẽſiua imaginatione: ac ꝑ oẽs hos libros ſtrenue cõtendit, dũ conaĩ demõſtrare nullã eſſe poſſe cõprehenſiuã
CAP. 2. imaginationẽ. Ego uero nihil aliud arbitror ſonare cõprehẽſibile, q̃ ᵇ cognoſcibile: nec aliud cõprehẽdere, q̃ certo cognoſcere: cæterũ ᶜ ſ inter ſe ꝛ rñdere cõprehẽſionẽ, & cõprehẽſiuã imaginationẽ. Qm̃.n. nõ nulla uidemur nobis uidere, audire, aut alioqui ſenſu percipere, qđ accidit in ſomnis, aut per inſaniã: nonnulla uero non tm̃ putamus nos uidere, ſed re uera uidemus, aut alioqui ſenſu ꝑcipimus, hæc q dẽ poſteriora oẽs homines, exceptis Academicis, & Pyrrhonijs, ad certã cognitionẽ ꝑtingere credũt, cæterũ, q̃ ꝑ ſomniũ, aut mẽtis errorẽ apparẽt aĩo, ea falſa eſſe. Quòd ſi porrò cõcedũt hoc ita ſe habere, deleãr è libris ſuis, quod inibi ſcriptũ eſt, in terũ ᵈ iudicio* nec ſano eẽ fidẽ habẽdã magis, q̃ inſano, neq; recte ualẽti magis, q̃ ęgroto, neq; ui-
D gilãti magis, q̃ dormiẽti. Sin iſtis nihil magis, q̃ iis, qui ſunt diuerſo mõ affecti eſt cognoſcibile, nimirũ cõfuſa ſunt ueritatis ᵉ iudicia*: nec ipſe ꝓceptor Academicus, nec diſcipulꝰ poterit iudicare rõnes, quæ in ambas partes inter ſe pugnãtes diſſerunĩ. Immo ne opus q dẽ oĩno fuerit talibus doctoribus, cũ poſſimus ipſi, quæ à ſectarũ auctoribus hinc, atq; hinc diſſerta ſunt, legere, nihiloq; minus, q̃ Academici, ſcire, & ſiquid apud hos fuerit obſcurum, quod erit apud Chryſippũ, Stoici magiſtri poſſunt appellare certius: quod apud Theophraſtum, & Ariſtotelem, Peripatetici: itemq; de cæteris, ut iã nihil oĩno reliquum ſit, quod doceãt Academici, iuxta Fauorini q dẽ diſputationẽ. Siq dẽ hoc ſanè docuerũt illi ueteres, nullũ eſſe datũ homini ᶠ iudiciũ* à natura, quo collatis inter ſe rebus oĩbus, exacte poſſit dignoſcere. Eoq; nulla de re ꝓnũciãdũ eẽ cẽſebant, ſed ſemper de oĩbus ſuſpẽdendã eſſe ſententiã. Verum, ſi nobis cõcedãr, ut oportet, ſenſum naturalibus ᵍ ſenſorijs*, iã nihil opus habebimus in utrãq; partẽ exerceri, ſed alia quadã re fuerit opus, uidelicet ʰ repetitione*: ut artifices nõ ſtatim artẽ ꝓbẽt diſcipulis, ſed aliud exigũt nimirũ. Cõſiderationẽ eorũ, q̃ tradita ſunt, quod à pleriſq; dr̃ ad calculũ uocare: hoc aũt eſt iſta re ei, qui exerceĩ, & in hoc aĩaduertere, in q bus labaĩ, eaq; ſola corrigere. Cõſimili mõ, qui pueros exercẽt ad palæſtrã, corrigũt luctantiũ errata. Sic & grãmaticus, & rhetor, & geometres, & muſicus docẽt, nõ labefactãtes, neq; cõuellentes in diſcipulis fidem, quam habent naturalibus ⁱ iudicatoriis*, ſed inſtãtes iis, quos exercẽt, donec in ſingulis actionibus eò prouexerint, ut iam

non

† ἐπιστημονικῶ κρίνειν.

A* Al. Dryſonem.

B † Calaber habet certe cognoſcibile: ac uidetur legiſſe βεβαίως γνωστόν.

C* αὐτοῖς .i. ipſis.

D* cognitione.

E* κριτήρια.

F* κριτήριον.

G* κριτηρίοις.

H* ἀπαντήσεως eſt in impreſſis, ut vertit interpres aliquis tamen habẽt ἀπαντήσεως .i. obuiatione. aliqui ἀπατήσεως. i. deceptione. Antiquus autem interpres totum hunc locum ita vertit. Sed aliquid aliud petemus ab artificibus praberi diſcipulis: quod nõ eſt aliud, niſi ratiocinari, quod dicitur à multis diſcutere, hoc autem eſt, &c.

I* κριτηρίοις.

non ertẽt, tñ abeſt, vt inducãt ſententiæ ſuſpenſionẽ. Perinde.n.faciunt, qui ſuſpendũt ſententiã, ne credãt euidentiæ rerum vnà cum ſenſibus, atq; qui cõtẽnunt ea, quæ certo ab aliquo cognoſcunt. Itaq; Carneades ne illud quidẽ, quod eſt omniũ euidentiſſimũ, cõcedit eſſe credẽdũ, ꝙ magnitudines vni cuipiã æquales, ſint ẽt inter ſeſe æquales. Rationes igr̃, quibus conatur deſtruere, & hæc, & alia permulta, q̃ tibi euidenter apparent, creduntur q; eſſe uera, adhuc in hunc vſq; diẽ ſeruatas habemus, proditas ſcriptis, ab illius diſcipulis collectas, ſolutiones autem nec ab illis, nec ab alio quopiam Academicorũ, qui poſt Carneadẽ fuerũt, datæ ſunt. Ea res ſola declarat iſtius rationes oẽs eſſe ſuphiſmata. Nobiſq; quærendæ ſunt ò diſcipuli iſtarũ ſolutiones. Improbum eſt.n.hoc, attamen nihilominus improbũ fecerunt illi, qui ſcripſerunt quidẽ has, cęterũ nobis nõ indicarũt, quales eſſent. Lubẽs aũt ꝓconter, ſi vel Fauorinus adeſſet, utrum me iubeat credere oĩbus iſtis rõnibus, aut cõſiderare, veræne ſint, an falſæ. Vnũ hoc ſanè conceſſit, conſiderare. Rogarẽ aũt poſt hæc in uniuerſum, nũ homini natura uis inſit iudicãdi, quę ſermones vero diſcernat à falſis, an potius ars quædã, & ratio ſit utrũq; cognoſcẽdi. Si natura, qui fit, vt non oẽs inter nos cõſentiamus, neq; ſimiliter iiſdẽ de rebus ꝓnũciemus? Sin ars eſt, ac ratio, hæc oĩum primũ erat diſcẽda: deinde cõueniebat doctores ludo ꝑfectos varijs modis exercere diſcipulos, multis ꝓpoſitis exẽplis, quẽadmodũ inſtituunt, q diſcũt artẽ luctãdi, aut coriariam, aut fabricãdi domos, naues ve, aut rhetoricè dicẽdi, aut legẽdi, aut ſcribẽdi, aut, ut ſummatim dicã, q dlibet aliud opari iuxta artẽ. a † Proinde, ſi qs Academicorũ ſcripſit, q̃ tãdẽ res ſit demõſtratio, qđ ſophiſma, & quomõ oporteat alterum horũ ab altero diſcernere, & quẽadmodũ Fauorinus admittit iudiciũ diſcipulorũ, in utrãq; partẽ exercitatorũ, niſi qđ ſuperuacaneũ eſt, nimirũ docuit Academicus oĩa, q̃ dicta ſunt, habemuſq; nos ꝑceptores, q ꝓpria decreta doceant. Quòd ſi nullus iſtorũ ſcripſit, quõ iſta differãt, nec exercuit quẽquã, perinde facere uidẽtur, ac ſi faber ꝑcipiat diſcipulo, ut & metiatur, vt æquet, ut dirigat, & circulũ deſcribat, nec interĩ det illi cubitũ, (quo metiatur,) nec xyſtõ, (quo poliat,) neq; regulã, (ad quã dirigat,) neq; circinũ, (quẽ circũducat.) Atq; forſitã dicet tale nihil eſſe in philoſophia, ac dogmatibus. Ne igitur poſt hac aſſimules te aliquid ſcire, neq; ꝓnuncia, neq; deſciſce à ueterũ Academicorũ decreto, qui ꝓdiderũt ſuſpẽdẽdã eſſe ſentẽtiã: neq; te iacta, dũ facis, qđ ſolet grãmaticus, q ſemet ĩ his exercuit, q̃ dicta ſunt à prioribus. Proinde nihil apud illos eſſe ꝑclari ꝑſpicuum eſt cõſiderãti. Neque .n.hoc eſt eius, q ducendi munus ꝓfitetur, ſed nugacitas potius q̃dã eſt, & ineptia. Vnde igr̃ cognoſcẽdi ueri ſpes reliqua eſt? Etenim, cui nõ adeſt b iudiciũ* ueri ac falſi, huic nulla ſpes eſt cognitionis. c † Tñ hoc ſtude, vt Sophiſtas doceas, nullã nobis à natura inſitã uim iudicãdi. Deinde fortaſſis impudẽter nobis, inq t, & ſenſum, & intellectũ, q bus euidenter iudicamus de uero, cõcedet aliqs, cupiẽs nos in logicis fruſtranea ſpe uolutari. Quicũq; uero ſuſtulerunt totã ſpẽ, qđ fecit ille, fruſtra nugãtur. Perſpicuũ igr̃ eſt, qđ Fauorinus pudore ſubuertit oĩa, & qđ inde fateatur nihil ſciri: unde ueteres Academici, Pyrrhonijq; dicebãt: cæterũ fictè diſcipulis ꝑmittere iudicium, qđ priores ne ſibi q dẽ ipſis ꝑmittebãt. Ergo quod eiuſmodi doctrina, & inſtitutio diſcipulorũ artẽ quãcũq; diſcẽtiũ, qualã ſentit Fauorinus, nõ ſolũ cæteris præſtãtior nõ ſit, uerũ ne doctrina q dẽ oĩno dicẽda ſit, opinor à nobis dilucide demõſtratũ. Iã de reliquis, quæ doctrinæ q dẽ ſunt oẽs, an optimæ ſint, cõſideremus, rurſus ab iiſdẽ ordiẽtes. d † Apparet.n.hoc nobis euidenter, qđ Sophiſtę maxime ſtudẽt ſibi reddere incredibile, nullũ eſſe iudiciũ naturę. Etenim circinus pingit circulũ, cubitus aũt diſcernit lõgitudinem, quemadmodũ lãces grauitatẽ. Hæc aũt ipſæ fabricatus eſt hõ, ex naturæ inſtrumẽtis, ac e iudicio* impulſus, q bus nullũ ultra iudiciũ* nec antiq us habemus, neq; ꝑclarius. f † Hinc igr̃ incipiendũ eſt. Dicit.n.rurſus ipſa mens, qđ poſſibile nobis eſt naturali iudicio* credere, ſiue nõ credere: ipſum autẽ iudicium per aliud aliq d iudicare, poſſibile nõ eſt. Qui fiet.n.ut id, quo iudicantur reliqua oĩa, ab alio quopiã iudicetur? Credere uis oculis clare cernẽtibus, & linguæ guſtãti, hoc q dẽ eſſe malũ, hoc uero ficũ, an nõ credere? Cõcedã, qđ uoles facere in nobis, ſi q dem ſtudes mecũ diſputare. Quòd ſi nõ credis, diſcedã abs te, uelut ab eo, q ꝑter naturã affectus eſt. Ponamus primũ te nõ credere, neque ſperare futurũ, ut q cq̃ ex me diſcas. Hoc.n.mõ cœperã dicere. Ponamus rurſus te credere, ac ſpem eſſe, futurũ, ut ex me diſcas iudicare. Cæterũ ego ſentio, iudicare, ſenſibilia q dẽ ex iis, q̃ euidenter apparent, ſenſibus: intelligibilia uero ex iis, q̃ dilucide intelligũtur. Qm̃ aũt ex naturæ g iudicio* artes oẽs parãt, & inſtr̃a, & iudicãdi ſecũdũ artẽ organa, ꝑ q̃ alia quidem ipſi ſibi cõponunt, alia rurſus ab alijs cõpoſita iudicant, & ego docebo in uniuerſum, & inſtr̃a, & iudicia, *tũ ea, ꝑ q̃ tibi parabis ueros ſermones, tũ ea, ꝑ q̃ iudicabis ab aliis dictos. Sic.n.babes totũ. Etenim, ſi q d ex ſeſe euidenter apparet ſenſibus, aut intellectui, ad id nihil opus eſt inq ſitione. Quod ſi nihil eſt tale, neceſſe eſt, vt accedat cognitio, q̃ aliũde parat̃. At ego polliceor me traditurum tibi q̃dã, q̃ rñdeãt inſtr̃is, q̃ fiunt ab arte, ex quibus inuenies, qđ quęris: alia uero rñdentia iudicijs, ex q bus iudicabis, an uere tibi uidearis inueniſſe. Hæc aũt ubi didiceris, multis exẽplis exercebo te, ut & celeriter, & exacte inuenias, iudiceſq;, quod quæris, ut poſthac nec ullo libro futurum ſit opus ad inuentionẽ ueri, nec alia doctrina. h † Mox & aliis dicẽtibus aliquid corũ, quæ cupis inuenire, facile poteris cognoſcere. Etenim, q cognouit rectã uiã i rectã eſſe,

non eget

E

CAP. 3.

F

G

CAP. 4.

H

A † Locus in græco obſcurus, & aſteriſco notatus. Antiquus interpretis uerſionẽ habet. Si igitur ſcripſiſſet aliquis academicorũ, qua res eſt demonſtratio, qua autem ſophiſmata; et qualiter oporteat dignoſcere ea, et qualiter in eis exercitari, haberemus proprios dogmatum doctores. Si uero neq; Fauorinus, neq; alius aliquis ſcripſit, &c.

B * κριτήριον.

C † Ant. interp. Sed oportebat te docere ſolũmodo ſophiſtas, quod nullum nobis eſt iudicatorium innatũ: hoc enim ſufficit ſtultũ docere nobis, cum fortaſſis ſenſum, & intellectum concedet eſſe iudicatorium ueritatis, quicunque eſt in logicis eruditus. Quicunque uero interimunt totam ſpem, deſtrãt: ſicut & Fauorinus, qui euertit omnia, et dicit neſcitiam eſſe, & poſtea committit diſcipulis ſuis, iudicium, quod neque qui ante ipſum, commiſerunt ei.

D † Ant. interp. Apparet.n. nobis euidenter, id quod quã maxime ſophiſtæ incredibile conantur facere, dicẽtes quod nullus iudicatorium eſt natura.

E * κριτηρίων.

F † Ant. interp. Si igitur non ab hoc oportet incipere, ut dicis, quæ rurſus intelligemus? quoniam poſſibile quidem, &c.

G * καὶ κριτήρια τεχνικά.

H † Ant. interp. Mox autem, & eos, qui aliud dicunt, peccare cognoſces.

* μίαν, eſt in antiquis i. unam, & ita Ant. interpres.

A non eget alia doctrina ad redarguendum eos,qui aberrant. Ita,qui rectam demonſtrationis viã perdidicerit,protinus cum hac nouit vias erroneas. Fauorinus aũt mihi videtur ſimile quiddã facere,quaſi ſiquis dicat,te cæcum eſſe,nihilominus tñ iudicare poſſe,vter noſtrũ ſit ſordidior, aut cãdidior,haud reputãs ſecũ,ꝙ ei,qui talia ſit iudicaturus,opus eſt adeſſe viſum. Atqui nihil refert,quod ad iudicandũ attinet,vtrũ omnino viſu careas,an,cũ habeas,illi non credas. Ad eũ dẽ aũt modũ,quòd id,quo iudicamus,eſt tale q̃ddã,quodq́;,quæ huic paria ſunt, ſunt & inter ſe paria,quemadmodũ aſinis nemo ꝑmitteret iudicare,qm̃ oĩno mẽte carẽt, ita nec hoĩbus, ſi ne hi quidẽ mentẽ habeãt,cui credi poſſit.Nihil.n.intereſt,quod attinet ad incertitudinem eorum,quæ iudicanda ſunt,an omnino nullũ habeas*iudiciũ,an non credas illi. Ridiculus eſt igiẽ Fauorinus,permittẽs iudiciũ diſcipulis,cũ ᵃ organis*iudicãdi ᵃ detrahat fidẽ.Etenim,ſi nihil eſt euidens intellectui,aut certum ex ſeſe ᵇ † perijt omne rerum iudicium. Contra, ſi eſt quidem, velut oculus in corpore,ſic intellectus in animo,non tamen omnibus pariter acutus, cõſentaneũ eſt,vt,quemadmodum,qui cernit acutius,adducit ad id,quod uidetur,eũ, cui uiſus eſt hebetior,ita,quibus cõtigit in rebus intelligibilibus perſpicere clare,quod offertur intellectui, ad ducãt ad contemplationem eandem, ᶜ † maxime cæcutientem. Atq; hoc eſt præceptoris offi-
B ciũ,vt inquit Plato,& ego aſſentior. Et his de rebus ſcripſimus copioſius in tractatione demõſtrationis,ꝙ doctrina talis quædã ſit euidens ad intelligẽtiã.Scripſimus aũt & illud, quomodo quis exorſus in uno quoq; ab elementis,ac principijs maxime demõſtrare poſſit, q̃cq̃d eſt demõſtrabile:nõ quemadmodũ admirãdus ille Fauorinus:qui,cũ fecerit totũ librũ,in quo demõſtrat,ne id q̃dẽ cõprehẽdi poſſe, Solẽ eſſe, alibi tanq̃ nobis obliuioſis in utrãq; diſputat partẽ, cõceditq; eſſe aliq̃d,quod certo cognoſci poſſit, cuius iudiciũ,& electionẽ ꝑmittit diſcipulis.

CAP. 5.

*A * ἀπκιον.*

B † An. interp. corruptum eſt penitus iudiciũ. uidetur.n. legiſſe ου πάντων, ſed παντός.

C † Ant. iterp. clarius, eũ qui obtuſius uidet.

D † ὁ διδάσκαλος.i. doctor.



GALENI DE SVBFIGVRATIONE EMPIRICA

Incerto interprete

De Empiricorum nomenclatura. *CAP. 1.*

OMnes empiricæ ſectæ cultores cognomen ab Hippocrate ductum renuentes,ſe ab aĩ affectu denoĩari maluerũt,quẽadmodũ, & philoſophi,quos,ꝙ in ſingulis hæreãt,ſcepticos græco noĩe appellant. Ergo nõ ſicut cęteri medici Hippocratici,aut ẽt Aſclepiadei, Praxagorei, Eraſiſtratei,ita & ipſi Acronei ab Acrone primo empiricę diſciplinę ſcriptore,vel à Critone,Philiſtione,Serapione cognomẽta traxere, q̃ Acrone q̃dẽ iuniores,reliquis aũt Empiricis uetuſtiores hñr. Atq;
D hæc quidẽ quãtũ ad cognomẽ attinet, dicta ſint.In Empiricorũ vero doctrina ſumma cautio eſt,nequis ullo pacto ab indicatione quid piã inueniri opinetur: neq;.n. ueluti Rationales medicam artẽ indicatione ſimul,& experimento conſtare putant,ſed experientiæ totam inniti,quã ex eorum obſeruatione, quæ ſæpe ſimili modo obtigere,conflari affirmãt. Hãc ego tibi empiricæ ſectæ diſciplinam,quæ qualiſve ſit, ſi modo mentem adhibueris, ſub compendio clariſſime colligam. Tu uero,quæ deinceps dicturus ſum, tanquam ab Empirico dicta ſuſcipies.

Quotuplici experientia Empirici medici nitantur. *CAP. 2.*

MEdicam artẽ non ab indicatione,ſed ab experiẽtia tm̃ cõſtitutã aſſerimus.Experientiam uero appellamus,quã à ſe quiſpiã intuitu ipſo deprehẽderit,ſicut indicationẽ,quã rationis diſcurſu aſſecutus fuerit: vt.n.nos ſenſus ad experientiã, ita rõ ad indicationẽ dogmaticos ducit.At cognitio,quæ ex intuitu habeẽ,vel fortuita eſt,uel cõſulta.Fortuita appello,q̃ ſine humano conſilio,uel caſu,uel natura eueniũt:caſu,ut ſiquis,cui occipitiũ dolore afficiaẽ,deciderit,atq; inde uena recta frõtis inciſa,ſanguineq; effuſo iuuetur. Natura,ut ſi febricitãti ſanguis per nares effluxerit,ſtatimq; deſinat febris.Cõſulta ab intuitu cognitio eſt,ut ſiquis in febre ꝑ-

dite ſitiens,ad bibendam aquã,uel mala granata edenda coactus,febrẽ euaſerit: vel in mõte ali E
quis à ſerpente ictus,herbã quæcũq; ſibi fuerit oblata,uulneri adhiberi placuerit,ſanitatẽq; in-
de recuperauerit.Sed imitatione experiẽtia cõparatur,ubi quiſpiã imitatur, qđ ſemel, aut bis,
aut & frequenter effectũ cõſpexerit,nõ ita tñ frequẽter,ut iã ſemper ex alio cõſequatur:ſufficit
.n.uel plerũq;,uel utrouis modo,uel raro cõtingere. Eſt alia quoq; τριβικὴ, quaſi iam trita expe-
riẽtia,quam ab experimẽtali diſciplina ductã ſoli artifices uſu exercent.Experimẽtalẽ uero di-
ſciplinã uocamus eorũ habitũ, q̃ ita frequẽter apparuerũt,ut iã inde theoremata ſint cõparata,
ꝑceperimusq̃;,nũq̇d illa ſemper,aut plerũq;,aut utrouis mõ,aut raro euenire ſoleãt:tot.n.ideſt
quatuor,ſunt theorematũ dr̃iæ: ꝓpterea & theorema uocamus habitũ rei, quã ſæpe uiderimus
cũ euentus oppoſiti diſtinctione, vt,ſi ſit aliq̇d, qđ ſemꝑ cõtingit, ſciamus eius oppoſitũ nunq̃
euenire,qđ uero plerunq; accidit,illius oppoſitũ,aliqñ q̇dẽ,ſed raro cõtingere:At eius qđ utro
uis modo eſt,æqualẽ eſſe oppoſiti euentũ,ſicut illius,qđ raro accidit, cõtrariũ plerunq; appare-
re.Quæ uero hmõi diſtinctionibus ꝑſpecta nõ habuerimus,eorum notitiam cõfuſam imperfe-
ctãq; hr̃i,q̃ nullo pacto experimentalis diſciplinæ pars appellãda ſit. Atq; hanc Menodotus ex-
perientiã particularẽ uocauit,tanq̃ ex aliis experientiis ſingularibus nõ cõflatam,ꝑpea primã,
& ſimpliciſſimam eſſe.Nã ſicut ex plurimis experimẽtis tota cõflat̃ ars,ita ſingula experimenta F
ex multis experiẽtiis cõficiunt̃:quas quot eſſe oporteat,uelle determinare, incidere eſt in ambi
guã rõnem,quã q̇dã Soriticã uocãt: de qua in libro de medicinali experientia copioſe tractaui
mus,cũ ſuperius experiẽtiã ex αὐτοψία.i.ꝓprio intuitu fieri diximus.Quantũ ad nomẽ attinet,
apud antiquos αὐτόπτην quidẽ ſæpe legimus,αὐτοψίαν uero nequaq̃. Sed & hic,ſicut in aliis mul
tis nomẽ uſurpantes dicimus intuitorẽ proprio intuitu magis operari, q̃ cognitionẽ acquirere:
q̇a tñ ex hac intuitionis operatione cognitio quoq; cõſequit̃, placuit empiricis proprium intui
tum cognitionẽ appellare: imò non cognitionẽ tñ, ſed experiẽtiã quoq; nuncupare : quos ego
nunc imitatus ſimili mõ ꝓpriũ rei euidentis intuitum,& cognitionẽ,& experiẽtiã ex multis in
tuitionibus cõparatã uocabo.Cur uero empirici obſeruationis nomẽ cũ cognitione,& memo-
ria cõfuderint,non ſatis cõpertum habeo. Nã Theutas,cũ prius dixiſſet,partes medicæ artis ob
quas plerũq; finẽ adipiſcimur,ꝑ experientiã cõparari,q̃ ex ꝓprio intuitu,ex hiſtoria & cõgruo
de re ſimili ad ſimilẽ tranſitu generatur,poſtea experientiã diffiniens,q̃ à ꝓpria intuitione nihil
differt,ita ſubiũgit: Experiẽtia igit̃ tota rei euidẽtis obſeruatio appellat̃,ꝑ memoria.ſ.& cogni-
tione obſeruationis noĩe abuſus,quã & cõſeruationẽ uocamus,q̃ eſt actus cõſeruatoris:neutra
uero appellatio ſcđm rectã loquendi cõſuetudinẽ ad memoriã, & cognitionẽ accõmodari põt. G
a Apho.29.Ext. ord.16.f At τριβὴν.i.exercitationẽ nõ male actionẽ ab ipſa experiẽtia ductã noĩarunt,& τρίβωνα.i.exerci-
tatũ,q̇ hmõi actionẽ frequẽtat,ſicut & ἔμπειρον.i. expertum, q̇ ἐμπειρίας.i. experientiæ particeps
eſt.Empirici uero nomẽ ad artis ſectæq; ſuæ inuentores transferre maluerunt. nam & Empiriã
nõ ſolũ unius theorematis cognitionẽ,ſed totã quoq; medicã artem nuncupauerũt:quã ex αὐ-
τοψία.i.ꝓpria intuitione,ex hiſtoria, & congruo de re ſimili ad ſimilem tranſitu cõſtare aſſerui-
mus,hiſtoriam q̇dem ꝓpriæ intuitionis enarrationem uocãtes,trãſitũ uero de re ſimili ad ſimi-
lẽ iter ad exercitationem,ſumpta.ſ.ſimilitudine ab iis,q̃ iam per experientiam comperta ſunt.

An rei ſimilis ad ſimilem tranſitus, artis medicæ pars dicatur. CAP. 3.

QVærit̃ aũt,nũq̇d,quẽadmodũ exiſtimauit Serapion,tertia pars medicę artis ſit de re ſimili
ad ſimilẽ trãſitus,qđ aperte negauit Menodotus,ſed uſui tñ accõmodari uoluit: cõſtat aũt
nõ idẽ eſſe uti,& ut parte uti.Caſſius Pyrrhonius illũ ab uſu quoq; abdicauit , integrũq; de hac
ipſa uolumen cõſcripſit. Optime uero oĩum Theutas de re ſimili ad ſimilẽ tranſitũ iter ad exer-
citationẽ eſſe iudicauit.Sicut alij inſtr̃i potius rõnem hr̃e uoluerunt.Nec peius fortaſſe hiſtoriã
& obſeruationẽ inſtr̃a magis,q̃ medicinæ partes uocabimus: ideo recte,ut mihi vr̃,Theutas ita
de illis prodidit.Partes medicinę,ob quas finẽ adipiſcimur,ꝑ experientiã nobis accedũt: fit aũt H
experiẽtia ex ꝓpria intuitione,hiſtoria,& cõgruo de re ſimili ad ſimilẽ trãſitu: ab experiẽtia.n.
medicinæ partes deriuari affirmat:q̃ cũ oẽs inter ſe differant,in hoc uno tñ conueniunt, ꝙ oẽs
cõi noĩe memoriæ appellant̃: ꝓpterea rectius aliq̇s experientiã dicet eſſe memoriã eorũ, q̃ ſæ-
pe,& eodẽ mõ ꝑſpecta ſunt.Quòd ſi quis ꝓ memoria obſeruationem poſuerit,erit experientia
obſeruatio eorũ,q̃ ſæpe eodem mõ ꝑſpecta ſunt.At,ſi obſeruatio operationem ſignificet, vt lo-
quendi uſus obtinuiſſe vr̃,memoria uero ſit impreſſio in anima quieſcẽs,poſſumus ambas com-
prehendendo dicere,experientiam eſſe obſeruationem,& memoriam eorum,quæ ſæpe eodem
modo perſpecta ſunt: ſorteq; p̄ſtiterit ſolam ponere memoriã , cũ ſub illa obſeruatio cõtineat̃:
neq;.n.memorari poſſumus ea,q̃ ſæpe eodem modo ꝑſpecta ſunt , niſi prius obſeruauerimus.

De communibus partibus medicinæ. CAP. 4.

HActenus,quantum cõpendio licet,de experientiæ diffinitione tractauimus. Theutas autẽ
totam medicinam in tres partes diuiſit,indicatoriam,curatoriã,& ſalubrem: has uero uni
uerſas acquiri ꝑ propriã intuitionem,hiſtoriam,& cõgruũ de re ſimili ad ſimilẽ tranſitum.pro-
pterea,q̇ hæc tria proxima medicinæ partes eſſe uoluerũt,nõ abſolute partes, ſed cũ additione
partes cõſtitutiuas appellauere,ut priora illa partes finales;partium.ſ.genus in duas primas dif-
ferentias

A ferentias diſſecãdo finales,& cõſtitutiuas:ſiqs tñ nominibꝰ abuti noluerit, nõ has cõſtitutiuas
appellabit partes,ſed quaſdã medicorũ operationes:ille uero animi habitus, quo medicus, uel
indicare,uel curare,uel ſanitatẽ cuſtodire poteſt,merito pars medicinæ uocabit̃. Abutant̃ igit̃
noĩbus,qui uoluerint:nos in partes tres medicinam ſecabimus,indicatiuã,curatiuã,ſalubrem.
Porrò indicatiuã in dignotionẽ præſentiũ,& futurorũ prænotionẽ,ſicut curatiuã in chirurgiã,
victus rõnem,& pharmaciã.Salubrẽ vero qdã indiuiſam ſeruarũt: qdã in ſpẽm gñi cognomi-
nẽ,in ſalubrẽ,inquã,& in euecticam.i.boni habitus effectricẽ:alii addiderũt pſeruatiuã, reſum
ptiuã,& gerocomicã.i.ſenũ cuſtoditricẽ. Sũt,qui ex rationis diuiſione partes medicinæ uenati
ſint.cũ.n.ſicut Herophilus uoluit,medicina ſit ſciẽtia ſanorũ,ægrorum, & neutrorũ, tria exco-
gitauerũt,quibus ſingula iſtorũ cõueniũt,corpora.ſ.ſigna,& cauſas.nã,ſicuti corpora,ita ſigna,
& cauſas cõgrue ſana,ægra,& neutra nũcupamus.Licebit igitur ſecũdũ hãc rõnis ſectionẽ,em-
piricam quoq; diſciplinã in ſuas partes diuidere:nõ prohibeo tñ, ſiqs & aliter diuidẽdã puta-
rit,dummõ nullũ artis mẽbrũ omittat̃:ppterea & Theutas in principio libri de partibus, nihil
« obſtat,inquit,ſi medicinæ partes in indicatiuã,curatiuam,& ſalubrem ſectæ, in alia quoq; mẽ-
« bra ſecentur:quo fit,vt minime mirum ſit,ſi empiricę artis alii duas partes,alii tres,quidã qua-
B tuor,nonnulli quinq; poſuerint:ſortaſſe.n.eandẽ oẽs rei rõnem intuentur,ſed,ut diuerſa cõci-
piunt,ita & diuerſa explicare neceſſe eſt:quæ uero ſit rõnis diuiſio, paulo inferius declarabit̃.

De conſtitutione artis Empiricorum. CAP. 5.

COnſtitutiuæ igitur medicinæ partes,quæ oĩum utiliſſimæ ſunt,clarius ita pernoſcẽtur.Me-
dicus,qui ab obſeruatione artẽ effecit,ſeipſum Empiricum, ſuã facultatẽ Empiricã nũcu-
pauit:primiſq; tẽporibus,ut credi par eſt,noxia pariter,& innoxia:ſimiliq; modo utilia, & ſu-
peruacua obſeruare cœperũt: poſt lõgo rerũ vſu multis multa obſeruãtibus cõpertũ eſt pluri-
ma inutiliter fuiſſe obſeruata:propterea,ſicut in principio ppria rerũ intuitio,ita nũc hiſtorica
cõmodiſſima eſt.Nos.n.hiſtoria docet iã deprehẽſum eſſe colores in multis qdẽ morbis ſupua
caneos,in qbuſdã uero nõ parũ intereſſe:nã lippiẽtibus cœruleus,uiridis,nigerq; color cõfert,
albus,& ſplẽdidus ſumme aduerſat̃,reliq inter utrũq; ambigũt. Eodẽ mõ rubeus color ſangui-
nẽ expuentibus nocet,& ad cæteros morbos ſuperfluus oĩno cõpertus eſt: ſicut & mẽſa ebur-
neane ſit,an lignea:ſeu phiala aureane,uel argẽtea,uel uitrea:nihil.n.horũ ſalubre magis, q̃ in-
ſalubre appellatur,ſed penitus ſuperuacuum:nõ ita tñ odorẽ neutro mõ ſe habere ad ſanitatẽ,
uel ægritudinẽ dixeris:neq;.n parũ refert appetitiuæ, digeſtiuæq; facultati, fœtidane,an bene
C olẽtia offerant̃:oĩnoq; capiti nocẽt,quęcũq; odoratiora ſunt,ueluti cupreſſus,populus,buxus,
nux,præcipue,quæ adhuc uirẽt:ideo nec lectos,aut fores,aut uaſa ex his fieri probamus:fugiẽ
di.n.oẽs odores ſunt,qui uel caput repleãt,vel appetitũ euertãt:cũ natura nos doceat utilia eli
gẽda eſſe,noxia uero euitãda.Ergo his ita ſe habentibus,neceſſe eſt,ut medicus ſalubria, inſa-
lubria,neutraq; pnoſcat,nec cauſas tm̃ tales eſſe,ſed & corpora, & ſigna. Nihil aũt refert, ſeu
pernoſcere,ſeu ſcire dicamus:ſicut neq; artificẽ,aut doctorem artem,uel doctrinã addiſcere:pa
rũ ẽt intereſt,ſi inflammationẽ,exẽpli gratia,ægritudinẽ,uel affectũ appellaueris. Symptoma
tñ ab ægritudine diſtinguendũ eſt, nam ſymptoma ſimplex affectus eſt,& non ex aliis conflata
congeries.ſic.n.lateris dolor ſymptoma uocatur,tuſſiſq; eodẽ modo,& ſputum ſeu flauum,ſeu
liuidum,ſiue cruentũ fuerit,item difficultas anhelitus, & calor præter naturam: quod uero ex
omnibus his conficitur ægritudo appellatur,quæ affectus quoq;, & ualetudo, & morbus, ſi li-
bet,uocari poteſt:nominibus tamen utemur,quoad eius fieri poterit,apud Latinos,quàm ma-
xime conſuetis,ſin minus,his ſaltem,de quibus inter nos inuicem conueniat.

De Symptomatum concurſu. CAP. 6.

QVantũ igitur ad præſentẽ inſtitutionẽ attinet, ſymptoma ſatis idonee nũcupabimus ſim-
D plex aliquod incõmodum,quod humano corpori præter naturã acceſſerit,ſicut calorem,
tumorem,inflãmationem,difficultatem anhelitus,pulſus aſperitatẽ,dolorem,tuſſim: af-
fectum uero,uel ægritudinẽ cõcurſum,qui ex his ſimul cõficitur. Periti.n.Empirici non quem-
cunq; ſymptomatum aceruũ morbũ noĩauere, ſed cõcurſum tm̃ eorum, q̃ ex longa obſerua-
tione ita ſimul cõuenire cõperta ſunt,ut pariter incipiant,augeantur,uigeant,declinent,& rece
dãt:quem cõcurſum cõpẽdii,& luciditatis gratia uno tm̃ noĩe explicuere, qñq; ab affecto loco
nũcupationẽ ducentes,ut pleuritim,peripneumoniam:qñq; ab aliquo ſymptomate,ut inflam-
mationẽ,furorẽ:nõnunquam à ſimilitudine,ut elephãtem,cancrũ: quandoq; ab ipſomet con-
curſu,ut œdema,ſcyrrhum.Symptomatum igitur,quæ ſimul incipiũt,augẽtur,uigent, & deſi-
nunt,cognata uocari poſſunt:quæ uero plerũq; cõſequunt̃,affinia. Quòd ſi eadem in cõcurſu,
tanq̃ ſigna,cõſiderent,quædã eorũ diagnoſtica,quaſi præſentium declaratoria,uocantur:quæ
dam,ꝗ futura pnuncient,Prognoſtica nuncupant̃:quædã,ꝗ curationẽ indicent,nõ male indi-
catoria dicent̃.Omnes aũt cõcurſus ab obſeruatione prodiere:obſeruatio enim memoriã,me-
moria experientiam peperit:à qua proxime ars emanat,dum meminimus, quid cũ quo, quid
ante quod,quid poſt,quod obſeruauimus:atq; id quidẽ uel ſemp,uel plerunq;,uel utrouis mo-
do,uel raro:ſemper,ut uulnerato corde mortẽ ſequi:plerũq;, ut ſcammonia uentrem purgari:

vtrouis modo, vt percuſſa ſuperiori cerebri mebrana interire hoīem: raro, vt vulnerata cerebri E ſubſtantia ſalutē cōparari. Atq; ita ex obſeruatione, & memoria cōſtituta arte, neceſſarium eſt propriū à cōi diſtinguere: quam nimis ambitioſe quidam Empiricorū diſtinctionē, quidam determinationē appellādam eſſe cōtēdunt: ego.n. ſiue hoc, ſiue illo modo dixeris, parum intereſſe arbitror, dummodo per euidētes notiones propriū à cōi ſeparetur: quidā tñ ita rē pręſcribunt, vt diſtinctionis uocabulū ad noīum dfias, determinationē aūt ad res ipſas magis cōuenire opinenť: ſed noīa, vt recte Plato cōſulebat, ſpernenda ſunt, rōnū uero ſoliditas inquirēda. Propriū igitur à cōmuni ita diſtinguetur. In affectuū quidem dignotione, vt ſi cū febri acuta difficultas anhelitus, tuſſis, & coloratum ſputum apparet, & percunctetur à nobis aliquis, cuius nā morbi ſit iſte cōcurſus, rñdebimus pleuritidis quidē, & peripneumoniæ cōem eſſe, neutrius tñ ꝓpriū. Quòd ſi addatur dolor lateris pūgitiuus, pulſusq; aſperitas cū tēſione, būc morbū planè pleuritidē eſſe affirmabimus: at, ſi nō dolēte latere, nec pulſu duro exiſtēte, impotētia ſpirandi adſit, niſi ceruix erigatur, ſitq; oīno tāta anhelādi anguſtia, vt prope ſuffocationem accedat, talis cōcurſus peripneumonia uocabitur: ita ergo in affectuū dignotione cōe à proprio diſtinguetť. In prænotione uero hoc modo: Sint nares acutæ, caui oculi, collapſa tpa, atq; interroget aliquis, quidnā cōcurſus portēdat? dicemus in proceſſu quidē ægritudinis mediocre malū portendere, F in principio uero letū minari. Atq; iſta qdē à tpe ęgritudinū prima diſtinctio eſt: ab ijs aūt, quę præceſſere cōſideratť, an æger ventris fluxu laborauerit, vel medicamento purgatus fuerit, ſiue vigiliis, fame, aut alio euacuationis genere attritus. In ſignis uero ad curationē attinētibus cōe à proprio ſeparatur. Si quæratur, an pleuritico uena ſecanda ſit? reſpōdetur.n. nō cuicunq; ſecādā eſſe, ſed illi, cui plethoricus cōcurſus acciderit, uel qui ſine hoc concurſu robuſtus ſit adoleſcens, atq; ne hos quidē oēs: neq;.n. ſi pleuriticus cōcurſus in ſene, aut infante fuerit, vena ſecāda eſt, aut in Scythia degat æger inſtāte hyeme frigidiſſima, vel ſub ardētiſſimo cęlo in ſummo æſtatis feruore, aut certe ſyncopam pati aſſueuerit: nam nemini iſtorum uenam ſecandā ducimus: non hæc tamē ſufficiunt: ſunt.n. aliæ quoq; determinationes, ut ꝗ, ſi ad clauim dolor incubuerit, potius venam ſecamus: ſi ad hypochondriū declinauerit, uentrem purgandū eligimus.

de ratione vic. in morb. acut. com. 2. tex. 10. & 13. cl. 7. 117. c. & h

Quid differant Empiricorum, & Dogmaticorum rationes. CAP. 7.

TAlis igitur rei determinatio eſt, quam deſcribentes, dicunt eſſe orationē propria à cōibus diſtinguentē. Quidam tñ, ut prædiximus, nō determinationē, ſed diſtinctionem appellare maluerūt: nos aūt ſiue determinatio, ſiue diſtinctio uocetur, nihil intereſſe dicemus, dūmodo cōcurſuum dogmaticorū, & empiricorū differentia ſeruetur. Empirici.n. euidētibus, dogmati- G ci uero ratione magis nituntur. Pari modo dogmatica rō hoc ab empirica differt, ꝙ hæc euidētium rerum, illa occultarum eſt: quæ, ut nomine quoq; diſtinguerentur, rationem quidem empiricā epilogiſmum, dogmaticam uero analogiſmum uocitauere. Quin & breuiſſimas rerū declarationes, non diffinitiones, ſed deſcriptiones empirici appellauerunt: cum tamen nihil prohiberet rei rationē, quæ ex euidentibus cōſiſtit, ita diffinitionem uocari, ſicut & dogmatici uocant eam, quæ ex occultis colligitur. Atq; hæc quidem eſt inter utroſq; de nominibus diſcrepātia, quam & modeſte, & arroganter tractari licet: arrogantia tamen plerunq; utuntur empirici.

Quibus Empirici, quibus Dogmatici fidem habent. CAP. 8.

IN rebus aūt dogmatici, & empirici diffęrūt, quēadmodū in principio quoq; declarauimus, ꝙ empirici ijs tm̄ credāt, quæ uel ſenſui pateāt, uel memoriæ ꝑ ſenſum mādata ſint. Dogmatici uero ꝑter hæc, illis quoq;, quæ ex naturali rerum cōſecutione per rationē acquiri ſolent.

De Empiricorum demonſtratione. CAP. 9.

SEd & empiricus, præter deſcriptiones, & determinationes, quæ à ſenſibus ſumūtur, cauſas etiā reddit, & demōſtrationibus nititur, quas à ſenſibus mutuauit. Si.n. exempli gratia, interrogetur, quare crus cū uulnere luxatum non reparatur? Qm̄, inquit, conuulſionē inde ſequi H obſeruatum eſt: hoc.n. maxime cauent, ne quid unquā ex rationali cōſecutione, ſed ex memoria, & euidenti obſeruatione ſemper affirment. Atq; hoc pacto Empiricus artem ſuam tum cōficit, tum docet. In quo maxime à dogmatico differt, tum quia plurima indeterminate agit, tū qa plus æquo cōfidit hiſtoriæ. Quā ego non uitupero: cum.n. unius hominis uita ad omniū inuentionem ſufficere nequeat, longi tpis obſeruationes hiſtoria colligit, ut eius beneficio tanq̄ ex multis tot ſeculorū hominibus unus efficiatur erudititiſſimus. Si igiť ita ſingula quæq; memoriæ mādata forent, ut cū ſuis diſtinctionibus clare ab Empirico percipi poſſent, nihil ultra quærendū eſſet, quod ad ueritatē artis referret. Sed, qm̄, qui ſcripſerūt partim confuſo experimento nimis propenſe crediderūt, partim ēt non perſpexere, quę docuerūt, partim dū in rationales demōſtrationes incidere uererentur, rudes & procul à ueritate aberrantes deprehenſi ſunt, iō cogimur non ita facile cuilibet hiſtoriæ fidē adhibere, niſi prius experimento probetur, poſtea ad uſum accommodetť: quod quidē dogmaticis nō cōtingit, quos Menodotus per cōtemptum Tribonicos uocat. Antiqui enim Tribonem appellauere, qui in aliqua facultate longo ſe uſu exercuerit, ut in ea iam perfectus uideri poſſit. Menodotus igitur deridens, Tribonicos appellat Dogmaticos, quaſi qui Tribones appellari non mereantur, cum experientiæ non credant,

ſed rebus

A ſed rebus occultis,ignotisq́; ſtudeant,& hiſtoriam contemnant,quam ne legerint quidem. Quũ
uero & hic de hiſtoria longæ ambages perferuntur,nos de illa quoq; ſummatim tractabimus.

De iudicanda,& comprobanda hiſtoria. CAP. 10.

HIſtoriam igitur quidam eſſe uoluerunt enunciationem eorum,quę uiſu percepta ſunt:alij
enunciationem eorum,quæ euidenter appareãt: alij enunciationem propriæ intuitionis:
cæterum oẽs iſtæ orõnes uerbo tenus inter ſe diſcrepant, re prorſus nihil differentes,quas dia-
lectici æquipollentes appellant,ubi ſub diuerſis dictionib⁹ idem uidelicet proferť.Illas uero o-
rationes ab his differre dicemus,in q̇bus aliquid adiicitur,quod ſenſum immutet,qualis exempli
gratia hmõi eſt:Hiſtoria eſt oro eorum,q̃ uiſu perſpecta ſunt,aut ſicut perſpecta. Ex additione
efficitur,ut quædam hiſtoria poſſit eſſe falſa,cum ex nulla priorum deſcriptionum quicquã tale
ſequatur:atq; ex eadem additione illud quoq; continget,ut hiſtoriæ duplex iudicium futurum
ſit,alterum,quo perpenditur, an quædam uere appellanda ſit hiſtoria : alterum (ſi uere ita eſſe
conceſſerimus) an etiam uera debeat appellari.Hoc tñ nomen accipiat unuſquiſq;, quemadmo
dum ſibi libuerit:nos potius doceamus,quo mõ hiſtoria ſit iudicanda, ut poſtea recte ad uſum
deduci poſſit:quod idem eſt,ac ſi dixerimus,quo mõ ueritatem & falſitatem eorum,quę ſcripta
B ſunt,diſtinguere oporteat,& quo modo diſcernendum,fierine an non fieri potuerint:eſt.n.hæc
quoq; non inutilis dr̃ia,ſicut Menodotus aſſerit. Huic igitur rei toto animo aduertas obſecro,
ſinens,quicquid libris mandatum eſt,hiſtoriam appellari:id.n.ab omnibus ferè medicis uſurpa
tur.Primum ueræ hiſtoriæ iudicatorium ſcd̃m pleroſq; Empiricos,eſt propria intuitio iudican-
tis:nam,cum in aliquo libro ſcriptum quidpiam inuenerimus, quod nos aliàs ita eſſe proprio
intuitu perſpeximus,ueram eſſe fatemur hiſtoriam.Hoc tñ iudicatorium diſciplinæ inutile eſt:
neq;.n.ea nos ex libro diſcere oportet,quæ antea ꝓprio intuitu cognouerimus.Sed concordan
tia optimum eſt hiſtoriæ iudicatorium : finge.n.à me macerem nunq̃ expertum eſſe, qui quidẽ
arboris cortex eſt ab Arabia delatus:hunc oẽs,quicunq; de medica materia ſcripſerunt, aluum
conſtipare affirmãt:nunq̇d illis credendum erit,uel non credendum? ego quidem credendum
aſſero,cum oẽs ita eſſe conueniant:talis.n.conuenientia in ſenſibilibus oĩno admittenda eſt,nã
conuenientiæ,quæ de occultis ſunt,raro tantam hñt certitudinem,ut de illis idem omnes pror
ſus conſentiant.Quod ſi etiam conceſſerimus id non nunquã fieri poſſe, talem tñ conuenientiã
non admittet Empiricus. Concordiæ igitur de rebus ſenſibilibus certæ,& fideles in uita ſunt.
Nos.n.licet nunquam in Cretam,Siciliam,aut Sardiniam nauigauerimus,eas tñ eſſe inſulas cre
C dimus,qm̃ omnes,qui eas proprio intuitu conſpexere,ita eſſe inter ſe conueniunt. Ergo,cum
pro comperto habeamus de ijs,quæ ſenſu deprehendi poſſunt,ubi uera ſint,conuenire oẽs,qui
cunq; res hiſtoriæ cõmendarunt,ꝓpterea credimus à macere uentrem ſiſti. Eodem pacto licet
nos rha pontici uires proprio intuitu nunquam experti ſimus,hiſtoriæ tñ de eo traditæ, ꝙ eie-
ctionibus ſanguinis conferat,fidem adhibemus.Eſt alia quoq; ꝓpoſitio huic ualde cognata, nõ
quidem epilogiſtica,ſed analogiſtica potius,& dogmatica,an credendum ſcribentium concor-
diæ ſit,ubi oẽs conueniunt, non ꝙ ipſi proprio intuitu rem conſpexerint, ſed ꝙ ſingulis eorum
probabilis admodum uiſa fuerit.Sunt.n.aliqui non dogmatici tm̃,ſed empirici quoque, qui cre
dendum eſſe affirmauerint:nam ſine ulla ambiguitate concordia manifeſtum ſignum eſt uerita
tis:cæterum id à ſequacibus epilogiſmi,qui eſt ratio eorum,quæ ſenſui patent, nõ ita facile ad-
mittitur.Conuenientiam.n.hiſtoriæ de his tñ eſſe uolunt,quæ euidenter apparent.Ergo Empi
ricum ueræ hiſtoriæ iudicatorium eſt conuenientia inter eos,qui ſingula quęq; proprio intuitu
obſeruauere.At concordia,quæ à rei natura producitur,dogmatica eſt. Sed p̃ter hæc habeť aliud
quoq; ueræ hiſtoriæ iudicatoriũ:mores,inquã,& eruditio auctoris,quæ ab alijs eius monumen
tis colligi poteſt.Nam,ſi,exempli gratia,Hippocratem,Andreamq́; recenſeas, illum peritiſſimũ
D ſtudioſiſſimumq́; ueritatis inuenies, hunc rudem,temerarium,prorſusq́; ab Hippocratis graui-
tate alienum. Deniq; alio quoq; inſtrumento hiſtoria iudicatur, ubi, quæ traduntur,his fuerint
ſimilia,quæ prius proprio intuitu cognouerimus : nanq;,ubi,exempli gratia, ſciuerimus mace-
rem,& rha ponticum adſtringendi uires habere,ſi alia ſimili modo tradantur,adſtringentia,faci
le credemus uentrem compeſcere, & ſanguinis fluxum ſiſtere.

Quot modis rei ſimilis ad ſimilem tranſitus fiat. CAP. 11.

MEnodotus tñ negauit tranſitum de re ſimili ad ſimilem eſſe hiſtorię iudicatorium, ſed eius
quod fieri poteſt, ſi uero ſecum τριβὴν, id eſt uſum,& exercitationem aſſumpſerit,tum de-
mum hiſtoriam quoq; iudicare. Sed de his paulo inferius agetur.Tranſitus igitur de re ſimili ad
ſimilem ſi in ſe ipſo conſideretur,eſt iter ad experimentum. Iudicatorium uero poſſibilitatis ad
hiſtoriam attinentis,ſicut & hiſtoria,duplex eſt.Porrò rationalis tranſitus ab empirico differt,ꝙ
rationalis ab indicantis rei natura innoteſcat:Empiricus uero ea potius imitatur,quæ ſenſu prę
cognita fuerint,non quidem quòd probabile uideatur ſimile à ſimili generari,aut agere, aut pa-
ti: neq; enim cuiuſpiam iſtorum gratia tranſitum faciunt,ſed ꝙ experimento cognouerint ita ſe
inuicem habere,quæ ſunt ſimilia.De ſimili autem ad ſimile tranſitur,uel in membris,ut de lacer
to ad femur,de ulna ad tibiam,de manu ad pedem: uel in morbis,ut de fluore alui ad inteſtino-

rum difficultatem:uel in remedijs,ut de citonio ad meſpilum:q̃ oĩa prius experimento firman- E
da ſunt,q̃ doctrinæ certitudinem faciant. Eſt quoq; empiricæ artis quandoq; nõ incongruè de
oppoſito trãſire ad oppoſitum,ubi,ſ.ſimilia uniuerſa in uanum tentata fuerint: quod quidem a
dogmatico oĩno alienum eſt.Tranſitus ergo de ſimili ad ſimile,ſiue trahatur , ſiue non trahatur
ab hiſtoria,τριβακὴν,id eſt exercitatam experientiam perficit,neq; propterea pollicet̃, quod ex-
quiſitiſſime uerum eſt,ſed,quatenus fieri pōt,inuenire profitetur, quod probatorum hominum
hiſtoriæ maxime congruat:cui quidem ẽt ante experientiam credimus,non tñ tranſitioni de ſi
mili ad ſimile,niſi prius experimento,& uſu cõperta fuerit:non parum aũt intereſt , quo modo
magis,aut minus aliquid futurum ſperemus,ſingula.n.ex ipſa ſimilitudine perpẽdimus,quæ in
rebus longe diuerſa obſeruatur.Nam,quod figura,colore,mollitie,duritie ſimile eſt,nõ propte-
rea ſimiles exercet actiones:at,quæ odore,guſtuve aſſimilantur, in his iam non nihil habemus,
à quo ſimiles functiones non deſperemus,p̃ſertim ubi ſimul odor,& guſtus conuenerint. Quòd
ſi poſtea ſubſtantia quoq;,figura, & color acceſſerit,ſpes proſperi euentus adhuc magis augebi
tur.Porrò,quæ guſtu ſimilia iudicamus,non ſtatim ab uno tñ ſapore ſimilitudo æſtimanda eſt,
ſicut ab acore,adſtrictione,amaritudine,dulcedine,auſteritate, acerbitate, ſalſedine,ſed omnẽ
ſingulorum uim exacte ſpectare oportet.Aloe.n.& æris ſquama utraque adſtringit quidem,ſed F
abſonum medicamentoſumq́; reddit ſaporem,ideo neutra malo citonio ſimilis, propterea,ne-
que edendo eſt.Non eſt igitur à malo citonio,uel meſpilo ad illa trãſeundum, neq; in urinæ,in-
teſtinorumq́; difficultatibus talia exhibere oportet: vbi uero ulcus ad cicatricem ducẽdum ſit,
tunc ad omnia,quæ adſtringendi uim hñt,etiam ſi uiroſa fuerint,tuto tranſire poſſumus.Expe-
rimento.n.compertum eſt, multa huiuſcemodi uniendis ulceribus recte accommodari.In diffi
cultatibus autem inteſtinorum melius ab edulijs ad edulia tranſimus:deinde,ſi ad ea,quę eden
dō non ſunt,tranſituri ſimus,eligere oportet,q̃ cum adſtrictione nullam aliam ualidiorem qua
litatem annexam habeant,p̃ſertim amaritudinem,uel acorem. Huiuſmodi.n.qualitates omnia
ulcera irritare obſeruata ſunt,etiam ſi cum adſtringendi facultate iungantur.At,qm̃ adſtrictio-
nis ueluti dĩæ quædam ſunt auſteritas,& acerbitas (adſtrictior enim qualitas in acerbis inten-
ditur,ſicut in auſteris remittitur,)ideo,ſi de hac qualitate ad illam tranſitum facies,maiorẽ in-
de futuri euentus ſpem recte concipies:nam,ſi idem exquiſite fuerit affectus, in quo obſeruatũ
ſit citonium,uel aliquid ita adſtringentium profuiſſe,ad id,quod moderate adſtringit, quale au
ſterum eſt,tuto tranſitur.Si uero acerba fœlicius expertus fueris, rectius ad acerba permutabe-
ris.Patet igĩ,quo modo euentus rei, quæ fieri poteſt,in ſimilium tranſitu ſpes æqualis non ſit, G
ſed ea regula ſpes menſuranda eſt,qua ſimilitudo maior,uel minor cognoſcit̃.Quod uero a pro
batiſſimo uiro ad alui fluorem,exempli gratia,laudabitur,id eis perquã ſimile uideri poterit , q̃
experimento deprehenſa ſunt,ut & ante exercitatam experientiam aliquis illi ſortaſſe tuto cõ-
fidat.At,quod neq; hiſtoria,neq; ſimilitudo probauerit,illi merito diffidẽdum eſt. Quod autem
de medicamentis diximus,idem omnino & de affectibus,& de membris iudicare oportebit. In
tranſitu.n.de affectu ad affectum,uel de membro ad membrum,eodem modo ſpes augẽda, uel
minuenda eſt,prout ſimilitudo alterius ad alterum maior,uel minor erit.

Quibus hiſtorijs maior fides adhibenda, ac de quinque hiſtorijs , quibus uiperas Elephantiaſi oppreſſis ſuccurrere creditum eſt. CAP. 12.

QVantum uero ad hiſtoriæ iudicium attinet,maioris & minoris ratio tãti refert, ut huic qui
dem planè iam fides adhibenda ſit,illud uix tãquam probabile admittendum. Quod enim
à quãplurimis probatiſſimis uiris conſone proditum fuerit,poſtea non raro a nobis ita eſſe,cõ-
pertum,ac p̃terea uериſimile ſit,neq; diſcrepans ab iis,quæ experimento cognouerimus, id pro
fecto eſt,cui proculdubio credere non minus,ac experimento,debeamus. At illud minus fore
ſperabimus,quod probatiſſimi quidem uiri quamplurimi affirmauerunt,numquam tñ à nobis H
uiſum,neq; adeo uериſimile fuerit.Multo uero adhuc minus illi credendum , qđ pauci admodũ
aſſeruerint,quodq́; uix ſemel,aut iterum uiſum fuerit. Sanè illud cõmodiſſimum exemplũ eſt,
qđ nunc mihi dicendum ſuccurrit.Erat apud nos in Aſia in pago quodam elephantiaſi uir labo
rans,qui primo quidem reliquis conuiuebat,ac cum familiaribus uerſabat̃: vbi uero nõnulli ex
conſuetudine contagio maculari cœperunt,ipſeq́; iam fœtore , & horribili ſpecie deteſtandus
eſſet,in edito loco prope pagum iuxta aquæ riuulum Pagani tabernaculum ægro habitandum
ſtruxere,cui deinceps diarium alimentum ſubminiſtrarent. Proxima æſtate circa Canis ortum,
colonis uicinam metentibus ſegetem miniſter odorati uini lagenã,quã attulerat, ꝓpe agri mar
ginem dimittens abijt.Coloni labore functi cũ ad pocula acceſſiſſent,ac quidam eorum adole-
ſcens uinum in craterem funderet , ecce exanimata uipera ſimul collapſa bibituros non minus
abominatione,q̃ metu conſternauit : ac ipſi quidem aquam potantes,uinum ægrotanti attule-
runt,humane ſe acturos exiſtimantes,ſi tantã uiri calamitatem morte redimerent,quam ex eo
ueneni hauſtu planè futuram arbitrabant̃:at ille nouo quodã,prorſusq́; admirando euentu, ab
hoc ipſo potu ſanatus eſt:excidit.n.tota cutis dura,& ueluti lapidoſa,non ſecus,ac ſi cãcris,lo-
cuſtisve,aut cæteris huiuſmodi cruſtaceis animalibus teſtam,qua conteguntur,abſcideris.Nec
diſſimile

A diſſimile in Myſia Aſiæ non procul à noſtro municipio contigit. Vir erat prædiues elephantia-
cus, hic ancillam ſuam formoſam deperibat: contra, illa fœdum hoĩem odio habebat, alijsq; a-
mantibus clandeſtine miſcebatur: cuius doli conſcijs duabus ancillis contubernalibus utebaẽ,
altera penui p̃erat, altera cællæ uinariæ. Acceſſerat æger, inde ſibi ꝓmiſſa ſalutis ſpe, ad quoſ-
dam calidarum aquarum fontes, ubi multa uiperarum uis ob ſquallorem ariditatemq; loci ſca-
tebat. In uini igitur lagenam parum diligenter ſeruatam uipera irrepſit, quam cum ſuffocatã de
prehendiſſet ancilla, rata fore, ut odioſus dominus eo ueneno facile interiret, cœnanti alacriter
obtulit, eueneręq; omnino eadem, quæ paulo ſupra de pagano retulimus. Atq; hæc quidẽ duo
ſunt experientiæ monumenta, quæ caſus attulit: nunc uero tertium adiungam, quod imitatio
effecit. Philoſopho cuidam multos antea annos, hac ipſa ægritudine efflictim laboranti, ut iam
illi mors uitæ præferenda uideretur, geminos hoſce euentus cum forte recitauiſſem, idem ipſe
etiam experiri cogitauit, ad quod obeundum augurio quoq; confirmatus (erat. n. augurandi pe-
ritus) protinus uinum ita medicatum, quod parari iuſſerat, intrepide hauſit: nec multo inde po
ſtea ex elephantiaſi ad lepram deuenit. Quartus etiam præter hos oẽs uiperarum uenator, dum
primis adhuc huius morbi incommodis teneretur, me pro ſalute cõſuluit, quem ego admonui,
B uiperas, quas uenaretur, fruſtatim inciſas, & anguillarum more decoctas eſitaret: atq; ita per ha
litum ægritudo diſcuſſa eſt. Alium præterea diuitem uirum non noſtratem, ſed è media Thra-
cia Pergamum, ſomnio ita iubente, profectum Aeſculapius admonuit, ut medicamentum è ui-
peris quotidie potaret, atq; exterius corpus illineret: ac multo poſtea trãſiuit in leprã, deinde
hac medicina, qua Deus docuerat, exquiſite ſanatus eſt. Tot igitur experimentis commoti, tan
dẽ Dei quoq; admonitu confirmati, certã ſpem concepimus ſanandi elephantiaſin medicina ui-
peris cõfecta, quam theriacam appellant, nec minus ſale theriaco, quod iam vulgo confici cœ-
pit uiuis uiperis cum quibuſdam alijs medicamentis in fictili nouo combuſtis: Sed & uiperas
edendas præcipimus, capitibus, caudisq; earum primo abſciſſis, deinde in paſtillos confectas.
non tamen cõfeſtim ad hæc remedia proficiſcimur, ſed prius corpus exquiſite purgamus: nec
raro uenam ſecamus, ſi robur & ætas tulerint: uere autem id potiſſime fieri ad pleroſq; diutur-
nos affectus commune eſt. Tot igitur à nobis enarrata ſunt, tu oſtenderemus multa caſu inue-
niri, & imitatione confirmari: obtulit enim fortuna, ut non incommoda tantum, ſed commoda
quoque ex quibus ars confici poſſet, conſpicaremur.

Quis deberet eſſe verus Empiricus, ac quid differant Serapion, Menodotus, Heraclides
C *& Theutas Empirici.* *CAP.* 13.

NEc longiori ſermone opus habemus ad empiricæ diſciplinæ formulam exprimẽdam, licet
longe plura addiderint ij, q̃ huiuſce ſectæ principatũ uſurpauere, atq; ita ſe habere mani-
feſtiſſime declarabo. Proponatur, ut paſſim proponi ſolet, quis nã medicinæ ſit finis, aio empiri-
cum, qui propriæ diſciplinæ modum exquiſite ſeruauerit, ita reſponſurum: intelligo, quæcunq;
præter naturam corpori humano acciderint, uelle curare, quodq; intelligo, nõ uerbis, ſed actio
nibus cõprobare: an uero, quod acquirere ſtudeo, integritas uel ſanitas appellari debeat, uel ac
quiſitio ſanitas, uel integritas, uel ſanari, uel integritatem adipiſci, ſiue quod ſcđm naturam eſt
regere & cuſtodire, nihil apud me refert, dummodo, quod pelliceor, opere ipſo confirmem: cæ-
tera ſophiſtis facile permitto: neq;. n. mihi in muneribus artis occupatiſſimo tm̃ ocij ſupereſt,
ut nugis ſuperuacuis, fabulisq; differendis bonas horas amittam. Talem ego reſpõſionem à ue
ro empirico fore ſperauerim: nam, ſi de fine medicinæ diſſenſiones conciliare tentauerit, diale-
cticis ſpeculationibus impingetur, quas euitari oportere affirmat: id autẽ in eo libello diffuſius
explicauimus, qui de fine medicinæ inſcribiẽ. Sed nec idem cauſas ullas indagabit, qđ Serapio
& Menodotus fecere: artem. n. ſuam non rationibus, ſed operibus comprobabit, omninoq; dia-
lecticam euitabit, ſine qua neq; cauſæ concluſionẽ, neq; ſyllogiſtice oĩones intelligi pñt: immo
D & ſcire diſſimulabit, an aliquæ ſint diſſenſiones: ſpernet etiã rõnes diluere, quæ euidentia impu
gnare vñr, haud ignarus ſophiſticas apparentias ab ipſis quoq; dialecticis, non tam facile ſolui:
præterea ſermonis multitudinẽ longitudinemq; aſpernabitur, ſed pauca & raro loquetur, quẽ-
admodum Pyrrhon Scepticus facere ſolebat: hic. n. deſperata ueritatis inuentione, quã diu fru-
ſtra quæſierat, in ſingulis hæſitabat, nec amplius agendorum rationem quærebat, ſed euidentia
ſectabatur, ut, qualis in omnibus uitæ muneribus ſcepticus, talis in medicina empiricus ſit, mi-
nime ſuperbus, aut ambitioſus, neq; gloriæ inhians, non compoſite ambulans, neq; fucatis geſti
bus, ſed interius exteriusq; totus integer, qualem Timon ait fuiſſe Pyrrhonem. Non minus au-
tem hunc admirabuntur hoĩes, q̃ Hippocratem, ſi operibus magnũ ſe in arte præſtabit, melius,
quàm reliqui faciant, luxata emendans, & quæ luxationi parata ſunt, in ualidiorem ſtatum per
mutans, vulnera & fracturas & hulcera, & q̃ alij curare non poterant, ipſe facile ſanans, nec mi-
nus, quæ ægro euentura ſunt, ante euentum præfatus, & quæ iam euenerint, adſuntve, ita eue-
niſſe uel adeſſe ſine præcunctatione, aut relatione coram aſtantibus explicet. His. n. officijs Hip
pocrates omnium poſteriorum iudicio Aeſculapij gloriam adeptus eſt, non quidem triplicis
ſermonis ambages explicans, ſicut Serapion, neq; tripodem iactans, ueluti Glaucias, aut decem

mille uerſuum libros aſtruens,qui deinde in alios libros diſſecarẽtur: non ille canina iracundia E
medicos improbe inceſſit,modo δριμυλέοντας,quaſi leones acres, modo δριμυμώρους, quaſi acres
fatuos appellando,tum medicos,tum philoſophos omnes,qui ratione niterentur, quod impu-
dentiſſime fecit Menodotus. Verum,ꝙ in empirica diſciplina Menodotus reprehenſione nõ ca
ruerit,quodq; In his,quæ aduerſus dogmaticos oblatrauit,furioſæ temeritatis ſit accuſandus,li
cet tibi ex commentario intelligere,quod contra eius deliramenta in Seuerum conſcripſi : nec
minus eiuſdem furor apparet,ubi Aſclepiadi contradicit, aſſerens ſe exquiſitiſſime ſcire omnia
Aſclepiadis documenta eſſe falſa,quamuis in eiſdem ſuis commentarijs ſexcenties affirmauerit
ſe obſcura minime reprehenſurum,veluti,quę tam uera,quàm falſa eſſe poſſint:putat ſe tamen
Aſclepiadem prorſus confeciſſe,neceſſitatemq; ſuis aſſertionibus inculcar,ubi plurima ſunt cõ
tingentia.At Pyrron,quem ipſe probat,non erat huiuſmodi,ſed humanus admodum, pacatiſſi
moq; animo ſibi conſtans,nihil interim loquens,niſi ubi occaſio poſtularet : quod olim mode-
ſtum quendam empiticum feciſſe noui,qui operibus, & non uano uerborum ambitu gloriã ſi-
bi cõparabat. Erat hic quandoq; pollicitus ſe magnam quandam ægritudinem , tum chirurgia,
tum medicamentis curaturum:cumq; iam ad ſecãdum pararetur,interuenit alius fureus medi-
cus,qui multa rationum mole oſtendere nitebatur hoĩem ſecari non oportere:tum ille ſe unico F
uerbo à ſophiſtæ moleſtiis explicaturus, Ego interim,inquit, recedo, dum uos deliberatis, utri
magis credere oporteat,mihine,quem dudũ in artis operibus experiendo cognouiſtis,an huic,
q uos nuper tot uerbis aggreſſus eſt:erit.n.uobis libera optio eligendi,q magis placuerit: ac cũ
dicto ſeceſſit,nec multo poſtea ſophiſta ſubſecutus eſt:illius.n.neglectis deliramentis,neceſſarij
priorem reuocauerunt,q operibus artem oſtẽdebat.Nedum.n.ſophiſta ille,ſed nec Demoſthe-
nes quidem omnium facundiſſimus perſuadere poſſet unquam hominibus, ut corporis ſui cu-
ram non illis potius committerent , quorum peritiam ex operibus cognouiſſent . Attamen ad-
uerſus maximum huius artis exornatorem Hippocratem temerarius Serapion tanquam nouus
Aeſculapius oblatrare auſus eſt tãta impudentia,ut ſuos commentarios paſſim uideas propriis
laudibus refertiſſimos:antiquos autem uiros probatiſſimos,quorum monumenta totam artem
illuſtrauere,præterit omnes, nec dignos putat , qui uel minima quidem laude exornandi ſint.
Ego uero tantum abſum,ut credam contradictiones,& rationes iſtas,quibus ambiguitates ſol-
uuntur,empiricę ſectæ conuenire,ut arbitrer ſumma reprehenſione dignos eſſe,qui talia conſe
ctati ſunt:neque enim,ſi ſibi in ea ſecta conſtare uoluerint,ad artium conſtitutionem putabunt
aliud eſſe neceſſarium,quàm ſenſum rerum euidentium,& memoriam: nihilo minus recte ad- G
mittunt uim quandam in nobis eſſe,qua eorum,quæ apprehendimus, conſonantiam , & repu-
gnantiam diſcernamus.Sed non propterea Heraclides Tarentinus recte putauit hanc prius ex-
ercendam,atque arte acuendam:ſufficiunt enim primordia illa,& ueluti lumina, quibus huma
num ingenium à primo ſtatim ortu natura illuſtrauit. Videtur enim Heraclides in ea dudum
exercitatus,in operibus tamen artis Hippocrate fuiſſe longe deterior : ſicut etiam Menodotus
fuit:qui præter ſenſum,& memoriam aliud tertium introducit,quod epilogiſmum uocauit:atq;
interdum omiſſo ſenſu memoriam tantum poſuit,& epilogiſmum: quemadmodum ego in exa
minatione eorum,quæ contra Seuerum ſcripſit,diffuſius explicaui.Quæ uero profitetur ipſe ar
gumenta ad alios redarguendos empiticos non inepti tantum hominis ſunt,ſed etiam rudis:ne
que enim empiricis attinet ſophiſmata ſoluere,ſed Ariſtoteli,& Chryſippo, reliquiſque, qui in
diſſerendi arte uerſati fuerint.Ar,ꝙ principio illi nobis inſito conſonantiam rerum,& diſcrepã-
tiam,iudicandi experientiam conuenire oporteat,Theutas ita minutim oſtendit, ut in quibuſ-
dam ſit etiam ſuperuacuus:quemadmodum ego in commentarijs ſuper eius introductorio ex-
quiſite declaraui.Hic igitur à me libellus, nunc propterea ſcriptus eſt , ut oſtenderem poſſe ali-
quem empirice medendi artem conſtituere,dimiſſa omnino inquiſitione de rei ſubſtãtia:Aſcle H
piadi uero,qui falſo probare nititur Empiricam ſectam nullo ſtatu firmari poſſe , aliàs longa o-
ratione occurri. Quantum autem unicuique arti conſtituendæ conferat,ſi experientia rationi
adiungatur,oſtenſum eſt à me in libris therapeuticæ methodi: in libro etiam , quem de ratione
communi inſcripſi,declaraui unam eſſe rationem,quæ uniuerſis hominibus inſita ſit:ubi oſten
di omnia quæ cognoſcimus,uel ſenſu deprehenſa eſſe,uel ratione quadam,quæ nobis ingenita
eſt,iudicandi conuenientiam rerum,& repugnantiam,talemq; eſſe conuenientiæ notionem,ut
quædam ſit neceſſaria,quam omnes euidentiſſime intelligunt,qui natura ingenioſi ſint, & pru-
dentes:quædam contingens tantum,& nulli neceſſitati obnoxia: errareque hoc loco plurimos
homines,qui diſtinguere neſciant contingens è neceſſario , unde etiam dogmaticorum diſcre-
pantia emerſit.Hunc errorem ſi nos legitime cauerimus,plura quidem erunt,quę ignorabimus
propter immenſam difficultatem:in multis tamen,quæ modeſte profitebimur, ita ſimul conue
niemus,ſicut geometræ,& arithmetici faciunt. Neque enim ob alium, quàm hunc ipſum erro-
rem etiam Empirici medici maxime inter ſe diſcrepant,ut in commentarijs oſtendi, quæ de il-
lorum edidi diſcrepantia .



FRAGMENTVM QVODDAM EXIGVVM AC MENDOSVM

GALENO ASCRIPTVM GRAECE ADHVC NON

impreſſum, ex eis fortaſſe libris ſuperſtans, quos ipſe ad Empiricos ſpectantes conſcripſerat: cuius titulus eſt,

SERMO ADVERSVS EMPIRICOS MEDICOS.

Auguſtino Gadaldino Mutinenſi medicó interprete.

* ſeptimum adhuc inſpicere deſideras, & octauum, ac omnino quamplura deinceps. Quid igitur adhuc calumniaberis, & inconſiſtentem eſſe experientiam affirmabis, & id, quod ſæpiſſime fit, interminatum, ac ſuſpectum pronunciabis? Quibus inſiſtet dicens. Haud inuenire potes, ut nos magis, quàm teipſum deijcias: quin mihi uideris, ut teipſum magis. Nam, cum duo ſint, alter, qui per ſolam obſeruationem aliquid inueniri dicat, quod & ego ſanè uolo, ac uos, inuiti licet, confitemini tamen: alter, qui quomodo, quod equidem, nec poſſibile, nec utile eſſe affe-
C ró, tuum profecto reliquum eſſet munus, id inuenire. Et, quia dubium eſſe id affirmas, ſophiſma te teipſum deiicies: nos uero nequaquam iniuria afficies. Non enim, quomodo unumquodque artificioſum fiat, certamen nobis eſt, ſed, quòd fiat ſolummodo: quod ſanè euidenter conceſſum habemus. Tu uero, qui cauſas curioſe inquiris, debes, & illud, quomodo, docere. Sed contra, quàm deceat, procedere uideris, nec ſecus facere, ac illi, qui, quoniam, quomodo uideant, ignorant, nequaquam uidere fatentur: &, quia etiam, quonam pacto generentur, quæ generantur, & corrumpantur, quæ corrumpuntur, & moueantur, quæ mouentur, ignorant, ideirco nec generationem, nec corruptionem, nec motum relinquunt. At, quòd maxima uniuerſæ rationis uituperatio ſit, aduerſus euidentia pugnare, quis eſt, qui neſciat? Nam, qui incipere non poteſt, ſine euidentia, quo modo is fidelis ſit, cum aduerſus id, à quo principia
“ ſumpſit, ſit audax? Hoc etiam cum uidiſſet Democritus, quando apparentia uituperabat, ubi
“ dixiſſet, Lege color, lege dulce, lege amarum: uera autem (hoc eſt ἐτεῇ) atomus, & uacuum:
“ finxit ſenſus aduerſus cogitationem in hunc modum loqui. Miſera mens, quæ cum à nobis
“ fidem aſſumpſeris, nos deiicis. At, cum nos deiicis, tu ipſa cadis. Cum igitur deceret rationem infidelitate condemnare, nimirum, quæ adeo praua ſit, ut etiam, quæ inter ipſas eſt
D probabiliſſima, cum apparentibus, à quibus incepit, pugnet, uos contrarium agitis: quippe ea damnatis, quæ rationem quidem habent, ut fiant, ſed ut ratio uult, non fiunt. Mihi uero hoc ipſum maxima rationis redargutio eſſe uidetur. Quis enim ſanæ mentis de rebus obſcuris illi credat, quæ adeo praua eſt, ut euidentibus contraria ſtatuat? Multis certe adhuc indigent empirici, ut id, quod uolunt, aſſequantur, etiam ſi hoc ipſis conceſſerimus. Niſi enim, quæ adhuc ſuperſunt abſurda, memoratis paria oſtendero, nullum etiam profecto iſtorum mihi commodum utilitatemve eſſe uolo. Tu igitur, certo ſcio, demiratus es non mehercle noſtram, ſed empiricorum ſatuitatem, ſi, cum in tot rebus tot conceſſa aſſumpſerint, nihil tamen plus habent: ſed alter error haud minor prioribus ipſos excipit, exquiſita nimirum ignorantia, ac excellens quædam impudentia, ac ſtupiditas ipſam ferè pecudum ſtoliditatem ſuperans. Qui, cum neque à quo incipiant, habeant, nec, ſi hoc ipſis detur, ſæpiſſime ſimili modo aliquid uidere poſſint, nec tot etiam myriadas, ipſas nimirum ægrotantium diuerſitates uidere, uel recordari, uel ſcribere poſſint, (nam, quæ bibliotheca tantam hiſtoriam caperet? quæ anima tot rerum memoriam exciperet?) ipſi tamen nec ita ſentiunt, quòd ſe ipſos deludendo hæc concedunt, ſed, tanquam hæc firma, ac certa eſſent, adhuc de ſequentibus contendunt. Ego igitur non ob illos, quippe ſuperuacaneum eſt, cum lapidibus diſſere, ſed ut ſermonem

finiam, euidenter monſtrabo; quòd, quamuis etiam ſæpiſſime ſimili modo aliquid conſpici con E
cedatur, nullum tamen ex hoc theorema artificioſum conſtituent. Et certe nequaquam opine-
ris me Platonis ratione uti, ꝙ ſiquod ſtudium(id eſt ἐπιτήδευσις)naturam materię, circa quã uer
ſatur, cognoſcit, id ſanè ars eſt: ſi non cognoſcit, τριβὴ, id eſt exercitatio quædam eſt, & expe-
rientia: ars autem nequaquam: Ego enim(inquit ipſe)artem haud uoco, rem, quæ ſine ratione
eſt: Hac nanque Platonis ratione non utor, non, quia uera non ſit, inſanirem enim, ſi hæc dice-
rem, ſed, quia empiricorum inuerecundia etiam hoc admittit: nec ſibi ipſis curæ eſſe dicunt, ſi
huius rei gratia ſuum ipſorum ſtudium, non artem, ſed aliud quid appellem. Quænam igitur e-
runt meæ rationes? Primum ergo ab illis ipſis quoque ſumptiones ſunt conceſſæ. Si enim obſer
uatio eorum, quæ ſæpiſſime ſimili modo uiſa fuere, ab ipſis, arbitror, empiria, hoc eſt experien-
tia, appellatur, cõponitur autem ex multis ſingularibus, ipſum autem ſingulare inartificioſum
eſſe dicunt, fuerit ſanè, quod ſæpiſſime fit, ex multis inartificioſis compoſitum. Et ita oratio in-
terrogabitur. Si ſingulare eſt inartificioſum, id uero, quod ſæpiſſime fit, ex multis ſingularibus
eſt compoſitum, igitur id, quod ſæpiſſime fit, eſt inartificioſum: atqui ſingulare eſt inartificio-
ſum: ergo & id, quod ſæpiſſime fit. At forte nec, quod dicimus, ſe ſcire dicent: quippe ſe tum a-
lias diſciplinas, tum dialecticen fugere concedunt. Si placet, hãc à nobis ipſis dictam rationem F
omittamus: aliam uero quãpiam eiuſcemodi eos interrogemus. Nunquid ò Empirici id, quod
ſæpiſſime fit, quoties nam fit, uobis dicere poteſtis? uolumus enim & nos per obſeruationem, ſi-
cuti & uos ipſi, ſcire. Vt igitur ne aberremus, menſura eius, quod decens eſt, non ſeruata, putan
tes uel ante ſufficientem ipſius inſpectionem ad finem uenire, uel ultra, quàm conueniat, exten
di ob menſuræ ignorationem, uobis egemus: nobis menſurã oſtendite, ut & ipſi aliquid ex ob-
ſeruatione diſcamus. O ſtulte, inquit ridens, non eſt in ipſis una omnium menſura, ſed in uno
quoque alia. Tu uero non ſecus interrogaſti, ac ſiquis uellet, ut ſutor, quodnam illud ſit calapo-
dium, quo omnes calceat, doceret. Neque enim pedum una eſt menſura: inæquales nanq; ſunt.
Nec hic etiam ſanè una rerum eſt menſura: differentes enim ſunt. Ego porrò reſponſionem lu-
bens accipio, atque approbo, multoque magis ei acquieſco, quàm ſi unam eſſe omnium menſu
ram promiſiſſet dicere: tunc enim quoque ſuſpicarer, ſi, cum res multum inter ſe differãt, unam
ipſis menſuram inducere pollicitaretur. Nunc autem, ſi in unaquaque re proprium quid, ac pe-
culiare oſtenderit, eum ueritatem ualde aſſecuturum ſperauerim. Quocirca à ſimplicioribus in
cipiens interrogabo. Si uidero aliquem, cui cerebri inuolucrum ſit uulneratum, quoties nam ex
quiſite ſcire potero, utrum ipſe ſemper, aut plerunque, aut raro, aut ambigue moriturus ſit? At G
nullus ipſorum, nec ore reſpondens nobis, nec ſcriptis mandans, menſuram docuit. Num ergo
non habent aliquid in unoquoque terminatum? Quòd igitur iam eorum res peſſum eunt, omni
bus eſt compertum. Sed conſequens deinceps fuerit, quemadmodum à principio cum ipſis
diſputauimus, æquoque animo congreſſi fuimus, adhuc etiam nunc ſingulatim nos conſidera-
re, utrum ab illis ignoretur menſura eius, quod ſæpiſſime fit, ipſa uero in rerum natura ſit: an ne
quaquam conſtitui poſſit, ut aliqua ſit menſura in eo, quod ſæpiſſime fit: an ipſa factura ſit id
nunc artificioſum eſſe, cum prius minime eſſet artificioſum. Ego igitur ſæpe hoc conſideraui,
nec certe ex tempore.

*

GALENI

GALENI DE CONSTITVTIONE ARTIS
MEDICAE AD PATROPHILVM

Victore Trincauelio interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Medicinæ omnes partes conſtituit ex finis præcognitione.

Quæ cauſa componendi huius libri. CAP. 1.

QVoniam mihi quidem, Patrophile, diuino quodã uideris affectu prædi-
ditus, dum oĩa non ſine demonſtratione, & methodo cupis addiſce-
re: decreui tuę huic animi prõptitudini morem gerere, ſermonesq; il
los qui re audiente his de rebus habiti ſunt, quæ non leuem tibi du-
bitationem afferebant, in cõmentarios redigere. Nam cur in hoc nõ
deſcendam certamen: quum te uideam uię ad ueritatem ducentis ali
quod iam eſſe aſſecutum principium: quã tñ præ illius, tum ſublimi-
tate, & longitudine, tum etiã aſperitate ſolus conſequi non poſſis. Si-
quidem quamplurimos quotidie aĩaduerto quantumlibet inuitatos,
non mõ eo ſe cõferre nolle: ſed pigritia porius torpentes ab illa auer
C ti. Te autem cõtra ac illi affectum eſſe uideo: q, quum alij in hunc uſq; diem ferè oẽs ab ea diuer
tentes ad alias uias ſe conuertant, quaſi ueritatem ex ſublimi quadã ſpecula pſpexeris, pulchri
tudinis illius ardenti ſtatim amore captus, nec iter detractes, nec ſoli eam prouinciã tibi cõmit
tere audeas. Atq, ſi in pñtia ueram artis medicæ conſtõnem inuenire affectans, aĩo diſcruciaris:
mox (ut ego qdem arbitror) quum reſplendens ueritatis lumen fueris intuitus, maiori lõge affi
cieris deſiderio, nullã aliam uiam hac, quam tu inueſtigas, pſtantiorem inueniens: te, ſiqdem ad
ueritatem inueniendã, quocunq; te uerteris, diuinitus eſſe affectum inſpicio. Itaq;, quum aures
medicæ artis addiſcendæ cã quãplurimis adhibuiſſe affirmares, nunquam tñ, vñ ſit opus demõ
ſtratione, methodoq; exordiri, ex aliquo accepiſſe, atq; multo ẽt minus quenquam inueniſſe, q
uiam à principio in finem uſq; pducentem mõſtrauerit: ego, id qđ cuperes, oñſurum pollicitus
ſum: ſi mõ tantiſper ſuſtinere uelles, donec hanc rõnem in alijs etiam artibꝰ prius exerceam. Tu
uero nec ab ea inuitatione te alienum oñdebas, nec alioqn tergiuerſari pteferebas, ĩmo tibi gra
tius fore hoc, q̃ alio mõ ad iſtud inſtitutum pgredi affirmabas, ſi tñ me hoc etiam oñſurum pro
fiterer, oĩum inquam eandem eſſe methodum. Quod quum non mõ aſſererem, uerum & conti-
nuo in prima propoſita contemplatione monſtrarem: te p illius ueritate quaſi geſtientem con-
D ſpexi. Et quum multæ pterea aliæ, pſertim uero illæ, q̃ ex effectiuarum numero ſunt (eiuſce. n.
generis eſt & hæc q̃ circa ſanitatem uerſatur) eadem rõne ptractarentur, ſtatim te ad hanc, quã
ab initio aggreſſus fueras, contuliſti. Ac, ubi hic quoq; animaduertiſti eãdem methodum locum
habere: ne hæc, quæ à nobis expoſita fuerant è memoria laberentur, referri in cõmentarium ef
flagitaſti. Ego uero tuo hoc ueritatis ſtudio allectus, duos cõfeci cõmentarios: alterum, in quo
ſe prius exercuiſſe operæpretium fuerit illum, qui artem aliquam aſſequi inſtituerit, id enim ibi
monſtratur, in quo omnes antiqui philoſophi conſentiunt, quamlibet nimirum artem à finis no
tione ſuam habere conſtitutionem, qui ob magnitudinem in duos libros diſtinctus eſt: alterum
uero, quem in præſenti in manibus habemus: vbi oſtendimus methodum eandem, quæ omnes
alias artes, ipſam quoque conſtituiſſe medicinam. Sed nobis iam exordiendum eſt.

Quotuplices ſint artes, quodq, ex finium varietate conſtituantur. CAP. 2.

QVum artium aliæ qdem in ſola naturæ rerum earum contemplatione ſuum hñt finem con
ſtitutum, quas ſibi cõſiderãdas ppoſuere, ſicut arithmetica, aſtrologia, ac ẽt naturalis ſcĩa:
aliæ edant pterea actiones nonnullas, ut tñ nullum deinde habeant opificium oñdere, qđ, poſt
quam agere deſierint, aliquo tpe maneat, ut ſaltatoria, & pconum ars: aliæ uero iſtis è cõtrario
opificium inſup aliquod hñt, quod oſtendant, quemadmodum ædificatoria, & ars fabrilis: non
nullæ nihil ipſæ quidem conficiunt, nauant tñ operam, ſtudentq;, ut aliquid capiant & acqui-

rant,ueluti piſcatoria & q̃ canib⁹ feras īſectāī,& oēs tādē uenatoriæ:& quū tu medicā artē me E thodo cōſtituere īſtitueris:id primū cōſiderandū occurrit,in quonā illa ſit artium ordine, num è cōtemplatiuarū numero,an actiua potius,uel factiua,uel acqſitiua:nec idipſum difficilem aut inqſitionem aut inuentionē habet.Opus qppe eſt reuocare in memoriā,quāobrem huiuſcemodi artem aſſequi concupieris:& illud erat qđ,quum hoc negocium aggrederemur,oīum primū ex te ſciſcitabar:mihiq; rńdiſti, uelle te hoīes, in primis q corpore ſunt p̄ter naturā affecto oēs (ſi tñ fieri poſſit)in naturalem ſtatum reſtituere:ſin minus,ſaltem cognitionem aliq̃ comparare, qua diſcerni poſſint illi,q ſanari poſſint ab iis q ſecus.Vnde dato à te nr̃o huic ſermoni hoc principio,affirmaui ſtatim,his īdicari,eā artem quā cōſtituere affectas,ex effectiuarū eſſe numero: hēt.n.opificiū aliqđ,qđ finita actione poſſis oñdere.Sunt nempe & aliæ p̄terea artes q̃ plurimę effectrices,ut æraria,ſutoria,ars cōſtruēdarum nauium,fabrilis,figulina,pictoria, & tātus artiū factiuarum īter mortales numer⁹,quātus nullius fere alterius gñis inuenīt. Quare iā operæ pretium fuerit,ut eā methodum,quā iſtius modi artibus priori cōmentatio didiciſti:ad illā in pñti transferas quā conſtituere feſtinas:poſito hic quoq; eodem principio,qđ in alijs ſtatutum eſt,finis inquā notione:quæ unde petenda ſit,non erit forſitan ab re in præſenti oratione proſequi.

Quis medicinæ finis,& quo in genere artium ipſa ſit. CAP. 3. F

ITaq; prima,q̃ ī nobis ſuborīt cognitio,tum noſtrū ipſorum eſt,tum aliorum hoīum , dum bñ ualent.Altera ab illa,eorundē quum morbis īpliciti ſunt,vñ mox in nobis bñ ualendi deſiderium aſſurgit,& īſu p artē aliq̃ ſanitatis ꝓcuratricē cōſtituendi . Vt āt bonā ualetudinē efficere ꝓponim⁹:ita ex factiuarū numero ea ars futura eſt,q̃ à nobis eſt cōſtituēda. Deīde uero quum duplices ſint,ut mōſtrauim⁹,factiuę artes:hæc quā īueſtigamus,in eis poti⁹erit,q̃ rē factā corrigunt,q̃ q̃ aliqd qđ pri⁹nō eſſet cōficiāt.Sunt.n.artes nōnullæ q̃ res ipſas cōficiunt,ſicut ſutoria & textoria:alię labefactatas uitiatasve reſarciūt,ut illę,q̃ ueſtes corroſas aut dilaceratos calceos cōſuunt.Nos uero iā oñdimus fabricādarū quoq; ędiū artem eodē ſe hr̃e mō:qppe quū nihilo min⁹ ī illa duo hęc repiantur munia:etēñ & ędes q̃ nunq̃ prius fuerint,erigit:& uitia earū q̃ labefactatæ ſint,reſarcit.Oñdim⁹ p̄terea,neceſſariū fore artifici ad hęc utraq; ꝑagēda munera,ædiū particulas oēs nouiſſe,qua ſubſtā cōſtēt,qua figura,qua magnitudine,quo numero, atq; ēt q̃ īuicem cōpōnem hēant.Quare illi qdē q artē circa humanū corp⁹uerſantē cōſtitutur⁹ eſt(ſed eos primum q de noībus quotidie rixanī rogatos uelim,ut illā mihi medicinā in pñti appellare ꝑmittāt)ſanè neceſſariū erit illi⁹ ꝑtes oēs ſigillatim cognoſcere,quali(īquā) ſubſtā,qua magnitudine,quali figura,quo numero p̄ditæ ſint,quāq; īter ſeſe cōpōnem hēant.Atq; ueluti q extructas G iā ædes ſibi exacte quales nā ſint cognoſcēdas ꝓponit,nūq̃ earū cognitionē niſi ex diſſolutiōe, reſolutiōeve aſſeq poterit:ita nos corꝑis humani notitiā ex illi⁹diſſectiōe cōſeqmur.De⁹ nāq; & ipſa natura īſtar illius,q ędes primū fabricatus eſt,ꝑtes p̄norūt earū officijs ꝓ exemplari uſi: nos uero illum,q extructā domum cōtemplaī,imitamur.Cęterum niſi nos quoq; aliquā diuinę illi ſimilem(quoad tñ eius fieri poſſit)cognitionem attentauerimus:nunquā profectò diſcernemus,num oīa ad aliquem uſum ſint procreata,an etiam non nulla fruſtra (etenim utrunque in opinionem cadere poteſt) & præterea ꝙ aliqua potius malo ſint.Immo ex illo capite ea prodit cognitio,quam nobis de optime conſtitutis corporibus comparamus. Sed de his poſtea.

Quotuplices ſint partes,& actiones,quarum dignotio eſt medico neceſſaria. CAP. 4.

NImirum quum corpora q̃ ſimilaria appellanī, ex diſſectione apprehenderimus,qua inquā formata ſint ratione,quanta magnitudine p̄dita,quotq; ea oīa ſint,& quo modo coagmētata:cōpoſitorum pariter membrorum,quæ inſtr̄aria non nunquam noīare ſolemus,ſcientiam aſſequemur:eiuſmodi crus eſt,eiuſmodi etiam manus, digitus,oculus,lingua , pulmones,iecur cæteraq; oīa generis iſtius.Quo fit deinde ut duplices partium actiones reperianī:nam aliæ ſimplicium ſimilariumq́ue ſunt,aliæ compoſitarum, & inſtr̄ariarum:quippe quum & crus uniuerſum moueri uideamus & ſigillatim omnes muſculos,ac etiam ꝙ muſculo quocunq; per trāſuerſum reſecto,neceſſe ſit motum aliquem cruris illius īde depire. Sed q p̄terea illa q̃ corpori quotidie eueniunt obſeruauerit: uidebit facile ſi neruus,q in aliquem muſculum īſerīt,uulnereī,primum qdem,expertem ſenſus motusq́; muſculum reddi,mox uero & articulum,q inde mouebatur.Quare nobis quoq; artem hāc cōſtituturis,neceſſarium fore arbitror, non mō partes & earum cōpōnem:uerum & actiones cognoſcere:qua ſanè parte ab ędificatorib⁹ differimus. Illi.n. ſolas partes unà cum earum cōpōne norunt:quum illæ oī actione uacuæ ſint:domus etēñ aīal non eſt:uerum ad nos ꝑtinet ipſas ēt actiones inueſtigare.Proinde duplex quoq; hic hēmus exquirendi principium,actionis inquā,ac particulæ:cognitionem actionis qdem,utpote ratiocinari,meminiſſe,eligere:particulæ uero,ut cerebri,medullæ ſpinæ,cordis.Quā ob rē actionum oīum quas nouim⁹,particulas,& particularum oīum actiones īueſtigabimus:q̃ inueſtigatio ſua nec ipſa methodo carebit,de hac tñ poſterius diſqremus. At impñtia id exactius exponamus, qđ nuper à nobis dictum eſt:duplicem eſſe ut particularum,ita ēt actionum naturā. Totius quidē cruris actio inceſſus eſt,q fit dum articuli illius uiciſſim nunc extēdunī,nunc īflectunī:ut in ipſo ſtatim genu muſculi priores,q patellā ſuis tendinibus ſuꝑgreſſi oſſi tibiæ inſerunī:ſimul atque tibiā attraxerint,crus extendunt,qđ mox inflectaī, quum interiores idipſum etiā egerint:

eodem

A eodem pariter modo motus eduntur inflexis coxę,pedisve articulis,ac deinde diſtenſis.Itaque quum muſculũ quotieſcunque cute circumpoſita nudatur,aperte uideamus ad ſuũ quaſi caput, & originẽ cõtrahi, adducique, qñ tñ neruus ad ipſum deſcendens nc moueri quidẽ ſenſili quopiam motu uidetur:erit profectò neruus ueluti uia facultatis à cerebro prodeuntis.Cerebrũ uero eſſe neruis omnibus huiuſcemodi facultatis originem principiumve,inde perdiſcas: ꝙ ſectò quoque neruo in ſupremis partibus,quæ cerebro continentes ſunt,actiones integræ ſeruantur, quum tamen omnes inferioribus depereant. Verum non æquæ deinde manifeſtum eſt, an ſit quæpiam pars alia, quæ ita illi, ut ipſum neruis,uires impertiatur : an potius ipſum uti fons earum ſit : etenim hæc diſquiſitio ad animi pertinet principatum.

Inſtrumentaliũ,& ſimilarium partiũ actiones,cruris,ac partiũ ad ipſum attinẽtiũ exemplo. CAP. 5.

SEd reuertamur unde diuertimus.Igiť inceſſus actio eſt totius cruris,cui tñ ex partibus oĩbus, è qbus crus cõſtat,muſculorũ pẽſt genus:oſſa nanq;,& chartilagines,adeps,glãdulę,arterię, cutis,uenę,membranæ,& ligamẽta,hñt à muſculis motus initiũ: primũ.n.ab ipſis oſſa mouent, mox cætera(quũ hæc oſſibus in orbẽ adhæreãt)unà etiã cũ ipſis mouentur.Quare motio pedis, actio eſt ad muſculũ attinens:uerum totius cruris actio non ita illius eſt:ut ſit ẽt partium oĩum,

B &ob id diximus duplex eſſe actionũ genus:alterũ primũ,ac maxime proprium,quũ pariter oẽs ſimplices partes agunt:alterũ uero ex accidenti,aut ſcđario,uel non primo, aut qũocunque appellare libeat,totius eſt inſtři. Vt aũt hoc à nobis ita conſtitutũ eſt : reliquũ erit deinde inquirere,quibus nã ſimplicium, quibus & inſtřariarum partium actio conficiatur,ſumpto tñ ab inſtrumentarijs,poſtea q̃ etiã cruris meminimus,noſtri ſermonis initio.Nempe niſi oſſa tot tantaque eſſent,& ea pterea figura,eoq; ordine cõpoſita:nihil,mehercule,muſculorũ motus poſſet pficere:ſiquidẽ ſit opus,ut alterũ os recipiat, alterũ ſubingrediať,& ut ligamẽta ſint circũ circa appoſita,q̃ eorũ cõnexũ,ne dclabanť,cõtineant. Ea uero nec ita dura ſint, & intenta,ut motionibus pptcrea relucteńť,nec adeo ẽt laxa,ut articulos uacillare ſinãt.Quo deinde ſit,ut ſit neceſſe ipſi quoq; ligamẽta ſua cõſtare magnitudine,figura,numero,& cõpoſitione:q̃a,ſi maiora,aut minora fuerint,ſi plura,uel pauciora,q̃ ſit opportunũ,ſi in aliã figurã formata, ſi alij cuipiã loco inſerta: nõ erit amplius integra articulorũ motio. Operæpretiũ aũt erit in alijs ẽt oĩbus,nõ ſecus,ac nos in oſſibus,& ligamẽtis fecimus,de actione,uſuq; differere:quippe q̃a,ſi nulla reperiatur pars, omni prorſus tũ actione,tũ uſu uacet:illa quidẽ,ſi fuerit pſtantiſſime conſtructa, quantũ ad ſub-

C ſtantiam,quantitatẽ,figurãque & ordinem ſpectat,erit ut eſt,ſeruanda.Si uero uitiũ aliqđ contraxerit:in ſtatũ meliorem ducenda. At hoc nequaquã feceris, niſi uniuſcuiuſq; particulæ prius, ut actionem & uſum,ita conſtructionem noueris.Minimẽ igitur nos,qui corporis morboſi, ſalubriſque ſcientiam conſequi inſtituerimus, hæc pigeat exquirere.

Quatuor genera, quibus compoſita corpora conſtant,& labefactantur:ac de differentijs ſolutæ unitatis. CAP. 6.

SEd poſteaq̃ in hũc locũ deducta eſt oĩo: opus erit huiuſcemodi methodi facultatẽ memoria repetere.Nemo porrò rei cuiuſpiã ſtructurã,utpote domus,vel nauis,uel ſcãni unq̃ an uitio ſa ſit,an oĩ prorſus uitio careat, ppendere poterit:niſi partes oẽs,ex qbus cõſtat,optime ſcrutatus fuerit,animaduerteritq;, quo numero,q̃ magna,qua figura ſint,& quẽ ſitũ teneant.In his.n. oĩum coagmẽtatorũ corporũ,tũ uitiũ,tũ integritas poſita eſt : in qbus oñſum eſt quoq; domꝰ, nauiſq; affectus cõſiſtere,ſiqdẽ,& uitiũ in ciſdẽ,& integritas in magnitudine,inq̃,& forma,partiũ numero,& ſitu:at uero lecti nõ in iſtis:ueſtimentorũ aũt in alijs qbuſdã,& calciamẽtorũ nõ in ijſdẽ. Itaq; uitiũ,atq; integritas affectuſq; oĩum inſtřariorum corporũ, quorũ eſſentia eſt ex cõpoſitione.quatuor his generibus continet. Verũ enimuero,ſi partes unionis quoq; ex natura participes ſint,quintũ hoc ẽt genus his generis addẽdũ corporibus:ita ut,qđ ĩ his ſe pſtãtiſſime

D habuerit,ſit ẽt optimas habiturũ actiones:qđ uero deterrime,eas peſſimas habebit:ꝙ ſi unio pterea alicũde diſſoluať: nõ modo ea affectio culpa nõ carebit,ſed ſtatim erit morbus cẽſendus. Genus aũt iſtud nos,clarioris doctrinæ gřa,unitatis diſſolutionẽ appellemus : ut tñ nullã pptcrea dřiam ponamus:ſiqs cõtinui ſolutionẽ uoluerit appellare.Sed hoc nõ eſt ptermittendũ,huiuſce generis affectus ſimilares ẽt partes eſſe participes:quũ in oſſe,& neruo,carneq;,& arteria, & uena cõtinuũ uitieť,quoticſcũq; pũguntur,uel rodunt,uel ſecanť,uel lacerant,uel ſcinduntː quanquã in oſſe quidẽ is affectus κάταγμα,hoc ẽ fractura diceť:in carnea uero muſculorũ parte, ſi illis nimiũ diſtẽſis accidat,ῥῆγμα,quaſi ſciſſurã dixeris,appellať:queadmodum, quũ ita diſtendunť filamẽta ut diſrũpant,σπάσμα. Sed cõtinui ſolutio in carne vulnus ẽ,ſicuti ĩ neruo ſciſſio, niſi ꝙ hoc nõ à diſtẽſione ſit,ſed à ſectione:tñ ſi ab acuta,ac tenui re infligať vulnus:pũctio,uel pũctura,appellať:ſi à graui,cõtuſio:ꝙ ſi ex corroſiõe habeat ortũ,ut in oſſe τερηδὼν id eſt caries, ita ulcus in alijs dicit, nõ ſic aũt, ut nõ liceat alio ẽt mõ noiare. Tot ergo taleſq; in hoc quinto morborũ gñe,quũ ſimplices particulas occupat,dřię erunt: inſtřarijs autẽ,ut diximus,qua maxime parte corpora gñe diuerſa cõmittunť,& coaleſcũt ſępe accidũt:uetũ oẽs ἀποσπάσματα,quaſi diuulſiones dicas,appellãdæ ſunt.Sed,ſi ſimilariũ quępiã particula in totum diſſeceť,affectio illa partim illius quæ ſecta dicetur,partim totius inſtrumenti: quamuis nõ nunquã huius nõ niſi ex accidẽti dicenda ſit,ut quum uel muſculus,uel aliqua alia eiuſmodi particula patitur:quandoq;

tamen

tñ ẽt primũ, utpote quum ligamentum. Porrò ut nos in uno hoc morborũ genere quo partium E
cõtinuitas, uitiatur, in pręſenti dfías perſecuti ſumus: ita tu ſimili experiare ratione cætera quatuor genera diſquirere: alioquin.n.me ſuperuacaneè facturum crediderim, ſi eorum, q̃ exactè in libro de morborum differentijs ꝑtractata ſunt, iterum in hoc cõmentario meminiſſe uoluero.

Quæ partes quarũ loco reſtituãtur, ac de ſeptẽ conditionibus bono iudici, ac inuentori neceſſarijs. C. 7.

AT interim nõ pigebit, qđ iã antea oſtẽſum eſt, nobis in memoriã reuocare: oĩum inq̃ rerum quarum ſubæ ſpecies cõpõne cõſtar, quatuor hæc uniuerſa gña, totius ſubæ cauſas eſſe, & uitiatæ ꝑterea integræve ipſarum figuræ. Deinde uero neceſſe eſſe, illũ, qui idoneus futurus eſt, tã ad earũ uirtutes cognoſcẽdas, q̃ earũdẽ uitia emẽdãda, naturę cuiuslibet ſimplicis particulæ prius eſſe peritũ. Iã.n. ſicut ad artificẽ, quũ domus alicuius lateres uel tegulę, ſiue crudę mõ ſint, ſiue coctæ, aliq̃d paſſę ſũt incõmodi: callere pertinet quo mõ alię illis ſimiles cõficiẽdę ſint, atq; ẽt quo illæ, q̃ uitiũ cõtraxerunt, inde ſint eximẽdæ, integræq; ĩ priorũ locũ reſtituẽdę: ita neceſſum hẽt is q artẽ cõſtitutur⁹ eſt, q̃ curã gerat humani corporis, ꝑterea noſſe, poſſit ne pars q̃piã in alterius locũ reſtitui, uel ſecus. Q̃n quidẽ ſi male affectã carnẽ reſecueris: facile aliã poteris reficere: ſecus aũt ſi neruus uel ligamẽtum excidat: neq;.n. alia reſarcies qualia erãt priora: quũ illa ex ſanguine. hæc uero ex ſemine ortũ habeãt. Et os quoq; ĩ his eſt, q̃ ꝑ primã efformationẽ cõ F
ſtructa ſũt: aliq̃d tñ hẽt ſimilis cuiuſdã naturæ, qđ in eius locũ ſuffici poſſit. Sed hæc quidẽ hoc in loco obiter & exẽpli potius gr̃a deprõpſimus: q̃ tñ eſſe ab artis cõſtitutore diligẽter exquirẽda, ipſamet rõ ꝑcipit, & nos iã inuentionis eorũ principia deſcripſimus: quippe q hæc ad primã aĩantis gñationem remiſerimus, ac ẽt cõſuluerimus inueſtigãdum eſſe quænã ſuũ ex ſemine ortũ habeãt, & q̃ ab alimẽtis cõtinẽter gignanꝛ. Atq; adeo lõge ẽt magis method⁹ nõ mõ nos exhortaꝛ, ſed cogit ad inquirẽdũ, utrũ unaquęq; pars, ex his inquã, q̃ ſimplices ſimilareſq; uidenꝛ, vnũ ſit, an potius ex pluribus cõſtituta, & ꝑterea q̃s ſit earũ cõpoſitionis modus. Nã & hæ oĩ dubio ꝓcul eadẽ rõne qua & inſtrarię appellatę, ꝑ magnitudine, figura, numero & ſitu eorũ ex q̃bus cõſtitutæ ſunt, ſuã ſortienꝛ integriratẽ, & ſi ſimilẽ q̃dẽ ẽt habeãt gñationis modum. Quod ſi res nõ ita ſe habeat, ſed magis inſtar illius medicamenti, qđ tetrapharmacũ dicíꝛ, totis ꝑ tota mixtis ſint cõſectæ: alia tibi uia erit ad inuẽtionẽ integritatis, uitijq;, & earũ ẽt morbi. Sicuti (ut ego quidẽ arbitror) ſi ex exquiſita partiũ iuxta ſe inuicẽ appoſitione potius, q̃ ex earundẽ tẽperatura ꝑinde ac medicamẽtũ illud aridũ, cephalicũ, quaſi capitale dixeris, appellatũ ſua ſit ipſis unitas: ꝓ hac ẽt rõne cũ integritas, et uitium, tum morbi inquirendi erunt, q gñationi ipſius rei
ſint cõgruẽtes. At ſi ex pluribus q̃dẽ, illis tñ nequaquã ſpecie diſſidẽtibus, ſed magis uniuerſis ſi- G
milibus eſſent cõſtitutæ, quẽadmodum, ſi ædes q̃piã forte ex ſolis forẽt aut lapidibus aut lateribus cõſtructæ: tũc in ſola ſimilariũ partiũ ſtructura, integritatẽ uitiaq; & morbos ꝑterea, gñoni iſtarũ rerum peculiares inuenias. Verum, ut rõ ip̃a nos docet, ex neceſſitate alterũ ex his q̃ ꝓpoſita ſunt in ſimilaribus iſtis corporibus reperiri: ita quod nã ex his uerius ſit, diligentẽ exigit diſq̃ſitionẽ. Etenim uidemus, & ipſos philoſophos ſicuti ex medicis nõ nullos, q ĩ hãc q̃ſtionẽ inciderũt, inter ſeſe magis eẽ diſſidẽtes, q̃ medicos, & inde (ut mihi q̃dẽ vř) factũ eſt, ꝙ medicorũ cõplures ab ea ſe cõtinuerint: partim.n. ꝙ inuenire ſe poſſe qđ q̃rerent diffidant, partim ꝙ nõ mõ inueniri nõ poſſe credãt, uerũ ẽt, ꝙ eſſe inutilẽ arbitrenꝛ: illã omittũt. Ego uero ꝙ ea minime ſit illi inutilis, q artẽ methodo potius, q̃ experiẽtia uelit cõſtituere: iã ſatis cõſtare puto: ſed ꝙ ꝑterea ſit ẽt poſſibilis, mox diſſeremus, quũ aliqua, inter nos prius diſcuſſerimus. Nẽpe ſi mihi fidẽ aliquã ꝑſtas, ut ſanè ꝑſtas, q me nihil unquã ad hoĩum gloriã, ſed ad ueritatẽ oĩa ſꝑ feciſſe inſpexeris: nihil eſt ꝙ philoſophorũ aut medicorũ multitudine ĩter ſe diſſidẽtiũ deterrearis. Q̃m ſi illi ea oĩa vñ ueritatis cognitio petenda eſt, ꝓbe tenuiſſent, nec tñ ab ipſis eſſet ꝑterea reperta: merito utiq, eſſet de eius inuentiõe fortaſſis deſperandũ. At quũ illos quidẽ aliquib⁹ caruiſſe, ut ip-
ſi quoq; fatenꝛ, ſatis cõſtet, reliqua an habuerint ĩ dubio ſit: nos uero ꝙ ea oĩa tenere nobis ipſis H
ſumus conſcij, audacter à nobis adeunda eſt hæc q̃õ. Sed quot nã ea ſunt q̃ conuenire opus eſt, ut quodcũq; quis inq̃ſierit, qđq; uerũ ſit, inueniat, uel ſi minus, ſaltẽ nõ oĩno de inuẽtione deſperet? nimirum ſeptẽ. Primum, natura perſpicax, ut edoctus, facile quancunq; rõnalem diſciplinã cõſequaꝛ. Alterum, educatio exercitatioq; à teneris annis ĩ primis diſciplinis: in primis uero operæpretium fecerit, ſi iuxta Platonis ꝑceptum, ſe in geometria, & arithmetica exercuerit. Ad hæc tertium, q̃busq; optimis ſua tempeſtate habitis ꝑceptoribus ſe auditorem ꝑſtitiſſe. Quartũ, laboris eo eſſe patientiſſimum: ut diu noctuq; nihil cõmenterꝛ aliud, q̃ quæ ad diſciplinas ſpectãt. Quintum, quod pauciſſimis datum eſt ueritatis amore eſſe captum: ſoloq; illius ſtudio, toto uitæ curriculo teneri, cæteris oĩbus neglectis, q̃ à q̃ plurimis aliorum multifieri ſolent. Sextum, aliq̃ ꝑterea methodum, qua uerum à falſo diſcernaꝛ, didiciſſe. Neq;.n. ad eorum inuentionem, q̃ inquirenda nobis ꝓpoſita ſunt, ſatis fuerit ueritatis deſiderio affici: niſi ẽt uiã inueniẽdi expeditã habeat. Septimum inſuꝑ, eã methodum iugi exercitio tritã hẽre: ut nõ modo norit, ſed uti etiã ualeat. Porrò ſi oratores, q in arte longe minori uerſanꝛ, nõ ſibi ſatis eſſe methodum nouiſſe putãt, niſi illã aſſidua exercitatione ꝑ totã coluerint ętatẽ: quãto minus ijs q magna adeo ſectanꝛ, methodum didiciſſe ſufficiet. Itaq; ſi uel unum horum, q̃ recẽſuimus in illo deſidereꝛ, q ad uiam ueritatis introducendus eſt, non erit admodum ſperandum, illum poſſe ſui uoti fieri compotẽ.

Hipp. de lege circa med.

A Si uero oĩa cumulata adſint, quid deinde uetat quò minus ueritatem bona ẽt ſpe exquiramus?

Quòd plura uno ſint elementa, & quòd non vacent alteratione. CAP. 8.

PRopoſueramus igiẽ, & hoc ipſum mox inueſtigare, ſi quemadmodũ uniuerſas corporis partes ad eas uſq;, q̃ ſenſuũ indicio ſimpliciſſimæ ſunt, ex diſſectione cognouimus: ita ẽt illas, q̃
naturæ primæ, ſimpliciſſimæq; ſunt, quales utiq; ſint inuenire poſſimus: ut tñ non oẽs ſigillatim,
ſed unã tñ in aliorũ exemplum oratione ꝓſequamur. Propoſita ergo carne, primũ q̃dẽ hoc diſquiramus, an ſpẽ unũ ſit id elementũ, ex quo ipſa procreata eſt: nã neq; malum fore putarim, ſi
primã, ſimpliciſſimãq; in eo particulã hoc noĩe appellauerim. Deinde uero ſi ſecus uideatur, an
multa: mox quot ea ſint, & q̃, & quẽ habeãt cõpoſitionis modũ. Profectò, ſi caro, quũ uel ſecaẽ,
uel nimis calefit, dolet: fieri nequit, ut unũ ſpecie elemẽtũ habeat, ut Epicurus atomum, hoc eſt,
indiuiduum corpuſculum putauit. Nã uel ex hoc capite maxime põt liquere, id qđ unũ ſpẽ eſt,
nõ poſſe tale elementũ eſſe: ſiquidẽ nulla atomus ipſa per ſe ſe natura calida eſt uel frigida, atq;
lõge ẽt minus alba uel nigra. Sed cur in nimis immoror, ſermonẽq;, dũ minutiſſima, quæq; perſequor, in lõgũ ꝓtraho? nulla.n. penitus qualitate iſtæ atomi (ut ſui quoq; autores teſtanẽ) p̃ditæ:
de his loquor qualitatibus, q̃ ꝑ tota corpora uidenẽ ꝑmeare: qm̃ ea quidẽ qualitas, q̃ ex figura
B eſt, illis oĩbus nõ deeſt, & p̃terea renitentia, põdusq;. Sed nihil, quantũ ad noſtrũ quidẽ attinet inſtitutũ, referre puto, ſi hæ uel qualitates, uel alio quopiã noĩe appellanẽ: quum illis hæc oĩa, q̃ dicta sũt, inſint, nec ſpẽ illa differãt, ſicut et ſimilaritates, homœomerias græci dicũt, apud eos, q̃ ipſas poſuere, uel quatuor elemẽta apud eorũ authores. Inq̃t ergo Hippocrates. Ego uero ſtatuo, *de Natu. huma. com. 1. t. 5. c. l. 1. 18. e*
qđ ſi unũ ſit homo: neutiquã dolebit. Et ſanè rectiſſime ait, q̃ppe q̃a in alterum neq̃t mutari, ſi
unũ eſt: quũ nihil p̃terea relinquaẽ, in qđ mutari poſſit. Quòd ſi eſt mutationis: erit quoq; alterationis expes, atq; ẽt impatibile: ſed, qđ impatibile eſt, nulli eſt dolori expoſitũ. Porrò ex p̃dictis ꝓnunciatis hæc colligit cõcluſio, unũ eẽ impatibile. Mox uero aliã interrogabimus rationẽ ĩ hũc
modũ. Si elemẽtũ eẽt ſpẽ unũ: nihil unquã in rerũ uniuerſitate doleret: at dolet, igiẽ elemẽtũ nõ
ẽ unũ. Sed, qm̃ de carne, ꝓpoſueramus ſermonẽ hr̃e, de ea rõnem inſtituamus. Si carnis elementũ eẽt ſpẽ unũ: nunquã illa doleret: dolet aũt: igiẽ elemẽtum carnis nõ eſt ſpẽ unũ. Poterimus tñ
hãc rõnem alio ẽt interrogare. Si impatibile eſſet elemẽtũ carnis: nõ doleret: ſed dolet: ergo nõ
eſt impatibile. Nihilo ẽt minus rõ hęc, ſiq̃s plura pſouerit elementa, q̃ alterationis expertia ſint,
ad ea pariter adaptari poterit. Si impatibilia ſint carnis elemẽta: minime dolebit: quũ aũt doleat:
nõ ſunt ergo impatibilia elemẽta carnis. Quare prior q̃dẽ rõ eorũ decretum ſubuertit, q̃ aut ato
C mos, aut incõpactilia, aut minima q̃dã ſubijciunt elementa. Altera uero tum eorum q̃ ſimilaritates (ut ita dicã) introducunt, tum ipſius Empedoclis, ſnĩam tollit: q̃ & ipſe ex quatuor elemẽtis,
q̃ tñ mutuo inter ſe nequeãt trãſmutari, corpora cõſtituit. Iã ergo, ſi huic rõni aĩum adhibuiſti:
pars uel maxima eorũ, q̃ q̃rebanẽ, citius ẽt, q̃ ſperares inuẽta eſt: & .n. eſt mõſtratum carnis elementa oportere nõ eſſe impatibilia: ꝓinde nõ amplius illi, q̃ in illa impatibilum corporum cõpõne, q̃ ipſi naturæ rerũ oĩum eſſe elemẽta ſtatuũt, dolorẽ exoriri poſſe autumãt: ex rõne inſtitutũ ſuũ defendere poterũt: quũ nec intelligẽtia capiat, nec ulla ſenſilia cõſentiant, ꝙ impatibile
doleat. Nimirũ ſi duos digitos ſimul cõmittas, moxq; iterũ eos diſiũgas, nec illorũ cõuẽtus, neq;
diductio aliquem excitabit dolorem: ut.n. aliquid dolet, ita & patiẽ: qđ uero contiguum tm̃mõ
eſt, nõ paritur: ſiquidẽ pati ab his duobus ꝓdit, ab alteratione ꝑ tota, & ex cõtinui diſſolutione.
Itaq; qñ nec cõuentus, nec ſeparatio corporibus uel manifeſto patibilibus ullũ affert dolorem:
minus ꝓfecto afferet impatibilibus. Sed nec incõpactile illud Aſclepiadis, quod ἄναρμον græce
appellat, frãgẽdo dolebit, ſi mõ fragile ſit, utpote q̃a ſenſu caret. Proinde nihil hoc ex eo, ꝙ patiatur, magis hẽt, ut ſentiat, q̃ os, cartilago, aſſungia, uel capilli: oĩa.n. hęc quamuis patianẽ, minime
tñ dolent, quia ſenſu uacua ſunt. Igiẽ quodcunq; in dolore futurum eſt, neceſſe hr̃ cum patiendi,
tũ ſentiendi facultate p̃ditum ſit: nulla tñ ꝓpea neceſſitas cogit, illud, quod ſentit, ex illis cõſtare
D primis, q̃ ipſa ẽt uim habeant ſentiẽdi: nã ſatis erit, ſi ex patibilibus ſit: dum.n. patienẽ, & alterabuntur, poterit aliquã uim ſentiendi aſſequi: quũ innumerę eſſe poſſint elementorum alterationes, & tẽperaturæ, unde mox innumeræ particulariũ corporũ poterunt oriri ꝓprietates, ut nullum deinde uideaẽ abſurdum, ſi qua euadãt ſenſus expertia, alia uero illius capacia, atq; horum
nõ nulla id magis cõſequunẽ, non nulla minus. Iã ergo elementa eſſe plura uno, & ea cõſtare natura ut alterari poſſint, ſatis lucide monſtratũ eſt, illis nimirũ q̃ (ut nuper diximus) ea oĩa in prõptu hñt, q̃ hominem idoneũ ad quampiã rem ſcĩa cõprehendendã reddunt. Nam alios, q̃ ad id
ſtupiditatis deuenere, ut nunquam uel ipſi inquirere, ſi qua ſit demonſtrandi methodus, uel ab
alijs addiſcere, & minus etiam in ea ſe exercere uoluerint, ne admittendos quidem ad hos ſermones cẽſeo. Hęc.n. à nobis ĩuẽniẽdæ poti⁹ ueritatis ſtudio ĩſtituta eſt diſputatio, q̃ ut cũ aliquo
aut cõtẽderemus, aut uincerem⁹. Quòd ſiq̃s cuperet p̃terea rudes iſtorũ opiniones redarguere,
librũ ad hæc habebit à nobis editum, ubi de elementis iuxta ſnĩam Hippocratis diſputauimus.

Quatuor eſſe primas qualitates, & prima corporum elementa. CAP. 9.

SEd rurſum ad inſtitutum noſtrũ reuertamur, ut illi tandẽ finẽ imponamus. Poſteaq̃ elemẽtũ
alterationis per totũ capax eſt: mox diſquirẽdũ eſt, quot ſint elemẽta, ut tñ hic quoq; noſtro
ſermoni principiũ à rebus euidẽtibus cõſtituamus. Porrò neceſſe eſt, ut illa, q̃ rẽ quãpiã alterãt,

primum

primum quidē illud cōtingāt, qđ ab eis alterandū eſt, ac ita mox illud tandē immutēt. Hoc ſen- E
ſus ipſe docet: hoc ipſa rerum natura mōſtrat. Neq;.n.aīo capi poteſt ab hac in hoc loco accēſa
flāma poſſe ea q̄ ī Aegypto ſunt, alterari, ſed ſi id, qđ trāſmutat aliq̄d, illud tāgēdo alterat, neceſ-
ſe ēt hēt, ut ꝑ aliquas tactiles qualitates hoc agat. At q̄d eſt deinde, qđ uetat, q̄n eas oēs exami-
nemus? Sanè acutum ſecat id, cui occurrit, nequaq̄ tñ ipſius ſubām alterat, quēadmodū, & gra-
ue, qđ & ipm cōtundit, ut nullā tñ in uniuerſam rei patiētis ſubām inducat trāſmutationē, neq;
durities cā uim hēt, ut poſſit rē uicinā in aliā mutare ſpēm. Calor aūt, & frigus totā proximę rei
ſubām alterare pñt: ſimili ēt mō humiditas, & ſiccitas, q̄uis hæ nō æque cito, ac priores, attñ et
ipſę tādē ſubiecta trāſmutāt. An ne igiť, & aliā quāpiā ꝑterea qualitatē habemus, q̄ alterādi uim
cōtineat? an potius earū uniuerſa multitudo his ipſis cōprehendiť, ita ut ſolæ iſtæ iā dictæ, et hři
mereanť, & dici actiuæ qualitates, & ex eis quā maxime prima oppoſitio? in hac uero in primis
calor: hēt.n.ꝑ cæteris oībus qualitatibus uim in agendo maximā: mox aūt frigus: deinde humi
ditas, & ſiccitas: ꝑter has nulla alia reperiť qualitas, q̄ res, q̄bus occurrit, ꝑ totum poſſit alterare.
Nā, ſi q̄d rē aliquā aut diuellat, aut tūdat, aut pungat, aut ſecet: id ſanè aliq̄d facit, tñ illa eius al-
teratio nō ita ꝑ totā rei ſubām ꝑmeat: ut in aliā ſubæ ſpēm rē imutare poſſit, ſicut iā pōt in plu
ra partiri. Vnde ſi niuem ad minima uſq; ſecueris, nix quidē ſeruabiť: ſed ſimulac caleſiet ſtatim F
deſinet amplius nix eſſe, utpote q̄ ex aqua refrigerata, nō ex ea in unū coacta, ortū habuerit: hoc
.n. magis ad ſubæ accrementum attinet, illud uero ad gn̄ationem. Etenim diuiſio contrariorum
in particulas prauas, ſubæ eſt imminutio: caleſactio, alterius eſt ſubæ gn̄atio, priori forma mu-
tata. Quapp̄ q̄cunq; corpora has ſibi qualitates primū uendicauerint, erunt ēt cū aliorum cor-
porum oīum, tū carnis elemēta. Sunt aūt hæc terra, & aqua, & aer, & ignis. Atq; oēs philoſophi
q̄cunq; demōſtrationem non tergiuerſanť, hæc eſſe eorum oīum, q̄ gn̄enť, & intereāt, elementa
autumāt: nec nō & ea ſeſe mutuo tranſmutare, & hře quoq; ſubiectum quoddā horū oīum cōe.
Verum nō eſt de his à nobis nūc inſtitutus ſermo: ſed de eo potius, q̄ nō ſit opus, ut quiſq; eorū,
multitudine deterreať, q̄ à ueritate aberrant, & q̄ potius illi fides præſtāda ſit, qui demonſtratio
nem tenet, & ꝑterea, ut illi, qui ne nouerunt quidem demōſtrationis eſſentiā, ſicuti de ſe ipſis nō
nulli eorū, qui ſe philoſophos appellāt, fatentur, nihil decernere audeāt: quū hoc abſimile non
ſit, ac ſi q̄s uellet addiſcere qua rōne oporteat defectus ſolis ꝑuidere, anteaq̄ circa numeros, & li
neas ſe exerceat. Profecto huiuſmodi hoīes, perinde ac uoragines, fugiendi ſunt: q̄ppe q̄ eos, q̄-
bus cum uerſanť, aut ſecum rapiāt, aut ſaltē cōtaminent, ꝑterq̄ eos, q̄ in logica diſciplina quan
tū ſatis ſit, exercitati ſūt: ꝑindeq;, ſi cuipiā alteri, huic quā maxime diſciplinę nauāda eſt opera. G

Similaria corpora, eorumq́; temperamenta, itemq́; ſanitatem, & ægritudinem ex quatuor elementis exoriri. CAP. 10.

SEd hoc equidem ſcio extra propoſitum: ad rem āt redeamus. Nimirum ex quatuor elemētis
ſimul contemperatis corpus unum ſimilare gigniť, qđ pro uaria temperamenti rōne, aut par
ticeps ſenſus, aut illius expers euadit: & pariter in utroq; iſtorū gn̄e dr̄ię oēs particulatim dr̄iam
temperamenti ſequunť. Ex ipſius itaq; proprietate hoc quidem os efficiť, illud caro alterum ner
uus. Sed & ſigillatim uniuſcuiuſq; ꝓprietas ſuum ex temperamēti proprietate hēt eſſe: ſiccior.n.
& calidior eſt leonis caro: ouis humidior, & frigidior: inter utrauq; aūt humana media eſt, ſed in
hominibus quoq; Dionis (exempli gratia) calidior, & humidior eſt, q̄ Philonis. Vnde corporum
ſimilarium dr̄ię, q̄ ſimplices quidem ſint, tot ſunt, quot elementa: calidiores q̄ppe, & frigidiores,
& humidiores, & ſicciores: totidē uero cōpoſitæ, ut q̄ ſimul frigidiores, & humidiores ſunt, q̄q;
calidiores, & humidiores, & ꝑter has alia tertia ſiccior, & calidior: & quarto deinde loco q̄ ſic-
cior, & frigidior, ut tñ ꝑterea ſit ēt illa, q̄ tēperatiſſima eſt, & harum oīum prima. Sed de his abun
de in libris de temperaturis pertractauimus. Reliquū āt erit, poſteaquā inuentū eſt, ſimilariū in-
tegritatē, & uitiū ex elementorū eſſe tū moderatione, tum immoderatione: ut inquiramus, quo H
mō ab eorū uitio morbus ſit adſtringendus. Hæc uero diſtinctio ſuum rei utriuſq; notione, iu- I
xta ea, q̄ in libro de demonſtratione oſtēſa ſunt, exordium habitura ē. Sed q̄ tandē eſt ſalubris,
q̄ ēt morboſæ corporis cōſtitutionis notio? Porrò ſalubris conſtitutio corporis actiones ſibi ex
natura debitas inoffenſas hēt: morboſa, offenſas: ꝑinde, ſi q̄s ſanus quidē ſit, altero tñ, q̄ itidem
ꝓſpera fruať ualetudine, actiones hēat imbecilliores, nōdum tñ læſas: erit ſanè illo intemperan
tior, nec dum tū ægrotat. Itaq; inter ſalubres uniuerſos habitus unus erit temperatiſſimus, octo
uero intemperati: āt īter morbos, nullum inuenias temperatum, q̄a oēs intemperati ſunt eundē
tñ numerū cōplent, quē ſalubris, intēperaturæ. Quòd ſi q̄s accedat, q̄ aſſentiri nolit, aliquos tem
patos, aliquos ēt ītēperatos ī ſanis ponēdos eē: cogeť ille duob⁹ decretis alterū ſtatuere, aut oēs
uſquequaq; ægrotare, aut oīum eādē eē tēperiē, uirorū, mulierū, puerorū, uigētiū, ſenū, pugilū,
priuatorū operariorū, otioſorū, ualētiū, imbecilliū: utrūq; uero abſurdum eſt. Quare tertio loco
neceſſariū erit, ſanitatē, cā hře latitudinē: ut poſſit q̄plures ſalubriū corporū dr̄ias, pro pluris mi
noris vè rōne, cōplecti. Qđ nō mō hic, ſed ī alijs ēt oībus facile reperies. Domus q̄ppe & nauis,
lectus, & arca, & ueſtis, atq; calceus, curruſq; nūc meli⁹, nūc deteri⁹, quātū ad ſtructurā ꝑtinet,
ſe hñt, priuſq̄ ægrotēt: ut nobis tādē ſit ſubijciēdū tres ī oībus rebus repiri corporū ſtatus, opti
mū, depravatū, & morboſū. Optimus unicus eſt, abſolutiſſimū.n. nihil deterioris ī ſe admittit: re

A liquorũ duorũ multitudo nullo põt numero definiri:ſed eorum dr̃iȩ à pluri,minorive eorũ hñt.

Epilogus eorum, quæ de medicina conſtitutione hactenus oſtenſa ſunt. CAP. 11.

POſteaq̃ autẽ hac noſtra oratione hucuſq; peruentũ eſt, hic illã interpungamus,atq; ea,q̃ ha-
ctenus dicta ſunt,per capita reſumamus. Sic.n.facile,quid ex ꝓpoſita quæſtione repertũ ſit,
quidve pręterea reperiẽdum ſuperſit,agnoſcemus.Propoſitũ erat artẽ ſanitatis effectricẽ cõſti-
tuere,quę tñ nõ ita ſe habet ut ars ædificatoria,q̃ domũ extruit,ſed ut ea,q̃ aliquã illius partẽ la
befactatã inſtaurat:q̃uis neq; in hoc ẽt ſint uſquequaq; ſimiles:immo hoc ipſum erat,qđ q̃rcba
mus inuenire,quatenus inq̃,poſſit is,q artẽ ſanitatis effectricẽ tractat,in corrigẽdis corporũ ui-
tijs,eſſe ædificatori aſſimilis. Quũ aut ad oĩa hæc ſic apprime neceſſariũ illi⁹ corporis naturã ꝑ-
nouiſſe,cuius uitijs ars mederi ſtudet:ideo nos idipſum in q̃ſtionẽ uocauimus.Sed,ubi inuencri
mus,ꝙ actiones,& conſtõnes,q̃ ex natura ipſis attribuuntur particulis,ſint illæ,quibus, ſimulac
male afficiunť, oĩs debeť rõ tã cuſtodiæ q̃ curationis : quæremus deinde, q̃uo cõpleať id, quod
ſcđm naturã eſt.Sed mox reperto,ꝙ inſtrariarũ q̃dẽ partiũ ſubа ex ſimpliciũ,q̃ in illis ſunt:ſim
plicium uero,ex quatuor elementorum compoſitione cõſtat: de utrorumq́; morbis diſquiſitio-
nem inſtituimus,ut iã oro noſtra ſalubriũ corporũ,atq; ẽt morboſorũ notitiã ferepepererit, nõ
B tñ eã uniuerſam:ſed magis aliquã illius ſpẽm,& ueluti exemplũ quoddã.Totã uero tã ſalubriũ,
q̃ morboſorũ corporũ ſcientiæ ſubam aſſequemur,quum ipſas ſpecies ad materias adaptaueri-
mus. Nã neq; medico ſatis ẽ noſſe unãquãq; particulã gigni ex calido,frigido,humido,& ſicco
ſimul temperatis:niſi ẽt ſpeciatim,qđ nã ſit oſſium temperamentum,quale carnis,aut nerui,aut
uenæ,aut arteriæ,& aliorũ tãdẽ quaruncũq; partiũ ſimpliciũ fuerit ꝑſcrutatus, & pariter quoq;
quænã ſi partiũ inſtrariarum cõpoſitio,utpote manus,cruris,iecinoris,thoracis,pulmonũ, cor-
dis,& cerebri. Vbi pari paſſu haud ſufficiet morborũ gña,dr̃iaſq́; callere:niſi norit ẽt,qua ratio
ne ſingulis illa partibus accidãt.Qđ ut fecerimus,nõ ex ſpẽ aliqua,ſed ex ipſa uniuerſa rei ſubа
quã ex his utriſq; cõfici mõſtrauimus, ſpẽ inq̃,& illius ſuſceptrice materia,ſcientiã cõparatam
habemus.Iã aũt ſupeſt,ut q̃uo quis morbos curet,quo ẽt ſanitatẽ tueatur,exquiramus.Verum,
q̃a hęc ſunt à nobis affatim in duobus libris pertractata,curandi nimirũ methodo,& ſalubrium
libro: ſatis erit earum eatenus ſolum meminiſſe, quatenus poſſint ipſam methodum aperire.

Quibus præceptis curatrix methodus conſtituatur. CAP. 12.

ITaq; medendi methodus ex ipſo cũ ſanorũ,tum ægrorũ corporũ affectu ſuũ habet principiũ.
Quum.n.id,qđ excellenter ſanum eſt,ſiue illud ſimilare,ſiue inſtrarium,ſit oĩ ex parte mode-
C ratũ exiſtat,ægrum uero immoderatum,ſiquidẽ morbus immoderatio quædã eſt : aduertendũ
eſt in primis,quæ nã ea ſit illius immoderatio:q̃ppe neceſſariũ eſt,aliã inueniri immoderationẽ
huic cõtrariã,quæ in ſimilariũ , ſimpliciumq́; corporũ habitu qualitas eſt:in inſtrariorũ uero,ſi
morboſa quidẽ immoderatio circa magnitudinẽ cõſtiterit, erat altera huic contraria magnitu-
do:ſi uero in figura, figura iſti contraria,& eodẽ mõ numerus ſe habebit,& ſitus. Vnde reditus
ex immoderatione ad temperiẽ in oĩbus erit ab immoderatione contraria: ut tãdem ſit neceſſe
id,qđ ꝑter naturã affectũ eſt,dum ad naturalem ſtatum redit,illã eãdem quaſi uiã incedere,quã
prius cõfecerat,præterq̃ ꝙ ordine cõtrario . Sed ſi cõtrario ordine, per cõtraria igiť p̃ſenti affe-
ctui erit illi reditus.Et proinde is erit oĩum curãdorũ morborũ cõiſſimus,generaliſſimuſq́; ſco-
pus,cõtrariũ inquã:quẽadmodũ,& ab Hippocrate ſuoloco traditum eſt,| Cõtraria cõtrarijs re lib.de Flatib.nõ longe à principio.
medio eſſe,& particularibus,particularia cõtraria.Calido.n.morbo,frigidũ & frigido calidum,
ita ẽt ſicco qđ humectat, humido qđ exiccat. Et in ſimilaribus quidẽ res ſe habet hoc modo:in
inſtrarijs aũt,oportet in unoquoq; prædictorũ quatuor generũ morboſæ immoderationi eouſq;
cõtrariã adhibere,donec ad moderationem,naturalemq́; ſtatũ fuerit peruentũ ut ſi caro pręter-
q̃ naturę ratio expoſcat ulceri accreuerit,nõ id,qđ carnẽ gñet, aut alat, ſed qđ detrahat,immi-
D nuat,erodat,corrumpatq́;,adminiſtrare expedit:ſicut ea,q̃ carnem gignant, quotieſcunq; cauũ
ulcus parti culpiã acciderit: utroq, tñ tantiſper utendũ,ut,quũ primum fuerit ad moderatũ de-
uentũ,ſtatim deſiſtamus,priuſq̃ in cõtrarium tranſitus fiat . Nam dũ ſuper excreſcentem carnẽ
detrahis,niſi ſimulac mediocritatem attingeris,perſtiteris,partem illã cauã reddes:ut etiã,dum
cauũ reficis,niſi in mediocritate te cõtineas,caro nimis excreſcet.Nempe hoc morborũ genus,
quo partes in maioris , minorisve exceſſum uertunť, ꝑ cõtraria,ut diximus,emendať:in altero
uero gñe,in quo naturalis formæ modus excediť,quũ id plures pro partium rõne hẽat dr̃ias,ea
rum unicuiq; ſuũ erit cõtrarium ſigillatim inueniendum : quemadmodum ſi pars q̃piã magis q̃
ſibi debeať,curua fuerit,in cõtrarium impellendo,premendoq́;,reducenda erit.Quòd intro cõ-
preſſa ſit,& facta ueluti ſima,extrorſum,ut naſum ſolemus,reflectẽda eſt . Itẽ q̃ lenia facta ſunt,
quũ tñ aſpera eſſe deberent,exaſperanda,ſicut aſpera læuigãda. Sed illa,q̃ cõcauitates,uel mea-
tus,uel oĩno foramina, aut maiora, q̃ par ſit,aut minora,aut exinanita plus æquo,aut pleniora
aut lẽtis,craſſiſq́; ſuccis obſtructa habuerint oĩa:hęc pariter ad contraria,quoad mediocrẽ atti-
gerint,deducere expedit.Quippe ea ẽt,q̃ in ſitu extra naturalẽ ſtatũ exierint,è cõtrario in priſti
num,& naturalẽ modũ reuertenť:ita ut q̃ in anteriorẽ partẽ ꝓminẽt,retrorſum: & qđ in poſte
riorẽ,ad anteriora repellať: atq; eodẽ modo in reliq̃s duabus oppoſitionibus,dextrũ inq̃,& ſi-
niſtrum,

niſtrum,ſurſum,& deorſum. Quum aũt,corrupto numero ex natura partib⁹ debito,uniuerſum E
inſtrũm in morbum illabiť,nouiſſe oportet idipſum,uel exceſſum in quanto importare,uel defe-
ctum,ſicut nuper in magnitudinis permutatione diximus:proinde illius curatio,ut ẽt in illa,aut
per ablationem fit,aut per additionẽ:tñ eo differunt,ꝙ in hoc morbi gñe particula non nunquã
integra,in illo uero portio quæpiã alicuius particulæ,aut amputãda eſt,aut adijcienda. Cæterũ
conſiderandum eſt præterea,non modo in hoc,ſed in alijs quoq; oĩbus generibus: num habea-
mus facultatem ea,q̃ ex indicatione ſe offerunt,perficiendi:ſi quidem forma, morbi curationis
duntaxat modum indicat:id aũt fieri poſſit nec ne,alioquin nõ indicat: quũ hoc in oĩbus facti-
uis artibus non ex rei faciendæ notione depromatur,ſed potius ex potentia,uel impotẽtia cau-
ſæ effectricis,itemq; ex copia, aut indigẽtia materiæ.Nimirum eædẽ res à nõ nullis pñt,ab alijs
nequeunt confici: atq; ẽt poſſunt non nunq̃,& non nunquam nequeunt: etenim eorum oĩum,
quæ corpori proſunt, in cauſa tũ ipſa eſt natura,tum medicus:quædam tñ medicus,quædam ẽt
natura præſtare nequit.Os nimirũ ita perfractũ,ut de ſuo loco partes decedant,membrumq; di-
ſtortum reddatur, haud poteſt natura corrigere,& conformare,ſicut poteſt medicus:q itẽ põt
luxatum reponere,qđ pariter naturæ negatum eſt. Sed natura ulcus cauum põt carne implere:
medicus uero nequaquã,quemadmodũ quæ ſemicocta ſunt,aut ẽt cruda concoquere:attñ me- F
dici miniſterium naturæ põt ex uſu eſſe ad hæc peragẽda,ſi quidem illi eſt auxilio,dum adhibi-
tis purgãtibus medicamẽtis,ulcus purũ reddit:& illis,quæ egent concoctione, ea offert, q̃ mo-
derate calefaciant. Verum enimuero & ipſa natura non nulla à ſe primũ confecta, denuo nõ ua-
let reficere,utpote uenam,arteriam, ligamentum,neruum,& alia,quæ in eodem ſunt ordine.

Qua ratione quadam a natura, quadam à medico reſtituantur. CAP. 23.

ITaq; primũ ad medẽdi methodum pertinet,reperire (ut à nobis dictum eſt)cõem oĩum ſco-
pum,cõtraria cõtrarijs eſſe remedio:mox ſua ad unũquodq; genus aptare cõtraria: tertio cõ
ſiderare,qñ tum nos,tum natura,ſcopo,quẽ iudicatio inſinuat,poſſit ſatisfacere:item qñ aut oĩ
no,aliquo tꝑe,aut ex aliqua parte id fieri nequeat. Nec erit hæc inter minimas naturalis contẽ-
plationis partes recenſenda: immo opus erit illũ, qui ſibi in illis,q̃ faciẽda ſunt,qđ queat,qđve
nequeat inuenire,propoſuerat,in ea eſſe ꝓbe exercitatũ. Nos uero ad hãc rẽ explicãdã duos di
cauimus libros: alterũ de animãtis gñatione, in quo ut ex ſemine,& menſtruo ſanguine fœtus
ſuũ habeat ortũ,diſſeruimus: alterum de naturalibus facultatibus.Nẽpe,ſi ſeminis naturã cõtẽ-
platus fueris,ita tũ,ut tuã contẽplationẽ methodo demõſtratiuæ ſubijcias, eadẽ tibi uidebunť,
q̃ à nobis mõſtrata ſunt,quãplures nimirũ partes ĩ fœtu,à formatrice facultate,ſeminis ſuba ꝓ G
materia uſa,effici: qđ ubi cõſecutus fueris:nõ miraberis amplius,ꝙ natura iterũ hęc ipſa nõ ua
leat mox reficere. Quũ uero in libro de facultatibus naturalibus,eorũ,q̃ ꝓcreata sũt,diſpẽſatio
nem fueris intuitus,inuenias facile,q̃ natura uel per ſe poſſit,uel ẽt ope medici, q̃ pterea neque-
at,ea maxime parte ubi de facultate cauſatum, q̃ opifices ſunt, egimus, ac ẽt de eorũ ſuba,q̃ ab
illis eduntť.Ibi.n.quicquid poſſit fieri,quidve non poſſit,inuenies:utpote ſi deprehendaẽ cartila-
go,poſſit ne rurſus in locum illius alia refici cartilago,uel potius quippiã aliud illi ferè cõſimile:
nec nõ et os an eã habeat facultatẽ,ut poſt primũ ortũ iterũ,quũ deperdiť,reſtituať, an uero ali
qđ aliud reſtituẽdũ ſit, qđ ſit illi aſſimile. Itẽ ſi pars neruoſa n ãſuerſi ſepti põt iterũ coaleſcere,
aut cor ipm,aut iecur,aut alia q̃libet pars:neq;.n.mihi ad oĩa cõnumeranda tpſ ſuppetit: quum
nec uniuerſa medicina in hoc unico libro ſit diſponẽda, nec idipſum ĩter initia nři ſermonis in-
ſtituerim⁹:ſed methodos explicare,mõſtrareq; ex q̃bus,& quot principijs,et q̃bus uijs ſit cõſtõ
artis pagenda.Itaq; hic finẽ huic ſermoni faciã, ſi tñ illũ in caput unũ redactũ,parti iã cõſtitutæ
addidero.Perĩde.n.ut in illa,reperta ſemel ſalubriũ morboſorũq; corporũ ſpẽ,mox cẽſebã par-
ticulatim ĩ oĩbus materijs illã eẽ ſpectãdã:ita quoq; hoc loco ſcopis à methodo medẽdi reptis,
eos in particulares materias inducere exhortamur,ut deinde cõprehẽdanť,aut oĩno,aut ex par H
te aliqua,aut aliquo ẽt tꝑe ſcđm eã fieri poſſint,quæq; ſecus. Verũ hic ẽt iſta sũt cũ alijs artibus
cõparanda.Quia,ſi quis domũ ex coctis extructã lateribus, mox ex parte aliqua labefactatã,ue
lit ea parte,male affectis lateribus remotis, alijsq; ĩtegris in illorum locũ reſtitutis, illã reſarciri,
ſtatim ad opificem pertinebit,lateres illis ſimiles,qui uitiũ contraxerãt,primũ conficere:ꝙ ſi do
mino materia nõ ſuppetat, q̃ huic ſit negocio idonea, ille inſtaurationẽ fore impoſſibilẽ aſſueue
rabit.Pari ẽt paſſu res in hac ꝓpoſita diſceptatione ſe hẽt:ex inopia materię,nullum eorum na-
tura amplius reficere ualet, quæ à primordijs generationis animantis,ex ſemine cõſtituta ſunt.

De auxiliorum materia diligenda. CAP. 24.

SEd,qñ abunde iam de his actum eſt,reliquũ eſt,ut ea huic ſermoni addamus,quę dum reme
dia inuenire doceremus,à nobis dicta ſunt. Nẽpe nos generales quaſdã quaſi eorum formas
expoſuimus:oportere inq̃,alia q̃dem refrigerare,alia calfacere,humectare nõ nulla,quædã ue-
ro exiccare:hi.n.ſunt ſcopi,qui ad partes ſimilares attinent,ſicuti in uitiata magnitudine,auſer
re,aut reficere,in numero,aut totũ eximere,aut gignere:ubi uero pctm̃ ſit in figura,ad naturalẽ
figurã reducere,& pręterea repleta uacuare,uacua replere,obſtructiones aperire,aperta cõtra-
here,cõtinuentia,ac denſata in cõtrariũ conuertere;hæc quidẽ rarefaciendo,illa uero aperiẽdo.

A Ita ſanè in morbis cōpoſitionis, ſcopus erit in id, quod eſt ex natura reducere, quemadmodum
quum diſſolutuum eſt continuum, diductas partes iungere, & conglutinare. Nimirū non eſt exi
gua huius artis portio, remediorū his oĩbus cōuenientium materias reperire, exempli grã, ſi ar-
ticuli de ſua dimouētur ſede. Porrò, quum non modo in anteriora, uel poſteriora, in dextra, aut
in ſiniſtra prolabi contingat, uerum & in ſuperiorem locum præ muſculorum contentione reuel
lantur: duplex motio ei erit ex uſu, qui illos repoſiturus eſt, prima quidem deorſum, altera uero
in priſtinam ſedem, & proinde id fieri ſine tenſione in contrariam partē, nunquã poterit. Iamq;
cuilibet equidem poteſt apertum eſſe, q̃ uſui ueniant ad eam in oppoſitam partē tenſionem, tum
ualidæ apprehēſiones, tum ēt diſtenſiones. Vnde factum eſt, ut, quum non nunquam illa mani-
bus noſtris complere nequamus, uaria ad hoc munus peragēdum fuerint inſtrã excogitata, quę
pleraq; reponendis luxatis membris deſeruiunt. Nō ſecus aũt hæc inſtrã ad materiam remedio-
rū pertinēt, ac reliqua cōgrua auxilia, utpote medicamēta, cibi, potus, & q̃cunq; tandē corpori
adminiſtrata, uim hñt affectus pnarratos ad naturalē ſtatū reuocãdi. Quare ſpectabit ad medi-
cū, in his quoq; iſtorū auxiliorū materijs uerſari, pdictosq; ſcopos illi ex uſu accōmodare: ne de
inde in eū illabatur errorē, in quē ij, q putãt frigidã aquã in oĩbus, q̃ refrigeratione egent, cōue
B nire, & calidã in his, q̃ calſactione: ignari ex accidēte fieri ſæpe, ut frigida calfaciant, calida uero
refrigerent. Sed in libris de medicamentis plurima de omniū iſtorum methodo dicta ſunt: adde
mus tamen & hoc ſermoni huic, uniuerſum hoc materiæ remediorum genus, in offerendis, effi-
ciendis, euacuandis, & his præterea, quæ extrinſecus incidunt, conſiſtere. Quæ omnia ubi artis
cōſtitutor fuerit perſecutus, inſuperq; uniuerſæ materiæ ſcientiam particulatim conſecutus, nō
ita tamen ut ſola ſit facultate contentus, immo et uſum adhibuerit: iã cauſas oẽs ſalubres ut ni-
hil illi præterea ad medendi artē cōſtituendã deſit, abſoluiſſe putandus eſt, his oĩbus in duo ca-
pita redactis, corporū nēpe cognitionē, q bus remedia sūt offerēda, atq; ipsã remediorū naturã.

De arte conſtituenda, quæ diſpoſitiones præter naturam dignoſcit, doloris lateris exemplo. *CAP. 15.*

VErum enimuero hoc quoq; illi, q ſe in hac arte uoluerit exercere, mox ſupererit, ut ſibi ali-
quam affectuum oĩum dignoſcendorum facultatem comparet, in primis uero eorum qui
partes in corporis profundo ſitas occupant: quippe quum hac ēt parte nō cuiuſcunq, ſit morbo
ſum particulæ cuiuſuis tum inſtrariæ, tum ſimplicis, ſi in alto ſedem habeat, affectū excogitare:
ſed hic oportet aliquã methodū ad partē affectã unà cum ipſo affectu inueſtigandã adhibere, de
C qua pluribus alias tractauimus. At erit nunc ēt neceſſariū, ſicuti aliorū methodorū capita q̃dam
hoc libro cōplexi ſumus: ita de his aliquē hrē ſermonē. Primū ex quo gñe earū rerū q̃ pręter na
turã ſunt, nos ſperare habeamus in horum notitiã uenire poſſe. Nam tria ſunt gña rerum pręter
naturã, primū affectiones, q̃ actionibus officiãt: alterū cauſę harū: tertium ſymptomata. Sed cau
ſæ, hoc in primis nomine appellanĩ, quū agunt, quãuis ita nōnunq̃ dicanĩ, etſi nō agant, ꝙ uim
habeant agendi, exempli grã, inter morborum cauſas cruditas cenſeĩ, quum nullum adhuc mor
bum inuexit. Cruditatem appello nō modo errorem concoctionis, quę in uentriculo fit: uerum,
& in iecinore, in uenis, & tandem in uniuerſa corporis mole. Symptomatum uero genus in tres
diſpertitum eſt drĩas, in actionem offenſam, in ea quæ corpori accidunt, et excrementorum im-
moderationem. Cæterum ipſa corporis affectio, quam uel morbum quis appellet, uel affectū ni-
hil interierit, eſt horum oĩum cauſa: q̃ merito quoq; ex ſymptomatibus agnoſcitur, quippe quū
eorum reſpectu rōnem cauſæ teneat. Porrò ex his nō nulla affectiones ipſas neceſſario cōcomi-
tãtur: alia nō ex neceſſitate, ſed aut ſæpiꝰ, aut raro, aut æqualiter. Sicuti rurſus ĩter ſymptomata
q̃dam neceſſario affectionum drĩas conſequuntur, q̃dam ſæpe, alia aũt raro, aliqua uero in anci-
piti ſunt. Ea itaq; ſymptomata, quæ morbos ex neceſſitate ſequūtur, ꝙ affectuū cognitionē affe
D rant, græce pathognomonica dicunĩ, & eą ipſa pro certis morborū notis habēda ſunt. Quæ ue-
ro nō neceſſario: uel morbi drĩam, uel illius morē, uel magnitudinem inſinuant. Et equidem uno
eodemq́ue exemplo utrorumq́ue horum uim aperiam, ut hinc exorſus, eadē in oĩbus alijs me-
thodo te exercere poſſis. Ponamus igiĩ membranã coſtas uelãtem inflammatione teneri, porrò
is affectus phlegmone erit, quæ hæc ſecum habeat ſymptomata neceſſe eſt, tumorem præter na
turam, ruborem, dolorem: quorum duo bic ſenſum effugiunt, ut tantummodo reliquus ſit dolor
q coſtis incūbens ueluti pungens eſt. Doler igitur homo, propterea quia phlegmone eſt affectio
illa: at doloris ſpecies eſt pungendi ſimilis: qm ſuba affectæ partis eſt mēbranea. Coſtis pręterea
eſt affixus, id. n. quod affectum eſt, coſtis adhæret. Sed & ob id late permeat, ꝙ ea ipſa mēbrana
late diffunditur: febrim quoq; tum ex ipſo affectu, tum ex ſitu affectæ partis ſequi neceſſarium
eſt: quorum ſi uel alterum deſit, iam non ex neceſſitate febris aderit. Nam, ſi digitus inflamma-
tione laborauerit, nō continuo febris adorietur, quum procul à corde ſedem habeat: nec ſi ea q
dem mēbrana, q̃ coſtas cōtegit, tumore tñ duro, ædemateve. Spirãdi præterea difficultas in his
eſt, quæ affecto loco ex neceſſitate pſto ſunt: quippe quum ſit pars reſpiratorij cuiuſdam inſtrĩ.
Attamē huiuſce difficultatis ſpecies ab ipſo affectu potius, q̃ ab ipſa parte, cauſam habet: dolor
enim dilatari reſpirandi inſtrumenta non ſinit: utpote quia reſpirationes operam, eius uſu non
dum

dum expleto diſſoluant,ut mox , neceſſe ſit alterum celerius illi ſuccedere actionẽ, tanta nõ in- E
terpoſita quiete,quanta dum naturaliter ſe haberet:indeq; ſpiritus frequens redditur,& paruus.
Nec id modo huiuſce inflammatio membranæ neceſſario ſecum affert: uerum pulſuũ quoq; alte
rationem,cum eam,quæ à febre ſeiungi non poteſt,tum uero illam , q̃ eſt ex forma affectæ par-
tis.Arteriç ſiquidem maiorem,celerioremq́;,& frequentiorem ea ratione, ꝙ febris adſit,pulſum
edunt:duritiem uero,ac contentionẽ iunctam habẽt,quia pars ea,quæ phlegmone tenetur, ner
uoſa eſt.Igitur tum hoc ſymptoma membranam ſubcingentem inflammatam, tum & unum ꝑ-
terea aliud neceſſario concomitanẽ, decubitus nimirum, qui uel in affecto,uel in oppoſito loco
leuior eſt,uel in utroq; par. Quum.n.duplex ſit ea mẽbrana,quæ coſtas uelat,ſi ea pars,quæ ex-
terius oſſibus hæret,ualidæ laboret,facilius in latere decumbunt oppoſito:nam,ſi in morboſum
decumbunt,compreſſio moleſtiam affert.At ſi interior(quod ẽt euenit frequentius)uehemẽtius
dolent,ſi in oppoſitum latus reclinent,quippe quum pẽſilis reddaẽ inflammata particula:in mor
boſum uero minus, quum nec ab oſſibus prematur, nec ẽt quaſi ſuſpenſa pendeat,ſed potius ſit
ab utroq; incommodo immunis.Quod ſi utrinq; ea membrana afficiatur,par in utroq; latere de
cubitus eſt.Sed,ꝙ dolor nõ nullis ad clauiculam perueniat,alijs aũt ad præcordia,partim ex af-
fecta parte ſuam habet cauſam,partim ẽt hoc inflammationis ſymproma,dolorem inquam diſ- F
fundi:ea quippe membrana & ad iugulũ uſq; aſcẽdit,& prçterea uniuerſum occupat ſeptũ trãſ-
uerſum:unde ſi inflãmatio in ſupremis illius partibus excitetur, deorſum cõuelli clauicula uẽ:ſi
in infernis,dolor præcordia pertingit. Et proinde exigua erit inflammatio ſcd̃m partes coſtarũ
medias,ſi in neutram deueniat partem:alioquin.n.quum maior fuerit, neceſſe erit in partẽ utrã
que cõcedere . Quòd uero tenuis quid,& purulenti ex inflãmata particula reſudet,& effundaẽ:
tum ex ipſo morbo prodit,tum ex ipſa parte:ſicuti oĩbus ſcd̃m os inflammatione laborantibus
accidit,atq; ẽt ſcd̃m oculos.Suboritur.n.inflammatio ex humorum influxu,& partes hç nõ per
inde ac cutis denſæ cõpactæq́; ſunt,ſed raræ potius . Vnde,quum multum tenuisq́; fuerit is hu-
mor,qui in partem inflammatam irruit,rarior uero particula,plurimũ eſt,quod effluit: è contra
rio uero,quum exigua,& craſſa fuerit fluxio,corpusq́; præterea denſum,minimum erit: at mini
mum id tuſſim quidem incitabit,ut tñ nihil inde expuatur:quemadmodum,ſi copioſum fuerit,
tuſſiunt plurimum,nec parũ ẽt expuũt. Porrò ut eſt ab hoc affectu tuſſis inſeparabilis:ita ſcrea-
tus à tuſſi illũ plurimum cõſequitur,non tñ ſic,ut ẽt ſeiungi non poſſit. Quod ſputo reijcitur,ne-
ceſſe eſt aliquo ſemper eſſe infectũ colore: attamen nõ ſemper eodẽ,quippe quũ nec excremẽ-
tũ inflãmata parte concluſum ſemper eiuſdẽ ſit naturæ.Etenim quũ ſanguinolentũ fuerit,aut bi G
lioſum,cuiuſmodi ſemꝑ ferè ea fluxio eſt,quæ pleuriticis phlegmones fomentũ præſtat,à ſucco
detento in inflammata particula, ſputum colore inficitur : rubro quidem,ſi ſanguinem id fuerit
qđ in membranam influit:flauo aũt,ſi bilioſum.Cæterum,ſi pituitoſus primum ſit is ſuccus,qui
et cõcluſus demũ putreſcat,atq; ſit deinde in cauſa fluxionis phlegmonẽ gignentis:tũc ſpumo-
ſa excreãt. Sed qñq; uel niger ei it ſcreatus, quum bilioſa,inquã,ſanguinolentave fluxio aſſatur.
Quare oĩa hæc cum partis affectæ,& ipſius affectus dignotione,ẽt fluxionis indicãt differentiã.

De reliquis capitibus,quibus morbos,& affectas partes dignoſcimus. CAP. 16.

EX his ergo,quç dicta ſunt,per q̃ manifeſtum eſt,neceſſarium fore ad affectus,lociq́; affecti in-
uentionem,tum uniuſcuiuſq; affectç partis ſubſtam,tum eiuſdemẽt cum alijs uicinis nouiſſe
cõionem. Nec minus præterea cõſtare arbitror,ſi ẽt nunquã de hoc mentionem habuiſſem:ni-
hil referre ſi poſitum dicamus, aut compoſitionem,aut cum uicinis ſocietatem.Ad hçc quoque
ex illis quæ diximus liquere poteſt,eſſe neceſſe omnem cuiuſcunq; particulç actionem functio-
nemq́; callere,& inſuper morborum,ac ſymptomatum genituras,proindeq́; & morborum affe-
ctrices cauſas.Nimirum uidenẽ hçc omnia ad notitiam affectarum partium unà cum ipſis illarũ
partium affectibus, ac etiam ad morborum illarum differentias pernoſcendas , ſumme eſſe ne- H
ceſſaria.Atqui & magnitudo,& mores morbi cuiuſcunq; his ijſdem comprehenduntur:magni-
tudo quippe ex affectionis,quæ in illis eſt,& ſymptomatum præterea illam conſequentium ma-
gnitudine:mos à morbi differentia ſymptomatibusq́; inſequentibus.Vt ſtatim in exemplo pro
poſito, pernicioſiſſimus ſuccus eſt atra bilis, quum alijs præualuerit, utpote quæ præ cæteris,&
corrodat & maligna admodum ſit, concoctuq; difficillima, & ad purgationem ineptiſſima,atq;
etiam plurimum indicet calorem,a quo ſit per aſſationem genita . Omnium mitiſſimus ſanguis,
qui & dulciſſimus ſit,& ad concoctionem facilis:medium in ſimplicitate, & malignitate reliqui
duo locum obtinent. Ex ſymptomatibus,ut nihil omnino expuere ꝑnitioſum eſt, partim quòd
ſignificet fluxionem in phlegmone quaſi deuinctam teneri, partim uero qa ea uniuerſa interius
contenta corrumpeẽ:ita ſcreatus facilis , & ꝓcul à labore, ſaluberrimus eſt,et longe ẽt magis ſi
concocta expuanẽ.Alioquin & pulſuum ſymptomata morborum mores oſtendunt,et p̃terea q̃-
cunq; alia ex cõſenſu ſolẽt cõſeq, ſicut deliria, ſomni immoderati, faſtidia,lotia,& alui deiectio
nes hoc aut alio mõ factæ.Erit igiẽ his oĩbus,q̃ recenſuimꝰ exercitatio adhibẽda, ſi eã facultatẽ
aſſequi uoluerimus, qua facile poſſimus affectas partes,morboſq́;,ac eorũ mores magnitudinẽ,
et dr̃ias comprehendere . Ab illis eiſdẽ aũt locis erit & ratio ꝓſagiendi euentus morbi petenda,

& inſuper

A & inſuper commodi uſus remediorũ.Præſagia etenim, & medicum ab omni mortis culpa im-
munem reddunt,& ægros ad obtemperandum faciles,occaſionemq́; remediorum præmõſtrãt.
At vero ꝙ aptus remediorũ vſus id ſit, quod in arte præcipuum eſt, & propter quod is ſermo
vel vniuerſus inſtitutus ſit:omnibus iam ſatis conſtat.Et nos non multo poſt docebimus, quo
ſit ex his,quæ nuper recenſuimus,cõparandus modo: nunc.n.his, quæ expoſuimus, finem im-
ponere conſtitui.Nempe exemplo unico,tum morborum ipſorum, tum uero earum etiã, quæ
ab ipſis detinentur,partium dignotionem explicauimus.Sed,ſi & alterum quidnõ diſſimile ad-
diderimus,nihilo ſe res deterius fortaſſis eſt habitura. Excremẽtorum.n.ſpecies multorũ noti-
tiam affert,quæ tamen & corpus ſecum cõnexũ habet,è quo illa excerni uidemus ita, ut ex his
ambobus ſimul coeuntibus una ſtabilis euadat indicatio.Quippe quia ſi mẽbrancũ, uerbi gra-
tia,corpus excernatur,ꝙ quidem ad id ſpectat,quod cernitur,inſinuat partem quampiã exulce
rari,quæ in ſuperficie naturam habeat membranæ,quæ tamen ea ſit,definite diſtinguere neq̃t.
Locus autem per quem fit excretio,poterit nos ad affectam partem conducere:utpote quia, ſi
per inferiorẽ aluum deiiciatur, vlcus in inteſtinis indicabit:ſi per ſuperiora uomatur : in uẽtri-
culo:ſi per tuſſim excreetur:membranas,quæ aſperas velant arterias,abradi monſtrat : ſicuti ſi
B mingatur:uel ueſicam,uel pudendi meatum.Sed non parũ præterea ad rẽ faciet ea,quæ prima-
rio affectu ab his,quæ per conſenſum laborant,diſtinguere:anteceſſione, inquã, & cõſecutio-
ne,magnitudine,& paruitate,inſuperque cauſarum acceſſione,quæ utriq; ſolẽt officere. Vnde
multi, male ſe habẽte uẽtriculo,cerebrũ in cõſenſum adducto,in eorũ ſymptomata illapſi ſunt
qui atra bile uexantur,aut,ſi cõſentiãt oculi:eorũ,qui ſuffuſione.In his tamen, ſi diligẽter quis
obſeruauerit,has affectiones tum cruditates,tum uero excremẽta in ore uentriculi collecta cõ
ſequi inueniet:& proinde eas ex his,quæ uẽtriculum lędunt excreſcere:ex illis uero,quę illi cõ
ducunt ſedari.Cæterum non eſt in præſenti à nobis inſtitutum uniuerſam affectarum partium
rationem exacte explicare, quemadmodum nec cuiuſpiam partis alterius huiuſce artis, ſed ſo
lum inueniendi methodum inſinuare,& quam cum fine iſtius artis cõnexionẽ habeat.Etenim
erit deinde neceſſe,ut quiſque perlectis noſtris commẽtariis,in eis ſententiis, quas in illis omni
bus complexi ſumus,multifariam ſe exerceat.Itaq; ad prædictas methodos iam accedam,addi-
to tamen eo,qđ præſenti negotio neceſſariũ eſt.Arbitrere hoc etiam loco formam rei reperiri,
quã deinde ut materiis accõmodaueris,totã habebis ſubſtantiã. Porrò, quũ particulatim oĩa
fuero ꝓſecut⁹,ſicuti nũc paucis q̃buſdã exẽplis actũ eſt:erit tibi, & hæc pars integre cõſtituta.

C *De eligendis remedÿs,ipſorumq́ vſu, ex ſubſtantia, formatione, & ſitu partium laborantium.* CAP. 17.

REliquum autem eſt,ut monſtremus,q̃ ſit neceſſarium ad commodum remediorum uſum,
partis,quam curaturi ſumus,ſubſtãtiã exacte cognoſcere,figuramq́;,& poſitum. Subſtã-
tia.n.affectus primos,qui intemperie conſiſtunt,quantum à naturali ſtatu aberrarint,oſtendit:
quantumq́; calefacere,refrigerareue,humectare,aut exiccare oporteat.Figura uero morbos,q́
ad ipſam ſpectant,de quibus ſermo in ſuperioribus habitus eſt, ſimulq́; & eorũ indicat magni-
tudinem,quippe quum eo maiores cenſendi ſint,quo à naturali modo magis receſſerint: & in-
ſuper ex ea cõprehenditur,quouſq; ſit opus ad ea,q́ ex natura ſunt, per cõtraria reducere. Sed
hæc ex ꝓportione morbis in intẽperie reſpõdẽt:obſtructiones aũt,& inculcationes ad hoc ge-
nus pertinẽt:quod uero ꝓcipue,ac peculiariter indicat,eſt euacuationis modus, q́ fit ꝑ oſcula,
& figuras,quas membrũ id aſſecutũ eſt,qđ nobis curãdũ offerẽ:aliquam tamẽ habet hac parte
cõmunionẽ cum illis indicationibus,quæ à poſitu prodeunt:de quibus iam agemus. Vt autem
ſuperuacaneũ uidetur ea nunc explicare,quæ in iſtis eandẽ uidentur ad cognoſcendã, uel ma-
gnitudinẽ,uel quãtitatem uſus auxiliorum proportionẽ ſeruare:ita illa,q́ eximia, peculiariaq́;
D ſunt,exponenda ſunt,poſteaq̃ ea ad curationes indicationibus, quæ à forma prodeunt, miſta
magno ſunt uſui.Sed hac etiam parte paucis quibuſdam exẽplis, ut tantũmodo methodũ mõ-
ſtremus,ſermonem expediemus.Obſtructio ſanè affectus quidã eſt partium inſtrumẽtariarum,
qui in primis iecori ob eius tum ſtructurã,tum uero actionẽ ſolet eſſe moleſtus. Nã uenæ, quæ
à portis deriuantur per uniuerſam huius uiſceris partẽ cauam diſpertitæ : tandẽ illis,q́ in gib-
ba ſunt,per quædam oſcula ſenſum effugientia committuntur. Vniuerſum uero alimẽtũ ex uẽ-
triculo in hunc unum locũ,qui ob id ipſum,quod nuper diximus,portę appellatus eſt:refertur.
Quemadmodum.n.in urbes nihil niſi per portas inuehi poteſt : ita nihil poteſt in iecur deferri,
niſi prius in hunc feratur locũ:unde in totam iecoris partem cauam ſubinde diſtribuitur, inde
uero per eos,quos diximus,terminos in gibbã. Quare nil mirum deinde fuerit,ſi uiſcus hoc,&
ob uiarũ anguſtiam,& ob copiam pertranſeuntis ſubſtantiæ, aſſidue obſtructionibus arripiatẽ.
Ei igitur curatio erit adhibenda,priuſquã eæ nimis excreſcant,febriſq́; accendatur, tũ cibis,tũ
medicamẽtis attenuãtibus adminiſtratis:quia,quum multæ factæ fuerint: non modo hæc non
ſatis erunt:uerũ & uacuatione erit opus:q́ deinde quo loco facienda ſit:mẽbri figura, & eiuſdẽ
ſitus indicabit. Vnde ab his promoti,ſi quid in iecoris cauo cõprehẽſum ſit,per inteſtina detra-
himus:ſi in gibbo:urinã cietibus uacuamus. Eodẽ etiam modo à mẽbri figura, ſituq́; docti,ea

quæ in pulmone,& pectore collecta vacuatione egent,per tuſſes purgamus:ad nares aurẽ dedu E
cimus,quæ in cerebro.Sed nõ minus à membri figura,& ſitu deſumpta eſt ratio ſanãdi partes à
phlegmone detentas:ſiquidem horũ quoq; primus ſcopus eſt euacuatio ſucci,qui in inflamma-
tum locum decubuerit.At,quo illum modo euacuare expediat,ipſa illarũ partiũ,quæ detinen-
tur,natura indicat:& hinc adducti,fluxiones, q̃ in coxã decubuere,ſectis uenis in poplite, aut
talo euacuabimus,& eas pariter,quæ in utero cõprehenſæ ſunt:quæ in thorace, aut pulmone:
per venam cubiti interiorẽ:ſicut eas,quæ in capite,& collo:per humeralem.Ea quippe euacua
tio facillime,& optime fit,quæ per uenas uicinas,& affines parti affectæ fiat. Porrò & ſuam ex
morbo hẽt indicationẽ,in halitũ difflandũ eſſe, quod in inflãmatũ locũ defluxit: ſitus tñ ipſius
affectæ partis variũ deinde inſinuat particularium auxiliorũ vſum.Etenim quęcunq; in ſumma
cute ortũ habẽt,tale expoſcũt difflatoriũ medicamẽtũ, quale ipſa indicat inflammationis ſpe-
cies.Sed,quæ in profundo,eò egent acrioribus medicamẽtis,quo magis ab exterioribus receſ-
ſere,vt qñq; cucurbitulis vtendũ ſit,ſi ſedẽ plurimũ profundam habeãt, qđ tñ inflãmationibus
in ſumma cute quã maxime aduerſariũ eſt.Nec minus etiam ſitus loci id exquirẽtis animaduer
tendus eſt,qñ aſtringente medicamento fuerit opus.Quia,ſi medicamentũ aſtringens ipſum po
teſt eò peruenire:nil uetat,qn id adminiſtremus:ſin minus,cauendũ tunc,ne humorẽ in locum F
affectũ ex uicinis partibus impellamus.Quare uel aliquid immiſcendũ eſt aſtringẽti medicinæ,
ꝙ eò vim illius ꝑducat,uel ab illius uſu erit abſtinẽdũ:& proinde nõ parũ quoſdã offeciſſe no-
ui,q̃ ſanguinẽ è pulmone excreantibus uniuerſo in orbẽ thoraci aſtringẽtia medicamẽta adhi-
buere:ꝑter id.n.ꝙ uis aſtringẽtis medicinæ nequit pulmonẽ attingere:ſanguinẽ inſuper, qui in
thorace eſt,ad hoc ipſum uiſcus propellũt.Nẽpe iſta,quæ hactenus dicta ſunt,quantũ ad p̃ſens
quidẽ negotiũ ꝑtinet,ſatis eſſe exiſtimo:quare,ut hoc unũ illis addidero,hãc,inquã, methodũ
formã tãtũ huius negotii cõtinere,ad alia trãſibo.Scientiã etenim,& diſquiſitionẽ, quæ ſigilla-
tĩ de unaquaq; ꝑte habẽda eſt,& ẽ ueluti uniuerſa huiuſce rei ſubſtãtia,ĩ aliis libris trãſegim⁹.

De præноſcendi, ac diuinandi arte. CAP. 18.

MOx itaq; de p̃ſagio ſermonẽ inſtituemus,utpote ꝙ nõ modo ad alia q̃dã, uerũ & ad cura-
tionẽ,q̃ maxime uideaṫ utile.Nimirũ q̃ſquis p̃ſagiẽdi artẽ primũ cõſtituere propoſuerit:
is neceſſe habet antea examinaſſe, an ſicuti cuilibet rei animatæ propriũ uitæ ſpaciũ ex natura
conſtitutũ eſt:ita morbis ẽt omnibus,ut nullo deinde pacto, ſi ſit alicui illorũ à natura tempus
duorũ menſiũ præſcriptũ:poſſit is quatuor diebus abſolui:an uero & in lõgũ protrahi,& celer-
rime finiri poſſit.Verũ,quia iã plures ex medicis,eorũ,quæ euẽtura ſunt p̃ſagitores euaſere: ab G
ipſis etiã uulgaribus nõ amplius in q̃õnẽ uertitur,poſſint ne uẽtura p̃noſci,an ſecus. Sed potius
perinde,ac ſi hoc iã ſit cõſtitutũ à medico ſciſcitanṫ,quo tꝑis ſpatio morb⁹ ſoluẽdus ſit.At for-
taſſe res noſtra nõ eſt deterius habitura,ſi ſupponamus,nos nũc primũ p̃ſagitricẽ artẽ cõſtitue-
re:nã & alia oĩa hoc ꝑtractauimus modo.Profectò hoc unũ ſi quæpiã p̃ſagitio futura ſit:in pri-
mis neceſſariũ eſt eſſe nõnulla,q̃ certo ſint futuro tꝑe uẽtura.Sed deinde quærendũ eſt,quænã
ea ſint,& quor:quia nõ oĩa,quæ ægrotãti ſunt euẽtura,neceſſariã habẽt generationẽ.Tumultus
.n.noctu excitatus,latratus canũ,moleſta nuntia,ſæpe inſomnes reddũt ægrotãtes:tñ nullũ ho-
rũ,aut neceſſario fit,aut certo p̃ſagiri põt.Nũquid igiṫ ea ſaltem, quæ ex ipſa illius morbi rõne
proficiſcunṫ,habent ut & neceſſario fiãt,& certo prænoſci poſſint?vel nec ea quidem oĩa, quũ
repẽte poſſit ſuperfluens quiſpiã ſuccus in corpore, interius in partẽ aliquã uitæ neceſſariã de-
fluere:poſſit ẽt cõtra ab aliqua principe parte,ad ignobiliorẽ impelli:& ſubinde erit neceſſe, ut
is,qui in principẽ partẽ fertur, extremũ periculũ,qui uero ab ea repelliṫ,repẽtinã, inopinatãq;
ægrotãti ſalutẽ p̃ſtet?Vnde in hiſce ſtatibus hoc tm̃ p̃noſſe datur,qđ dubii.fallacesq; ſint: quo
tñ terminaturi ſint,ex q̃ſite definiri nequit.Verũtñ,quũ excremẽta in locũ aliquẽ decubuerint,
nec defluãt amplius,ſed potius ibi detineanṫ:aliquis in his dabiṫ nobis præſagiẽdi locus, quum H
ꝓbe nouerimus plures eſſe facultates, quibus natura animal gubernat: atq; etiã quænã ipſarũ
ſit differentia,prætereaq; ꝙ excrementa oĩa,q̃ in uniuerſo animãte cũ ſanguine deferuntur,niſi
immoderata nimis copia cõſtent,definitũ & ipſa ſigillatim tẽpus habẽt,quo cõcoquanṫ.Vnde,
ſi cuiuſcunq; humoris naturã exquiſiuerimus, iã artificiali quadã cõiectura cõcoctionis rõnẽ
comprehẽdemus,ſi tñ cætera oĩa circa ęgrotãtẽ recte tractẽtur.Qm̃ quicquid in his erroris cõ-
miſſum fuerit:erit deinde in cauſa,ut uel ſerius morbus ſoluaṫ, uel mors celerius aduentet. Et
huiuſce rei memoria in hoc uniuerſo ſermone præ oĩbus aliis ſeruãda eſt: ꝙ ſolæ nimirũ p̃ſagi-
tiones euenturæ ſunt,ubi & qui curat medicus fuerit p̃ſtãtiſſimus,& qui recte curet, ægerq; in
nullo delinquat.Alioqui.n.ridiculus eſſet,qui arbitrareṫ, tale eſſe medicorũ pręſagiũ,quale pro
fitentur uates:hi.n.hominem(ita dicã)nono die liberandũ autumãt,nec adijciunt,ſi omnia re-
cte aganṫ:immo & idipſum ſe præſagire pollicenṫ,nimirũ futurũne ſit,vt oĩa recte, an perperã
circa ægrotantes peragantur.At medicus non eo prædicit modo,quæ futura ſint: ſed nouit ip-
ſe,ꝙ ſi oĩa,ut par eſt,expediantur,morbum ſeptimo,uerbi gratia,die ſolutũ iri: ꝙ ſi error q̃ſpiã
accedat,& is exiguus:excidet id ex ſeptimo in nonum: ſi uero maior, in undecimum:ſi adhuc
maior,in quartumdecimũ,& poterit etiã ita maior fieri, ut ꝓ certa ſalute periculũ mox afferat.

A Medicus quippe his duobus,morbo inquam,& naturæ quaſi collučtātibus animum,ſemper in-
tendit:atq;,dum diſcernit,quod nam horum robuſtius ſit,primum quidem ſuū de ſalute homi-
nis,aut interiru præſagium depromit:deinde uero,quo alterū altero ſortius eſſe nouit, eo & il-
lius præfinitum tempus agnoſcit.Nec mirari quiſquā dēt,ſi quis robur utriuſq; recte perpēdēs,
victurum tandē deprehendat: quum uideamus quā plures gymnaſtas ex primis ſtatim motio-
nibus,quibus contra ſe inuicem luctantes feruntur,uicturū prænuntiare, & ſæpe ante partā ui-
ctoriā,quodq; celerrime aduerſarius ſuccumbet.*hoc autem agunt quum alterū altero non pa
rum viderint ualidiorem:Quare ex alia nulla exercitatione ſalutem,aut interitum prænoſcet,
præterq̃ ex exacta virium,tum morbi,tum naturæ notitia: ex qua etiā vtriuſq; præfinitum tē-
pus exquirit. Vt.n. celerrime ſoluendus morbus eſt,quū ualidiores uires ſuerint:ita cito mors
aduentabit,ſi hę imbecilles ſint,morbus uero ſortior.Sed magnitudo exceſſus horum tēpus in-
dicat,quo hæc futura ſunt.Ab his igitur ſcopis habet medicus,ut futurorum ſit præſagus. Qua
uero exercitatione ipſe hos pernoſcat ſcopos,in libris noſtris de iudiciis abunde actū eſt: tamē
in his quoq; in præſentia uniuerſalē methodū, vt in aliis omnibus factitatū eſt,explicabimus.
Naturæ robur ex propriis illius actionibus comprebendes,in primis autem ex pulſu,ſiquidē is
B eſt vitalis facultatis opus:morbi uero magnitudinem,ex ſuis ſymptomatibus.At quatenus alte
rū altero præualeat:concoctio,cruditasue monſtrat,quas ſubinde ex propriis agnoſces excre-
mentis:quæ.n.in uentriculo conficiunrur,deiectiones monſtrant:quæ in vaſis,lotia:quæ in to-
to corpore,ſudores:quo etiā modo reliquæ oēs ſe habent,quæ in una quapiā,vel pluribus par-
ticulis eduntur:nam,quæ in thorace,aut pulmone,ex his,quæ tuſſi reiiciuntur: quæ in ueſica,
aut renibus,ex his,quæ cum urina deſeruntur. Cæterum ea,quæ deiiciunē,uires quoq; partis
cauæ iecoris,& meſenterij,quomodo ſe habeant,oſtēdunt:ita & reiecta per uomitū, uētris ſu-
perioris,ſtomachiq;:& quæ per palatum,nares ve,aut aures,quo cerebrū modo ſit affectū,inſi-
nuant.Quibus omnibus hoc cōmune eſt,nunquam morbum ſolui poſſe,niſi prius in excremē-
tis cōcoctionis ſigna conſpiciantur.Vnde ſiue aures male habeant,ſiue oculi,ſiue ſauces, &, ut
ſummatim omnia dicā,cōcoctiones omnes celerē criſim,ſalutisq; ſecuritatē indicāt:cruda ue-
ro inconcoctaq;,& ea præterea,quæ in prauos uertūtur abſceſſus,uel nullā criſim, uel labores,
uel prolixum tēpus,uel mortes,uel recidiuas nuntiant.Hæc uero quantum ad negotium pſens
ſpectat,ſufficiant:nā particulatim oīa ſunt pertractata in libris propriis,nec illis quidē exiguis,
utpote,qui uniuerſa ferè complexi ſint theoremata:in quibus ſunt,qui de pulſibus,quiq; de iu
C diciis,decretoriisq, diebus ſunt inſcripti:in his.n.tribus cōmentariis ea explicanē,vnde quiſq;
in primis præſagire poteſt.Iam igī mihi uideē uniuerſam curādi methodū ad finē perueniſſe.

De arte præcauendi morbos,& ualetudinis tuendæ. CAP. 19.

VErum quoniam operæpretiū inſuper eſt eos procurare,qui à morbis euaſere,ut uires re-
cuperēt:& præterea,ut hi,qui in morbos procliues ſunt,cuſtodianē,atq; ut ij,qui proſpe-
ra,& inculpata fruuntur ualetudine,conſeruenē: reliquū eſt, ut de his quoq; tribus huius artis
partibus,quæ ſuperſunt,conſtituendis,ſermonem q̃ breuiſſimum tamen habeamus. Itaq; quū
ſit à nobis dictum ſuperius tria eſſe eorum uniuerſa genera,quæ præter naturā ſunt,cauſas,af-
fectus,& ſymptomata:pars,quæ ualetudinem tuetur,eā græci prophylacticen appellāt, ſi mo-
do illa ſit pars artis huius,circa primum uerſātur genus.Etenim,ſi humorum,uel copia,uel pra-
uitas,ſi obſtructio,ſi uis aliqua corrumpens in corpore ſuboriatur,homini periculū affert,ne q̃
primū in morbū illabatur,qñq; uero ne extreme periclitetur. Verū ſæpe hę cauſæ ſunt cognitu
difficiles,quum nullam ferè bomini moleſtiā præſtent:ſtatim.n.morſus canis rabidi nullum pe-
culiare ſignū,antequā propè inſtet rabies, in corpore reliquum eſt, adeo ut medico neceſſe ſit
has ex ægrotantibus cauſas ſciſcitari,& quid cuiq; euenerit: quū tamē humorū copia, aut eo-
D rundem prauitas,aut aliquem excitet in corpore tumorem, aut quodpiā uiſcus oppilet: poteſt
id ex ſymptomatibus quibuſdam intelligi,quæ medium inter ea,quæ in ſanis reperiūtur, & ea,
quæ ægris eueniunt,locum ſeruant:quippe,quum ea,quæ ſanis inſunt,ex natura ſint omnia, &
omni culpa uacent:quæ ægris,ut præter naturam ſunt:ita etiā culpanda: quæ uero media ſunt,
ad genus quidem eorum,quæ morbis eueniunt,attinent:uerū adeo ſunt magnitudine exiguæ,
& viribus imbecillia,ut nōdum * ſolitas uniuſcuiuſq; actiones lædere queant. Neq;.n. ſi dolor
quiſpiam aliquem,uel ſecundum caput,uel ſecundum aliā quāpiā partē inſeſtet, ſtatim tantus
eſt,ut bominem lecto decūbere cogat.Neq;,ſi grauedo præterea caput,aut præcordia,aut alias
partes,uel alia uiſcera detineat,tanta etiā erit,ut à conſuetis functionibus deſiſtere faciat.Cor-
poris etiā tumor,aut gracilitas,decoloratio,pigritia in motu,procliuitas in ſomnū,uigilia, non
ſufficiunt,ut ab actionibus,quibus ad uitæ munera peragenda egemus,detrahant, nec cibi ap-
petentia,uel nimis adaucta,aut omnino ablata: nam & hæc ambo ad corpus pertinent non in-
tegre ſanum:ſicut nimia ſiti torqueri,uel eius eſſe nimis expertem. Secundum ſtomachū etiā,
vel vētrem morderi,aut ſe laſſum ſentire:quippe hæc eſt ferè eorū formula,quæ illis cōtingūt,
qui procliues ſunt in morbos.Affectiones uero,quæ ea pariunt,per contraria(vt iam à nobis di
ctum eſt)ſunt corrigendæ,ſi tamen hæc res ita ſummatim tractāda eſt,ſed ſi particulatim trāſi-

* hæc omnia, q̃ ſequuntur, uſq; ad alterū aſteri ſcū deſiderantur in græc. cod. Aldino.

genda: omne exuberans vacuandum eſt, ut tamen prius diſtinguenda ſit exuberādi ratio: quā- E
titate ne, an qualitate, aut etiam utraq; ratione exuberet: &, quod deinde poteſt iterum ad natu
ralem ſtatum redire, per cōtraria alteretur: vt, quod craſſum lentumq; eſt, attenuetur: quod te-
nue, craſſius reddatur: ambo uero pariter concoquantur: obſtructiones præterea aperiātur, quę
toto ſui genere ſunt præter naturam, qualia uenena, uirusq; animalium, tum alterentur, tū eua-
cuētur. Alteratio autē per contraria fiat, quæ vel tota ſubſtātia aduerſantur, vel altera, vel vtra-
que qualitate: ſed euacuatio, per ea, quæ uim attrahēdi habeant. Cæterum hæc omnia, quibus
ſint peragēda remediis, ab ipſis affectibus petēdum eſt. Quia, ſi omnes pariter humores acere-
uerint, maxima atq; pręcipua eorum euacuatio erit per ſectam uenam: deinde uero per frictio-
nes, per exercitationes, per balneas, per inediam: nec alia etiam erit euacuādi ratio, quum ſolus
ſanguis modum exceſſerit: ubi autem flauæ, uel atræ bilis ſuccus, uel ſeroſus humor, opus qui-
dem eſt euacuatione, non tamen eodem modo, etenim ſi ea excrementa in primis uenis conti-
neantur, purgāda ſunt his quæ aluum cieant. Si in alijs, & tenuia, aquoſaq; fuerint, per urinam:
ſi bilioſiora, per purgatoria. Veruntamen poſſunt, & tenuia alui deiectione purgari. Sed quæ to
tum corporis habitum occupauerint, quum tenuia fuerint, aut ſudore, aut medicamentis, quæ
cuti applicita uim exiccādi habēt: quum uero bilioſa, primum quidem purgatione egent, mox F
& euacuatione per cutim. At, quum pituitoſus humor exuberauerit, ſi ſalſus ſit, purgandus eſt:
ſi acris, experiundum, an poſſimus, naturæ ad illum concoquēdum opē ferentes, alterare: & lō-
ge etiam magis, ſi dulcis ſit: erit.n. concoctu facilior. Porrò ad cōcoctionem cōducit quies, mo-
derata calefactio, cibi parcus vſus, boni tamen ſucci, potus uini parum calfacientis, exiguū ue-
ro calorem, & moderata frictio inducere ualet, & uſus præterea moderatus aquarum calidarū,
inſuperq; cibi, ac medicamenta temperate calefacientia. Obſtructiones remouent quęcunque,
uel eſculenta, uel poculēta, vel medicamenta attenuant. Verum, qua deinde ratione ſint harum
materiæ reperiendæ, aut iudicandæ, expoſuimus nos in eo libro, quem de facultatibus ſimpli-
cium medicamentorum, & in illo etiam quem de attenuante uictu inſcripſimus.

De arte, qua reficit conualeſcentes ex morbis. CAP. 20.

IAm igitur tēpus erit, vt ad illos, qui à morbis reficiūtur, transeamus: in quibus nulla cauſa,
nullusq; affectus præter naturam, ſed ſola eſt gracilitas, ſimulq; & viriū imbecillitas. Et pro-
inde, qui ſe hoc habent modo, in naturalem habitum reducentur, ſi moderatis cibis, & motio-
nibus reficiantur, & corroborentur. Et nos in libris de tuenda ſanitate, materias, quibus hi & G
alendi, & exercēdi ſint, explicauimus, ne tamen aliquid huic uideatur deeſſe ſermoni: non mo
do partis refectricis, quæ analeptice dicta eſt, ſed uniuerſi etiam ſalubris negotii methodus hoc
quoq; loco repetenda eſt. Primumq; cuiusnam ea ſit generis, nū ad id pertineat, quod præſen-
tia tuetur, vel eo tantum à parte curatrice differat, ꝙ in minimis quibuſdā corrigēdis uerſetur.
Si.n. corpus ſuum diutius ſtatum ſeruaret, nulla eſſet arte opus, quæ illi præeſſet: hoc quippe in
cauſa eſt, cur ſcientia egeat, cuius curæ demandatum ſit, quia uitiatur, nec in eodem ſemper ſta
tu perſiſtit. Nempe ſi ſolum hoc illi eueniret, ut in halitus diſflaret, & ſubinde inaniretur: cibus
potusq; defectum illum reficere poſſet: at, quia humorum copia, prauaq; præterea gignuntur
excrementa, exercitationibus egemus: earum.n. munus eſt ſuperfluentem quidem ſuccum eua
cuare, excrementa uero concoquere, & expurgare: ſi tamen cauſę omnes uitētur, quibus uitia-
ri poteſt ſanitas: refrigeratio inquam, æſtus, laſſitudo, cruditas, ebrietas, uigilia, mœſtitia, ira, fu-
ror, & alia omnia, quæ in eodem cum his ordine ſunt. Neque.n. ea ſigillatim recenſenda ſunt,
quum argumentum id, quod à principio eſt à nobis inſtitutum, iam ferè abſolutum ſit. Nam in-
ſtitueramus omnes partes medicinæ non quidem exacte diſquirere: ſed tantummodo mōſtra-
re, medicinam non ſecus, ac alias artes, ſuam à finis notione conſtitutionem eſſe ſortitam. H

Medicina quo nam in genere ſit artium effectiuarum. CAP. 21.

QVod tibi eſt à nobis confectum: reliquum eſt, ut uniuerſam medicinæ rationem per capi-
ta reſumamus, illiusq; cum cæteris factiuis artibus comparationem. Igitur medicina eſt è
numero artium factiuarum, non tamen ut ædificatoria; uel fabrilis, uel textoria: ſed ut ea
potius, quæ labefactatas ædes inſtaurat, vel dilaceratas ueſtes conſuit. Harum uero, ut monſtra-
uimus, duplex eſt cōſtitutio: nonnunquam.n. ipſe ſibi artifex exemplum confingit, quandoque
autem, quod exterius conſiſtit, contemplatur. Medicinam uero nos oſtendimus eſſe in hoc ſe-
cundo genere, vtpote, quæ minime ſibi ullum confingat exemplum, ſed omnia ex corporis diſ-
ſectione cōtemplatur, & ſubinde, ſi quid uitiatum ſit, corrigere conatur. Sed hoc differt ab aliis
artibus, quod maxima ex parte ſe naturæ operanti miniſtram præſtat: tamen medicus uniuer-
ſam eam contemplationem, unde ipſe excitatur, ut miniſter, correctorve euadat, ſimilem habet
cæteris omnibus factiuis artibus: qui & ſimilarium partium ſubſtantiam nouit, & modum ge-
nerationis inſtrumentariatum, pariterq; affectus inuenit, ſcoposq; præterea eorum curando-
rum inueſtigat.

GALENI ASCRIPTAE FINITIONES MEDICAE

Bartholomæo Syluanio Salonenſi interprete.

FInitionnm tractationem cum medicis omnibus, tum uel maxime introductitijs iuuenibus longe vtiliſſimam decreui, vt medicorum optime Teuthra cenſuiſti, colligere, ac ſcriptis mandare. Cum.n.medica ad vſum uitæ ars conferat, ſitq; ad hominum ſalutem inuenta, ac pulchra, nec pauca pręcepta cōtineat, neq; eam aſſequi facile eſſe uideatur, utiliſſimę erunt finitiones: vt quę multa docere paucioribus poſſunt. Optimum enim in artibus, ſcientijsq; omnibus genus docendi, id eſt, quod non uerboſa oratione, atq; in infinitum excurrente, ſed paucis contenta perbelle dignoſcitur. Veteres quidem, quique ante Hippocratem fuere, in quorum nos uolumina incidimus, nec aliqua finiuerunt, quæ ad artem pertineant, nec libros complures, ſed paucos admodum reliquere.

His igitur iure laus debetur, ꝗ animum applicuerint primi, ac uitæ emolumentum aliquod inuenire ſtuduerint. Poſt hos uero exortus Hippocrates medicinam literis prodidit, finiuitque

C eam | in libello de arte: ille nimirum, qui ſemper bonorũ auctor ac princeps fuit: cuius apud Non longe à principio.

Græcos omnes memoria in æuum durabit, quādoquidē publice eſt de omnibus benemeritus. Cæterum, qui ab ijs temporibus extitere, finitiones perſcripſerunt, tametſi ne ij quidē omnes.

Sedulam autē in ea commentatione operam nauaſſe uidentur ſectatores Herophili, & Apollonius Memphites, & prætera Athenęus Attalenſis: uerum hi quoque nec decenti uſi ſunt ordine, nec tractatum compoſuerunt, ſed in libris conſcripſere paſſim: nec ea præterea plene deſcripta ſunt: non.n.omnia, quæ ad medicinam ſpectant, finiuere. Porrò, quod uera commemoremus, licet dictorum uirorum libros euoluentibus diſcere. Nos uero longum ſermonē ingreſſi, finitionesq; à maioribus proditas ad uerbum deſcribentes, iuſtum ipſis imponemus ordinē: &, ſi quæ ab antiquioribus dictæ non ſunt, conficientes ipſi, conſtruentesque, ut tu quoq; operæprecium eſſe cenſuiſti, abſoluta collectanea cōcinnabimus. His ego bone Teuthra mihi perſuadeo nec fuiſſe iuuenibus inſtituendis, nec fore utiliora: atque hęc hactenus. Primum autem, neceſſe eſt, dicamus, quid ſit utiliſſimum, ac quid doctrinæ ordini maxime conueniat: & quid ipſa finitio ſit aperiamus: tum finitiones dehinc ſubnotandæ.

D Finitio igitur, ſeu græce ὅρος, ex non nullorũ ſententia eſt oratio, quæ, quale ſit illud, de quo ſermo eſt, declarat. Finiri autē & hoc modo poteſt. Finitio eſt oratio mentis cōceptionis. Quidā ſic quoq; finiuerunt, Finitio eſt oratio, quæ perfectionē per reſolutionē adipiſcitur. Finitio eſt, ꝗ nos breui ſubmonitione in rerũ uocibus ſubiectarũ notionē ducit: uel, Finitio eſt oratio, quę ipſum eſſe declarat: uel oratio, quæ nobis intelligētiā rei indicat ac palàm facit. Diffinitio uero, quam ſcilicet Græci ὁρισμὸν uocant, eſt rei, quæ uelut uniuerſaliter dicitur, ſed uniuerſalis non eſt, per appoſitionem ad uniuerſale deductio. Deſcriptio eſt oratio, quæ rudius, ac quadam ueluti forma ad declarandæ rei notitiā introducit. Alii ſic, Deſcriptio eſt oratio, quæ res per rudē imaginem repræſentat. Scientia eſt cōprehenſio certa, & firma, neq; à ratione decidua: licet & hoc modo finias: Scientia eſt habitus, qui opinionem prębet ex uiſionibus haud ab ratione deerrantem. Ars eſt cōprehenſionum globus commeditatarum ad finē aliquem rerum, quæ ſunt in uita, perutilem. Vel ſic, Ars eſt cōmeditatarũ globus cōprehenſionum ad vnũ finem relationem habētium. Hippocrates | in libello de arte medicinam ita finiuit, quā primus quoq; medicinā nominat: eſſe.n.inquit à morbis prorſus uindicare laborantes, & morborum obtundere uehementias, & morbo profligatis manum non admouere, intelligentes compotē | non | eſſe horum omnium medicinam: plures hoc pacto finiuere, Medicina eſt ars, quæ præeſt ſanis uictus Ibidem.

ratione regendis,atq; ægrotis curandis . Secta, eſt decretorum multitudinis aſſenſio artificioſe E
conſtructorum,atq; ad vnum finem relationem habẽtium.aut ſic: Secta eſt decretorum multi-
tudo,quæ tum ſe mutuo conſequuntur,tum cõſequi apparent,aut putãtur . poſſit & ita quiſpiã
dicere:Secta,eſt dogmatum multitudinis conſenſus,quę ſe inuicem,& apparentia conſequun-
tur,aut conſequi exiſtimãtur:inuenitur & finitio huiuſmodi quædã: Secta,eſt aſſenſio dogma-
tum multitudinis,quæ tum ad ſeipſa,tum ad apparentia cõſequentiã habent. uel ita : Secta, eſt
aſſenſio ex dogmatum multitudine,ſequelã inter ſe ad vnum finem habentium. Decretum ſeu
dogma,partim proprie,partim cõmuniter dicitur:cõmuniter,rei conſenſio in actu:proprie aũt
magis rationalis ſecta dogmatica uocata eſt.Medicinæ ſectæ duæ ſunt primæ,Empirica, & Ra-
tionalis,& tertia Methodica.Quartam autẽ ſectã inueniſſe uidetur Agathinus Lacedæmonius,
quã græcè ἐπισυνθετικὴν,quaſi ſupercõpoſitiuam dixeris,nominauit: nonnulli uero * Hecticen.i.
habitricem,appellarunt.Eſt Empirica ſecta earum rerum,quæ ſæpiſſime numero, ac ſecundum
idem,atq; eodẽ pacto quodãmodo uiſæ ſunt.Rõnalis aũt ſecta rerũ abditarũ ſcientia,atq; ope-
ribus cõſtat,quæ hãc in medendo cõſequunt̃.Methodica, eſt rõ, quæ ab apparente progredit̃ ,
& incomperti comprehenſionem facit: ut, ſi ſunt ſudores,ſunt exigui cutis meatus : apparens
.n.res ſunt ſudores:eſſe autem meatus incompertũ eſt.Syllogiſmus,eſt ratio,in qua poſitis qui- F
buſdam aliud quidpiã ab iis,quæ poſita ſunt,quod ante ignorabatur,per neceſſitatem colligit̃ .
Epilogiſmus,eſt ratio,quæ id,quod ab intelligentia diuertit, infirmam certãq; notitiã adducit̃.
Speculamen,ſeu potius græce Theorema,res eſt uniuerſalis,quæ medicinæ fini conſequens po
nitur:vel proloquium uniuerſale medicinæ completiuum.uel Theorema,eſt id, cuius cõtrariũ
raro euenit.Opinabile anceps,quod græci ἀμφίδοξον uocãt,eſt id,cuius perinde euenire contra-
rium poteſt.Finis,eſt cuius gratia res medica adminiſtratur.aut hoc modo:Finis,eſt id ad quod
quæcũq, medicæ artis ſunt,referũtur.ſic quoq; finias licet:Finis in medicina.i.quod ſi aſſequuti
fuerimus,nihilo præterea egemus.Conſummatus medicus eſt is, qui in ſpeculatione, & actio-
ne numeros omnes expleuit.Optimus eſt,qui omnia in medicina recta agit ratione. Homo, eſt
animal rationale mortale,mentis capax,& ſcientiæ. Animal,eſt ſubſtãtia animata ſenſu prædi-
ta,quæ impetu mouetur ac voluntate.Anima,eſt ſubſtantia incorporea,quæ per ſe,ex Platonis
ſententia,mouetur.Stoicis uero,corpus tenuium partium , quod ex ſeipſo pro ſeminis moueẽ
rationibus.ut autẽ opinio fert Ariſtotelis,entelechia ſeu perfectio inſtrumentarii corporis phy
ſici uitam facultate obtinentis.Corpus eſt magnitudo triplici dimenſione cõſtans:quippe cum
longitudinem in ſeipſo,& profunditatem,& latitudinem habeat . uel magnitudo ex ſpatiis tri- G
bus conſiſtens.Elementũ,eſt,ex quo primo,& ſimpliciſſimo progenita omnia ſunt , & in quod
ſimpliciſſimum reſoluentur.Athęneus uero Attalenſis in tertio uolumine ita inquit , Elementa
medicinæ,uti nonnulli arbitrati ueterum ſunt,calidum,& frigidum,& humidum,& ſiccum: ex
quibus homo primis apparentibus,& ſimpliciſſimis minimiſq; eſt conſtitutus,& in quę ultima
apparentia,& ſimpliciſſima ac minima reſolutionem capit.Elementatio, eſt eorũdem doctrina
ſecundum idem eodemq; modo.alii ſic:Elementatio,eſt forma*ab elementis ad finem.Cõſtant
corpora noſtra ex ſolidis,& humidis,& ſpiritibus.Solida ſunt oſſa, chartilagines,nerui,muſcu-
li,uenæ,arteriæ,& quæ in contectu ſunt uiſcera.Humida,humores,& excrementa.Spiritus ue-
ro,natiuus calor eſt in corde ſitus.Anatome,hoc eſt diſſectio confectione, abditarum partiũ
ſpeculatio eſt. Confectionis ſpecies duæ ſunt,altera,quam de induſtria aggredimur:altera,quæ
caſu euenit:per induſtriam cõſtat ea,quam tradunt dogmatici partium occultarum gratia, uel
in uiuentibus,uel in mortuis:& uel in totis,uel in partibus: caſu euenit,ex iis,quæ cõtingũt , ut
ex uulnere magno accepto:ſoli autem hac utuntur empirici.Chirurgia, eſt intrepida,tũ manuũ
celer motus cũ experientia.uel actio in medicina per manus artificioſa, conuenientis finis cõ-
pos.Pericrania,membrana eſt neruoſa totam caluariã complexa. Meninges,ſunt, quæ cerebrũ H
ambiunt corpora neruoſa arterioſaq;.Cerebrum eſt album,molle,uelut è ſpuma quadam con-
cretum,humidum & calidum.Cerebellum,ſecundum locum à cerebro obtinet, ſimilis cum eo
naturæ,ac coloris.Dorſi medulla cognata cerebro eſt,cæterũ pinguior,candidiorq;.Oculi,ſunt,
qui ex quatuor conſtãt tunicis,neruoſi,ſenſum obtinentes ſubiectorum colorum , magnitudi-
num,ac figurarũ.Aures,neruoſæ,& chartilaginoſæ,quę uoces earumq; differẽtias ſenſu diiudi-
cant Nares,neruoſæ,chartilaginoſæq; ſunt,odorum perceptrices. Lingua,uenoſa eſt,& carno-
ſa,ſuppinguis,ſaporum guſtatrix,adiutrix deglutiendo alimento . Larynx,chartilaginoſus eſt ,
per quem ſpiritum attrahimus,uoci concinnandæ alioqui deſeruiens.Pulmo,eſt arterioſus, ex
leuigatis,aſperiſq; cõſtans arteriis,fungoſior,reſpirandi inſtrumentum. Thorax,eſt ex uenis,&
arteriis,& neruis ad reſpirationem incitandam à natura conſtitutus. Cor,neruoſum,muſculo-
ſum,uenoſumq; eſt,habetq; arterias,coni figuræ,ſuppingue,ex quo arteriæ exoriuntur , ac ue-
næ,per quas ſanguis,ac ſpiritus immittũtur.Septum tranſuerſum,eſt neruoſum,uiſcera, quę in
thorace ab iis,quæ ſub thorace ſunt,diſpeſcens ac ſeparãs. Iecur ſubſtãtia uenoſum eſt,& cali-
dũ,ac ſanguine affluẽs,primãq; generationẽ ſanguinis plurimã molitur:uentriculo quoque ad
concoctionem obeundam præſtò eſt,ſua ipſum propinquitate cõcalefaciens.Lien,uenoſus eſt,

arterioſusq;

*Nonnulli græci codices habẽt ἠλεκτρικὴν, id eſt electricem.

*Forte μορφὴν, i. forma legẽdũ εἶδος, id eſt uia.

A arterioſusq;:qui cũ tenuia vaſa,atq; inter ea cauitates multas obtineat,ob id rarus,laxusq; eſt.
Stomachus,neruoſus eſt,& arterioſus,inſtrumentum appetitus,ac deuorationis: uel etiã meatus humidi,ſicciq; alimenti. Ventriculus,neruoſus,alimenti humidi,& ſicci receptaculũ eſt, ad id cõcoquendũ pparatus.Inteſtina,neruoſa ſunt,alia ad excipiendum,alia ad excernendum recrementum pgenita.Renes,carnoſi ſunt,carne cõſtãt friabiliore.Iſthmi humidi excrementi,ac ueluti lacunæ à natura cõditi. Veſica,eſt neruoſa,humidi recrementi conceptaculũ,eiuſdemq; excernendi inſtrm.Teſtes,carnoſi,perfragilesq; ſunt,humidi & calidi , meatibus cõtenti ſeminis,qui paraſtatæ à Græcis dñr,cõcoctioni opitulãtes.Paraſtatę,ſunt(quaſi latinè aſtites nominent)qui ex uena,& arteria cõſtãt in unã naturã cõſertis,ſemen cõfouentes . Matrix .i. uulua , foris neruoſa eſt,intus carnoſior,uas fœtus geſtãdi.{hæc à græcis ὑστέρα quoq; appellatur, quòd ὑστέρα.i.poſtrema ſit partium oĩum.}Excretio,eſt delatio excrementorum corporibus adhęrentium.Stercus,eſt expurgamentum alimenti in cõcoctionis,digeſtionisq; cõſummatione diſcretum.Vrina,eſt ſuperfluitas excolata ſanguinis in magna uena,quæ per renes, & ureteras in ueſicã delabiť.{aliter,Vrina,eſt excrementum,qđ in iecore gignitur,diſcernitur in renibus, p ureteras in urinariã ueſicã deriuatur, excerniturq; inde per eius collum, οὐρήθρα nomine Græcis
B appellatum ex eo,ꝙ per eã urina deferatur.Efficiens cauſa eſt urinæ, ſanguinis generatio in iecore * ſupprimitur,vel per ſanguinis in grumulos concretionem , uel ꝙ genitaliũ meatus cõcidat ac cohæreſcat,uel ob renum conſenſorium affectum,uel propter ulcerationem. Vrinæ ſuppreſſionis appellatio prima.eſt iſchuriaſis,cũ urina retinetur:ſecunda, dyſuria,in qua urina quidẽ fertur,ſed cum difficultate:tertia,ſtrãguria,ex eo dicta,ꝙ urina στραγγουδὸν.i.guttatim deſtillet.} Humores quatuor ſunt,ex quibus aĩal cõſiſtit,ſanguis,pituita,biles duæ , flaua, atraq; : hæc.n.etiã elemẽta corporis medicorum filij uocãt:qñquidem ſanguis,calidus, humidus, dulcisq; eſt:pituita,frigida,humida,ſalſa,glutinoſaq;:flaua bilis, calida, & ſicca, acrisque,ac mordax:atra uero,ſicca,frigida,acida,atq; grauiſſima.Sãguis calidus eſt,& humidus,in uenis copioſus,in arteriis paucior,ex quo alitur aĩal.Pituita,frigida eſt,& humida , ad ciborum deuorationẽ,& articulorũ motum à natura ſubiecta.Bilis flaua,calida eſt, & ſicca, ad ſtomachi robur, ac vẽtris excretiones cõparata:Bilis atra,frigida eſt,& ſicca,vti diximus , & acida, & grauiſſima : ſedem habet in liene:miſta aũt in ſanguine eſt:itaq; ab eo ſecernitur,ne craſſus,ignauus, ac digeſtu difficilis reddatur.{Quatuor pterea melãcholici humoris differentiæ ſunt:primus eſt elementarius:dein qui ex ſuperaſſata flaua gigniť bile,quẽ bituminoſum quoq; nominamus, ꝙ bi
C tuminis iuſtar ſplendeat,& q ex terrificata,ſeu putrefacta pituita oritur,& qui ex fœculẽto ſanguine cõſiſtit.Bilis flauæ ſex diſcrimina habenť:bilis elemẽtaria,uitellina,glaſtea,porracea,ęruginoſa,& pallida.Pituitæ differentiæ,dulcis,ſalſa,& qualitate carens.Humores itẽ tribus modis in uẽtriculo degunt:nã aut innatãt,aut imbibunť,aut inducuntur. { Mucus,eſt expurgamentũ cerebri,quo pars aĩæ princeps leueť.Sudor,eſt tenuis , ac ſeroſæ colatura humiditatis ſanguini immiſtæ.Vena,eſt uas ſanguinis,& ſanguini cõtemperati ſpiritus natiui,neruoſa,humida,& calida,ſenſum obtinens.{habet tñ ſanguinis plus,natiui ſpiritus minus.} Arteria,eſt uas ſanguinis paucioris,purioriſq;,& cõtẽperati ſpiritus genuini copioſioris,ac tenuioris, calidior & ſiccior, ac ſentiẽtior,q̃ uena,pulſatili motu prædita.{Aliter,Arteria,eſt corpus cauum, duplici cõſtans tunica, * ſpiritũ uitalem ſuppeditãs:excipit & purum aerem,dum attollitur , & cor, ac naturæ calorẽ refrigerat:dum uero cõtrahitur fuliginoſa,ac fumoſa excernit recrementa. Vſus igitur pulſus is eſt,ut per aerem refrigeret:aeris quoq; ipſa ſubſtãtia,ꝙ ſpiritui noſtro addať,generatio,additioq; eſt ſpiritus animalis.}Neruorũ tres differẽtiæ ſunt:qui.n.ex cerebro, & dorſi oriuntur medulla,ij pprie nerui:qui ex muſculis,tẽdones:qui uero ex oſſibus,ligamenta appellantur.Nerui,qui à cerebro,eiusq; mẽbranis cões expullulant,ſicciores uenis, ac minus calidi,
D & arteriis ſentiẽtiores ſunt,ac uoluntarios motus abſoluunt:qui aũt ex oſſibus prodeunt, articulos,& corporis membra colligãt,ac cõtinent.Muſculi,ſunt neruoſa corpora,permiſta iis etiã carne,ad partium corporis motum procreati.Perioſteæ membranæ,ſunt inuolucra tenuia , fibroſa,uelut indumẽta oſſium à natura cõditæ. Pinguedo,eſt affuſio alimẽti , circa membranas maxime cõcreſcẽs,ſenſu carẽs.Caro,cõcrera ex ſanguine eſt,humida,& calida, mollitudinẽq; corpori adhibens.Medulla,in oſſibus eſt,eorum cauitatibus cõtenta,pinguis,ac ſenſu uacans . Chartilagines,corpora ſunt terroſiora,ac ſenſus expertia.Oſſa,ſunt corpora ſicca,& terreſtria, & frigida,nec ſenſum obtinentia.Dentes,ſunt,qui cibum diuidunt,atq; cõficiunt,nõnihil & ad uocis articulationem conferentes.{Vraniſcus.i.paruum cęlum,quod latine palatũ dicitur, pars eſt oris ſuperior,à cœli ſimilitudine nomẽ accipiẽs.Gargareo,ſeu columella, carũcula eſt à faucibus dependens,uocis inſtrumentum.Præſepiola,ſiue alueoli, ſunt cauitates oſſiũ , in quibus dentes firmãtur.}Vngues,ſunt neruorũ terminatio,decoris gr̃a pgeniti, ac quo facilius q cquã ſit apprehẽdere digitis.Alii ſic,Vngues,ſunt cutis cõcretio ſicca,& frigida,ac ſenſus impos.Pilus,eſt corpus frigidũ,& ſiccũ,ſine ſenſu,ad tutelam,ornatumq; genitus: {ornamẽti quidẽ gratia,in capite,& mento:in genis aũt,& ſuperciliis,ad uſum:oriũtur in capite plurimi,ob cutis ſiccitatẽ,ac fuliginoſorũ copiã excrementorum, quæ ſurſum ab infernis partibus ad ea loca mit-

tuntur. Denſantur porrò his de cauſis in ætate vigentibus, tum ꝙ excrementorũ copia præditi E
ſint, tum ꝙ cutis meatibus cõſtent amplioribus: nec ſit in ijs cutis arida nimis, vel mollis: cõtra
vero in pueris, q̃m nec fuliginoſorũ excrementorũ ſubeſt multitudo, neq; facti ſunt in ijs mea-
tus: magisq́; ob anguſtiam id genus meatuum. Cæterum calueſcunt hoĩes duabus de cauſis, ob
ſiccitatẽ exuperantẽ, ac pilis conuenientis alimenti defectũ. ⁋Cutis, eſt corpus neruoſum, ambi
tũ corporis honeſtamenti gratia totũ operiens, ac noxijs cauſis arcendis procreatum. Semen,
eſt uis in humido cõſperſa, rõnem huius cõtinẽs: quæ vis, ſi cõgruas nãciſcatur rões, atq; ma-
terias, in hoĩs generationẽ explicaẽ: vel aliter hoc modo: Semen, eſt humor in vaſis, quę à teſti-
bus exoriũtur, cõtentus, calido ſpiritu cõſtans, ex quo naſci hoĩem licet: vel, Semen, eſt ſpiritus
calidus in humido, qui ex ſeipſo moueẽ, ac gignere tale poteſt, quale id, à quo emiſſum eſt. ⁋ vel
auulſum materialis aĩæ partis cũ ſpiritu humido. ⁋ Zeno aũt Citieus ita finiuit: Semen eſt hoĩs
abſtractum, ac maiorũ miſtura, qđ homo cum aĩæ parte humida trãſmittit, vtiq; tale exiſtens,
quale id, à quo excretum eſt. Natura, eſt ignis artificialis, qui uia in gñationem tendit. ⁋ moue-
turq́; ex ſeipſo efficaciter⁋ſiue, ut Plato inquit, ars diuina, ⁋vel, Natura, eſt vis, quæ ex ſeipſa mo
ueẽ, auctor formationis, generationis, perfectionisq́;. ‖ Dicitur natura & vniuſcuiuſq; rei tem-
3. Apho. 2: Ex. peramentũ, atq; habitus: motus quoq; per impetũ excitus, &, quę animal moderaẽ, facultas na- F
or. 20. 6. Epid. tura nuncupaẽ à phyſicis viris, Hippocrate, inquã, & Galeno, vtiq; naturæ, ac medicinę peritiſ-
cõ. 5. tex. 3. cl. 3. ſimis. ⁋Natura itẽ, eſt ſpiritus calidus, qui ex ſeſe pro ſeminarijs rationibus mouetur, quiq́; in p̄-
287. f
Ibid. tex. 2. fol. finitis certisq́; tẽporibus, ac magnitudinibus hoĩes generat, perficit, atq; cõſeruat. Habitus, eſt
288. f. Et lib. de ſpiritus cõtinens partes, ac cohibẽs. Appetitus eſt⁋cibi, & potus⁋deſideriũ, inquiſitioq́;. Deuo-
alim. poſt me. ratio, eſt ſolidi, & humidi in uentriculũ attractio, q̃ à ſtomacho fit: vel hoc pacto: Deuoratio, eſt
ingeſtio humidi, ſolidiq́; alimenti, quæ ex ore per ſtomachũ in ventriculũ fit. Cócoctio, eſt mi-
ſtio, & ſuccatio, velut elixatio alimẽti in uentriculo, atq; inteſtinis, in digeſtionẽ ꝑ mutationẽ
abſoluta. aliter: Cócoctio, eſt cõfectio alimẽti ꝑ mutationẽ in uẽtriculo, & inteſtinis. vel ſic: al-
2. Aphor. 15. Ex. teratio prõpta ad ſanguinis generationẽ, q̃ à natura fit ꝑ caliditatẽ, elixationi ſimilis. ‖ Conco-
ord. fol. 8. a ctiones alimẽti fieri putat Hippocrates à calido innato: Eraſiſtratus contritione, & molitura, &
amplexu uẽtriculi, & adſcititij ſpiritus ꝓprietate: Empedocles aũt putrefactione: alij, quẽad-
modũ & Aſclepiades Bithynus, ex crudis fieri digeſtiones affirmarũt: idẽ quoq; aĩam eſſe q̃nq;
ſenſuũ exercitationẽ dixit. Sãguificatio, eſt mutatio alimẽti in ſanguinẽ. Digeſtio, eſt cócocti, &
cõſecti, & in ſanguinẽ cõuerſi alimẽti in corporis particulas oẽs, & partes attractio, quã natiuꝰ
calor moliẽ: q̃dã hoc modo: Digeſtio, eſt cócocti alimẽti in totũ corpus attractio, quã naturalis G
obit calor, cũ ꝓpria mutatione, cõſectioneq́;. Auctio, eſt ꝓfectus corporũ in lõgitudinẽ, latitu-
dinẽ, & ꝓfunditatẽ. Nutricatio eſt additio, q̃ corporibus ĩ circuitũ, ac latitudinẽ fit. Aetates qua
tuor ſunt, prima iuuenũ, ſecũda vigentiũ, tertia mediorũ, quarta ſenũ. Iuuenes, tẽperatura, cali-
di, & humidi ſunt, ac ſimiles veri: Vigentes, calidi, & ſicci, eãdem cũ æſtate temperaturã adepti:
Medii, frigidi, & ſicci autũno cõſimiles: Senes, frigidi, & humidi, ac ſimiles hyemi. Redũdat ſan-
guis iuuenibus: flaua bilis uigẽtibus: mediis atra: pituita ſenibus: q̃m innatus calor eſt iuuenibꝰ
multus: vigens uigentibus: medius medijs: ſenibus pauciſſimus. Iuuẽta, eſt, in qua augeſcit aĩal,
calore atq; humore in ipſo incremẽtũ capiẽte: quo tpe, & æqualia alimẽtis delibamenta ſunt:
aut eo, qđ deſit, plus eſt, quod adgigniẽ. Vigor, eſt ætas, in qua auctũ, ꝓfectumq́; animal eſt, ab-
ſolutis in eo calore, atq; humore, parẽq́; ijs, quæ dimanant, cũ iis, quæ ingerunẽ, modũ obtinẽ-
tibus. Senectus autẽ, eſt ætas, in qua diminuiẽ aĩal, ac deficit, decreſcẽtibus in eo calido, & hu-
mido, frigido aũt & ſicco augeſcẽtibus. Reſpiratio, eſt motus thoracis, & pulmonis: eius partes
ſunt expiratio, & inſpiratio: uel hoc modo: Reſpiratio, eſt attractus aeris per os, & nares in cere
brum, & in cor ꝑ fauces, atq; pulmones: eius uero aeris nonnihil, & in uentriculũ aduenit: atq;
ex accepto portio q̃dam exigua in aerẽ ambientẽ retribuitur. Perſpiratio, eſt attractio aeris p̄- H
ter uoluntatem, à naturali calore per cutem ſimul cum demeãtibus facta: aliter, Perſpiratio, eſt
aeris ex corpore attractus cum naturali appetitu per totum corpus, & rurſus per uias ac mea-
tus excretio. Pulſus, eſt cordis, & arteriarum naturalis dilatatio, atq; contractio: ſunt autẽ par-
tes pulſus dilatatio, & contractio. uel ſic: Pulſus, eſt cordis, & arteriarũ, & cerebri, eiusq́; mem-
branarum naturalis, ac præter uoluntatem motus, per dilatationẽ, cõtractionemq́;: potes & ita
finire: Pulſus, eſt caloris, qui in corde, & arteriis cõtineẽ, naturalis motus, nec à uoluntate profi
ciſcens. ⁋alii ſic: Pulſus, eſt cordis, atq; arteriarum naturalis per dilatationem, ac contractionem
motus, ad innati caloris refrigerationẽ, & uitalis incremẽtũ roboris, & aĩalis ſpiritus gñationẽ.
vel, Pulſus, eſt uerax eorũ nuncius, q̃ in profundo deliteſcunt, & uates obſcurorũ, & incertorũ
index, motu cócinno, ac muſica percuſſione diſpoſitionem p̄nunciãs inuiſibilẽ. Pulſus autẽ ge-
nus, eſt motio, q̃ nec ſedari poteſt, nec à uoluntate ꝓgrediẽ, in ſempiterni motus diſtentione,
ac contractione cõſiſtens, atq; in corde, & arteriis principiũ obtinens. Arteria uel circulariter
moueẽ, vel in rectum: cõſtat in orbem nõ moueri: ꝙ autẽ neq; in rectum agaẽ, hinc planè noue-
ris: à loco in locum demigrãt, quæcunq; in rectum moueñ: finẽmq́; obtinent motionis: non er
go in rectum mouetur: ꝙ, ſi cum duo ſint motus, neutro cicatur, non igitur mouetur: at enim
mouetur:

A mouetur:atq; miſto dicimus motu agitari,circulari,& recto.Porrò,an miſta huius motio ſit,rõ
nabilis demonſtratio eſt centrum:centrum appello medium punctũ,à quo ſeſe dilatans arteria
foras erumpit,& ad quem rurſum ſe cõtrahens redit: hac igitur ratione moueri in rectum uide
tur:ex eo aũt,ꝙ in orbẽ perpetuo agatur,ſpẽm nobis inuehit circularis motionis.Motio ſex mo
dis cõficitur,per gñationem,corruptionẽ,augmentũ,decrementũ,alterationẽ,atq; à loco in lo
cum translationẽ.Pars princeps animæ eſt ea, quę toti pręeſt animãtis gubernationi, in cerebri
penetralibus,ac baſi conſtituta:quidã hoc modo; Pars animæ princeps,ea habetur, quę parti-
bus aĩæ præeſt,ac ueluti regina dominatur,atq; imperat,& in cerebri baſi ſedem obtinet. Pars
aũt ſamulatrix,principi ſubdita eſt,atq; ancillar̃,in reliquo corpore collocata.Sẽſus,eſt affectus
animæ per corpus,nũcius rei,quæ mouere idonea eſt:eſt enim ſenſus agens facultas. Senſoriũ,
eſt inſtrumentum,qđ ſenſum aliquem creditum habet.Sẽſibile,quod ſub ſenſum cadit. Sẽſu ue
ro præditũ,eſt ipſum id,quod ſentit:uerbi gratia ſenſus,eſt uiſus,guſtus,olſactus, ac ſenſus reli
qui:ſenſorium,uel oculus,uel naſus,uel lingua,quæ & ſentiendi inſtrumenta nũcupantur:ſenſi
le,lignum,uel lapis,uel paries,uel columna,& quęcunq; ſenſibus ſuccumbũt:ſenſus aũt cõpos,
Theon,& Dion,& quęcunq; ſentiunt animalia.Senſus quinq; ſunt,uiſus,auditus,guſtus, odora
B tus,tactus.Miniſtrant porrò hi,famulanturq; animæ,ut Aſclepiades Bithynus affirmat, qui pro
inde animam eſſe quinq; ſenſuum exercitationẽ dixit. Viſus eſt, qui fit per oculos, cõtẽperato
in ipſis tenui ſpiritu,pupillæ locũ potiſſimũ obtinente, ꝑ quẽ uiſoriæ apprehẽſiones fiũt. ; uel,
Viſus eſt facultas aerię ſubſtãtiæ, ſplendoris ſpeciẽ reſerens. Cõtuitus aũt,actiuus eſt.; Auditus
obitur ꝑ ſpiritũ auribus tẽperanter inſertũ,ſicciorẽ magis,ꝗ tenuiorẽ,quo auditorię apprehẽ-
ſiones efficiunr̃.Olſactus abſoluir̃ ſpiritu in naribus contento uliginoſo,halituoſioreq;, ꝑ quem
olfactilium fiũt apprehenſiones.Guſtus eſt,ꝗ fit ſpiritu linguæ inſito magis humidiore. Tactus,
eſt,qui per ſpiritum corpus permeantem perficitur,quo apprehenſiones fiunt corporeæ. Trãſi-
* tiuus motus eſt animalium,qui per appetitionem fit,parte nimirum animę principe auctore,ſpi
ritu uero,qui cum neruis extenditur,trãſſerendis membris ſubminiſtrante. Vox eſt,quæ fit per
principis animæ motum,ſeſe ac ſpiritum ſimul per fauces uſq; in pulmones,& linguã extendẽ-
tis,nẽpe iis uicinum aerem diuerberantibus.Memoria,detentio,cõſeruatioq; in anima eſt earũ
rerũ,quas antea obſeruauimus:non nulli hoc modo; Memoria,eſt præteriti cõprehenſio,cuius
præſens fuit ex ſenſu perceptum. Recordatio eſt, cum ꝑ̃ter cætera ſpatio multo tẽporis interue
niẽte rurſus cogitatio oritur adeo,ut,quæ prius aĩum mouere,ad memoriã,reuocentur. Sõnus
C eſt remiſſio aĩæ ſcđm naturã à finibus ad principatum:uel Somnus,eſt aĩæ delatio ſcđm naturã
à finibus ad principium.; alii ſic:Somnus,eſt quies,uacatioq; ab animantis actionibus:conciliat
hunc utilis materia,quæ ex ſtomacho in cerebrum colligitur,quæq; magis humidior,ac medio
criter calidior eſt.; Vigilia,eſt intẽſio animæ à principio ad corporis partes omnes, atq; particu
las.Sanitas eſt primotum,quæ ſecundum naturam,aut humorum, qui in nobis ſunt proba tem-
peries,aut naturalium uirium actio minime impedita:uel,Sanitas eſt commoda quatuor elemẽ
torum temperatura:conſtat nanq; animal ex calido,frigido,humido,ſicco:quidam hoc pacto:
Harmonia,ſeu concinnitas conſtituentium hominem calidorum, frigidorum, humidorum, ac
ſiccorum.Accidunt porrò ſanitati pulchritudo,bonus habitus,ĩtegritas. Pulchritudo quidem,
non qualis comptricis artis per faciei illinimenta,capillorumq; infecturam,ac ſimilia uendica-
tur:Bonus habitus,non qui à gymnaſtica,ſed qui per ſanitatis conſequentiam conſtituitur:In-
tegritas uero,eſt cunctarum partium numeris omnibus abſolutarum roboratio, commenſura-
tioq;.Quibus itaque adeſt pulchritudo,iis bonus color, proportio membrorum, ac concinitas
ſuppetunt:eſt enim pulchritudo, proportio membrorum cum coloris ꝓbitate. Sanitas à bono
habitu eo differt,ꝙ ſanitas bonus habitus eſt commoderatus, habitus autem bonus ſanitas in-
D tenſa:bonus uero exercitatorum habitus ne ſanitas quidem eſſe poteſt.Corporis uirtutes, ſunt
ſanitas,robur,pulchritudo,ĩtegritas.Animi uero,prudẽtia,modeſtia,fortitudo,iuſtitia. Sanitas
portò modeſtiæ proportione reſpondet:eſt enim ſanitas,bona primorum temperatura, conſti
tutio:modeſtia autem,eſt purum ab omni affectu animum reddere,nempe uoluptate,metu, tri
ſtitia,libidine:quam ob cauſam animi motus imperturbatos tranquilloſq; exhibet:eſtque hæc
animæ conſtitutio,ac ſanitas. Rurſus proportione robur corporis, animi fortitudini conſentit:
eſt enim robur,firmitas,ac uis inexpugnabilis corporis ab iis rebus,quæ corrumpere corpus cẽ
ſentur.Fortitudo,animi robur,& ſtrenuitas ad ea perferenda,quæ mortis,laboris,ærumnæ, ac
denique omnium,quæ grauia,& terribilia eſſe uidentur,ſpeciem impenſius præſeferunt. Simi-
lis autem iuſtitia rurſus pulchritudini uidetur: pulchritudo nanq; in membrorum ſymmetria
cum coloris bonitate intelligitur:iuſtitia autem, in eius commenſuratione, quod in re quaque
exuperat:cuique enim pro dignitate tribuit,ut diis,parentibus, cognatis,amicis,familiaribus,
ciuibus.Prudentiæ uero integritatis confertur:hæc enim corporis membrorum: prudentia au
tem, rectarum animi comprehenſionum conſummatio eſt.Secundum naturam ſanitas eſt.Præ
ter naturam morbus. ;Quod autem eſt natura,id nec ſecundum naturam, nec præter naturam
iam eſt: ut gracilis admodum,ac ſiccus:uel craſſus iam,& præpinguis:uel qui naſo eſt adunco,
aut ſimo:uel cæſiis oculis:uel qui uarus, aut uatia eſt nã, qui ita ſe habent; non ſunt ſecundum
naturam

naturam affecti:nam ſymmetriam euaſere:uerum nec præter naturam rurſus, nō enim impe- E
diuntur functionibus adminiſtrādis. Eſſe autem non natura eiuſmodi eſt,ut neq; ſecundum na
turam,neque pręter naturam neque natura exiſtat:tales ſunt uitiliginoſi,aut acrochordonibus
myrmeciisve, ac ſimilibus præditi: hæc enim neque ſecundum naturam ſunt mala, ſiquidem à
naturali ſtatu exceſſere: neque uero præter naturam , cum naturales minime impediant actio-
nes: uerum neque natura ſunt: non enim ea fuere à principio genita,neque à prima generatio-
ne conſtitere:non natura ergo ut ſint,relinquitur. Enimuero, quod conſtat natura,ei, quod ſe-
cundum naturam:& quod non natura, ei, quod præter naturam habet, ratione proximum eſt.
Partes itaque ad uiuendum progenitæ propriæ ſunt cerebrum, cor, pulmo,iecur, uentriculus:
offenſis enim iis animal protinus,aut poſtmodum interit:ad commode autem uiuendum,ac ci
tra moleſtiam,doloremque,oculi,manus pes,& partes corporis reliquæ,hæ nanque ſi affician-
tur, uiuit animans quidem,at minus fœliciter uiuit. Aegrotatio, quæ Græcis νόσος uocatur, eſt
primorum intemperies , quæ ſecundum naturam conſiſtunt : uel intemperies inſitorum nobis
humorum,uel naturalium facultatum præpeditio:uel uerſura corporis ex eo,quod ſecundū na
turam eſt,in id,quod ꝑter naturam ſe habet:uel Aegrotatio,eſt primorum intēperies,in qua ſic
cum,aut frigidum,aut calidum,aut humidum præualet. Aegrotationi opportuniſſimę conſtitu F
tiones corporum ex partibus conſtant temperatura contrariis : quemadmodum optimę corpo
rum ſtructuræ ſunt quidem ex inſtrumentalium ſymmetria, ſimilarium autem proba temperie
cōſtitutę. Affectus eſt impeditio functionis alicuius naturalis,aliquarumve. Herophilei hoc mo
do, Affectus eſt,qui non ſemper eodem tempore ſoluitur,ſed in breuiore quādoque,interim &
longiore. Morbus,quod Græci νόσημα appellant,eſt habitus ægritudinarius totius corporis, aut
partis. Morborū alii acuti ſunt alii peracuti,alii diuturni, quidā cōtinui, quidam intermittētes.
Acuti ſunt phrenitis,lethargus,pleuritis,peripneumonia,febres ardentes, continentes tertia-
næ. Peracuti,ſynāche, cynanche,apoplexia,cholera,tetanus,& his ſimiles. Diuturni,tabes,re
nū morbus,articulorū,aqua inter cutem,marcor,comitialis morbus,& ſimiles. Cōtinui, hemi
tritæa,typhodes.i.ſuccenſa,ꝙ ſic uocaṫ febris,& ardens. Intermittentes uero ſunt,tertiana,quo
tidiana,quartana,quintana,& quæ his ſimiles ſunt. Morborum pręterea quidā acuti ſunt, & cō
tinui:ut ardētes febres,phrenitides,pleuritides:hi.n.acuti,continuiq; ſunt. Nō nulli neque acu
ti,neque cōtinui,quales diuturni. Febrium occaſiones quatuor ſunt quas etiam tempora nomi
namus,irruptio,auctio,uigor,declinatio. Hippocrates nouē morborū differentias nouit,acutū
peracutum,malignum,diuturnum,medium,exitialem,euaſorium,periculoſum, periculo uacā G
tē. Peracutus affectus,eſt facultate, & ſpecie maior, difficiliorq; acuto, ꝙ in ſeptē diebus ferme
iudicatur: hunc etiā acutiſſimum appellare conſueuit. Malignus morbus , magnus, grauisq; eſt
poteſtate,ſpecie uero imbecillis,nec tempora certa hēt iudicationis. Diuturnus morbus, eſt, ꝙ
in peius mutatur,ac melius : in menſibus,annisq; iudicatur,aut etiā cū homine interit. Medius
morbus,qui inter diuturnum,acutumq; eſt,his quoque in melius,ac deterius cōmeat:atq; in ſe
xaginta fere,aut octoginta diebus iudicaṫ. Exitialis eſt morbus,ꝙ prorſus exitiū affert, uel bre-
ui,uel in plurimo tp̄e. Euaſorius eſt morbus is,qui nunquam fit perēptorius . Periculoſus,ꝙ ad
perniciem,& ſalutem ęquale habet momentum:is anceps quoq; dici poteſt. Periculo caret mor
bus,qui ſemper ad ſalutem,quantum in ipſo eſt,uergit,idemq; poteſtate cum euaſorio eſt. Mor-
bus imagine magnus,eſt,ut uulnus in carnoſis locis multum ſpacii occupans : magnus autē re,
uel effectu,ut punctura in neruo,uel muſculo,quæ parua uiſui apparet,ui autem eſt magna: In-
firmitas quod Græci uocant ἀῤῥώστημα,eſt morbus inueteratus cum multa imbecillitate: uel, In-
firmitas eſt morbus imbecillis uires diminuens. Morbus,id eſt νόσημα,permanēs, ſtabilisque cir-
ca corpora conſtitutio eſt,quæ uita participant. Herophilei affectum eū eſſe aiunt,qui facile ſol
uitur,ac dimoueṫ,eiusq; eſſe in humidis cauſam. Acutus affectus,eſt is,ꝙ facilē ſolutionem,uel H
internecionem,quantū in ipſo eſt,hēt. Fuſanei morbi,ſunt qui oī tp̄e,& loco fiūt. Vernaculi, ꝙ
in quibuſdā locis abundant. Vulgares, qui tp̄ibus quibuſdam plures eodem in loco corripiunt.
Peſtilētia,eſt morbus,qui in omnes,aut plurimos graſſatur,ab aeris corruptione ꝓueniēs,quo
fit,ut quàm plurimi intereant. Ferṫ & quædā huiuſmodi finitio, Peſtilētia, eſt cōmunis affectus
plurimorū,qui ſub idē tempus ꝑ urbes,nationesq; acuta pericula,mortesq; inſert acutas . Fini-
re & hoc modo poſſumus, Peſtilentia, eſt uerſura aeris, qua de re nec ordinē propriū ſeruēt an
ni tempora,ſimulq; plures ab eodē morbo intereāt. Cauſa,eſt,quæ in corpore quidquam facit,
expersq; ipſa eſt corporis. Eſt aūt alia procatarctica,hoc eſt antegreſſa,uel externa,alia cōtenti
ua,ſeu coniuncta,quædam antecedens. Antegreſſa,eſt,quæ confecto opere diſceſſit: uelut canis
cum momordit,& ſcorpius cum ictum inflixit,& inuſtio à ſole,quæ febrē parit. Cōtentiua eſt,
quæ cum adeſt præſentem ſeruat morbum,ſublata tollit:ut calculus in ueſica: in oculo aqula,
pterygium,encāthis,aliaq; id genus:quæ ponunt medici non in cauſarum duntaxat,ſed in affe
ctuum quoq; ratione. Athenæus aūt Attaleus ſic inquit. Cauſa,eſt ea,quæ facit:hæc autē eſt ꝓ-
catarctica:aliter. Cauſæ ſunt procatarcticæ, quæ ante totam operis conſummationem exiſtūt,
quasq; nulla antecedit. Antecedēs cauſa eſt quæ ab antegreſſa prorſus,aut partim cōſtituiṫ: nō
nulli ſic,antecedēs cauſa,ea eſt,qua p̄ſente adeſt effectus,& aucta augeṫ,& minuta minuitur,&

de Natu. huma. cō. 1. t. 6. & l. 1. 28 g. & li. 1. de morbo. circa princip.

ſublata

A ſublata tollitur. Per ſe finiens eſt cauſa, quæ ipſa per ſe finem facit. Concauſa, quæ cũ alia pares
obtinens uires, opus molitur, quod facere ſola per ſe ipſa nõ poterat. Adiutrix cauſa eſt, q̃ opus
quidem conficit, ſed ægre: quapropter alii conſociatur, quo rem aſſequatur facilius, quam prõ
pte obire ſeorſum nequit. Cauſæ ſunt manifeſtæ, quęcunq; ex ſeipſis faciẽtes agẽteſq; ſenſu de
prehenduntur. Aliqui hoc modo: Manifeſtæ ſunt cauſæ, q̃ & apparẽt ipſæ, & opus conſentanee
ſibi fieri oſtẽdunt. Non manifeſtæ, ſunt, q̃ non ex ſeipſis, ſed per ſigna deprehẽduntur: quẽadmo
dum obſcuræ, quæ neq; ex ſeipſis noſcuntur, neq; ex aliis. † Pro tẽpore obſcuræ, ſunt eę, q̃ ab-
ſunt aliquãdiu, ac rurſus uenire ſub ſenſum ualẽt. Notatio, eſt ꝑ notã, uel per notas, ſeu ſigna ꝑ
ceptio: uel Notatio, eſt ſignum, quod rem minus patentẽ quãpiã declarat. Signum, eſt rei, quæ
contingere debet, dignotio: nõ nulli hoc pacto: Signum eſt, id, quo cognito, aliud, quod ignotũ
nobis erat, deprehẽdiť. Paſſionũ ſignificatio, notatio interiorũ, exteriorumq;. Prænotio, eorũ, q̃
euenire debẽt, ſciẽtia eſt, aut, Prænotio, eſt ꝓſcire, q̃ ſunt corpori euẽtura. Prognoſticũ ſignũ
eſt, ex quo noſciť futurum. Prædictio, eſt futuri ꝓcognitio prænuntiatioq;. Pathognomonicum
ſignum, id eſt, ex quo affectus dignoſcitur. Concurſus, quam Græci uocant ſyndromen, eſt con
greſſus ſymptomatum. Symptoma, eſt acceſſorium affectus. Auxiliaria ſigna, ſunt ea, ex q̃bus
B curationis, quæ in ipſis obſeruata eſt, commonemur. Auxiliũ eſt, quod hominibus utilitatis gra
tia admouemus, ex quantitate, qualitate, ordine, atq; occaſione cõpoſitũ. Curatio eſt ordo auxi
liorum conſequentiam habentium: uel opportunitas, & tempus muneris præclare obeũdi: uel,
temporis commoditas, in qua opem ferimus laborantibus. Indicatiuũ ſignum, eſt, quod primas
ſibi uẽdicat in minus manifeſti alicuius deprehenſione idẽ bonum cõſequentis. Suggerens me-
moriæ ſignũ eſt, ut aiunt empirici, res, quæ apparet, atq; ex antegreſſa obſeruatione innoteſcit,
utilis rei, quæ cognoſcitur, ad memoriam reuocãdæ: præſentium ꝓ̃ſentia ſigna ſunt pathogno-
monica oĩa. i affectuum indicatiua: hæc. n. cũ fiunt, atq; adſunt, adſunt perinde & affectus: cum
ceſſant, morbi quoq; ſoluũtur. Præſentia pręteritorum ſunt ſigna, ut facti prius ulceris cicatrix.
Præſentia futurorum, ut cadauerõſa facies, mortis. Præterita autem ſunt præteritorũ ſigna, ut
cum remiſſio à declinatione, deferbuiſſe morbum ſignificat. Præterita præſentiũ, ut eſſe ab aſpi
de demorſum inter exitialia cẽſeri. Sunt, qui hoc modo dicant: Præterita ꝓ̃ſentium. ut tenue in
teſtinum uulneratũ eſſe, pernitioſis adnumerari. Præterita futurorũ, ut cõfracto cõtritoq; oſſe
toſum contrahendum: ei nanq; oportet toſum obduci, dũ ad priſtinum ſtatum redit. non nulli
uero ſic: Preterita futurorum, ut de capite dempto oſſe cicatricem ſequuturam. Super uenĩẽtia
C præſentium, ut in ſenibus ſauciatum periclitari ex uulnere. Superuenientia uero ſuccedentiũ,
ut ex vulnere conuulſio: nõ enim uiuit pręterea is, quẽ cõuulſio excepit, ¦Febris, eſt innati calo
ris declinatio ad ſtatum, qui præter naturã ſit, pulſibus quoq; uehemẽtioribus, ac crebrioribus
redditis. uel, febris. eſt cordis, arteriarumq; caliditas præter naturam, uitalem firmitatem lędẽs.
aliqui & hoc modo: ¦Febris eſt redundantia caliditatis morboſę ſeſe efferentis cum pulſuum id
genus mutatione, ut frequentiores, uehementioreſq; euadant. quidam autẽ ſic: Febris, eſt natu
ralis ſpiritus intemperies ad calidiorẽ ac ſicciorem ſtatum degenerãs. Febris continens, eſt ea,
quæ nec noctu nec interdiu intermittit, ¦neq; ¦ remiſſiones inferẽs, neq; acceſſiones. Cauſus. i. ar
dor, eſt febris, quæ cum feruore multo fit, nullamq; requiem corpori præbet, linguã aſſiccat, de
nigrat, frigidæ deſiderium affert. Pemphigodes febris eſt, quæ per caloris intenſionem puſtulas
in ore, quæ Græcis phlyctides dicuntur, generat. Lypiria febris, eſt ea, in qua extrema & ſuperfi
cies refrigerantur, uritur profundum, excretiones detinenť, aſpera ſitientibus lingua eſt, pulſus
paruus atq; obſcurus: quaſi calor ſe intro receperit. Fluxuoſa, ſeu fluens eſt febris, quæ cum alui
fluore, ſæpe uero & uomitibus refrigerationem infert, ſubitamq; nimium deiectionem, cum ſiti,
& inſomnia, & pulſuum paruitate. Adſtricta febris, contraria eſt fluxuoſæ, excretiones non im
D portat, pulſus magnos ſeruat, longiore ſpatio tẽporis corpus emaciat. Icteriodes, hoc eſt aurigi
noſa febris, ea eſt, quæ ſimilem galgulo aui, quam Græci icteron uocãt, colorẽ molitur, iecur in
ſublime attollit, linguam aſſiccat, cutem *fœdam atq; horribilem reddit. Peſtilens eſt, q̃ cũ mul
ta caliditate ſitim inextinguilẽ inuehit ¦ bilis omnis generis uomitus ¦ fœtidas alui excretiones
ac uirulentas, ut paludium graueolentiæ ſint, que excernunť, ſimilia: urinas multas, ac terri odo
ris, pulſus paruos, obſcuroſq; inducit. Ignaua eſt febris, quæ cũ capitis grauitate prouenit, uel
ſanguinis per nares eruptiones, uel excretionis ſuppreſſionẽ affert, 'aut corpus euenientibus ne
ceſſario ſymptomatis ægre afficiendum comparat. Horrida eſt, quæ habet admiſtã rigori calidi
tatem, pulſus adeo infirmos, ut ne ad tactum quidem uſq; perueniãt, ſed intro receſſerint: hac de
tentis uenter tumefactus murmurat: lingua humida admodum eſt, quæ quiddam aceſcenti ſimi
le haber, quo ueluti ſaliua circumluitur. Typus eſt, intenſionũ remiſſionumq; ordine ſuccedens
redditio. uel hoc pacto: Typus ẽ paſſionis tempus, cui & acceſſio & remiſſio ordinata cõtingit.
Periodus, ſiue circuitus, eſt tꝑs in morbis, ex intentione, & remiſſione conſiſtẽs. Quotidiana fe-
bris eſt, quæ ſingulis diebus noctibuſq; eadẽ hora ut plurimũ innoteſcit. Tertiana eſt, quæ uno
die, uel nocte una affligit, ſequẽte ĩtermittit, tertio repetit. Quartana eſt, q̃ uno die, uel una no-
cte inclareſcit, deinde biduũ intermittit, aut noctes duas, quarto recrudeſcit. Hęmitritęa, id eſt
ſemitertiana,

† Adde ex græc. Ad tempus obſcuræ ſunt, quæ detectę ex ſe ipſæ apparent. & adiunctæ corporibus per ſigna cognoſcuntur.

* Al. ſquallidam ac luteam.

Com.3 tex.5.et. 3.fol.118.h. & com.3. text.25. 310.c.& com.1. 23.106.b

ſemitertiana,eſt ea,quam nos ex ueteris magiſtri ſententia , qui in ʃprimo Epidemiarum acutã E
febrem eam dixit:haud prorſus quidem intermittere,cęterum diẽ unum,aut noctem leuiorem
inferre,alterum grauiorem affirmamus:qui autem à methodo ſibi denominationem uẽdicant,
paruã hemitritæam duabus conſtare intermiſſionibus putauerunt . Errabundæ febres uocanẽ,
quæ non præfinitæ,nec recto ordine,ſed incerto ſtatu proueniũt. Diaſtole,eſt elatio,ac uelut cõ
ſurrectio cordis,& arteriarum,& cerebri,eiusq́; membranarum,in longitudinem,latitudinẽ,ꝑ
funditatemq́;,ſenſibilis tactui.Syſtole,eſt contractio,atq; collapſus, qui ſenſum quidem nil mo
uet,cæterũ cõſentanea ratione,ac conſequentia deprehenditur.Palpitatio,eſt elatio,& ſubmiſ-
ſio cedẽtis corporis,nec renitentis:quæ fit à ſpiritu,nec perpetuo durat, ſed certis cietur tẽpori
bus.Alii ſic,Palpitatio,eſt elatio,& ſubmiſſio muſculoſorum corporum,quę à ſpiritu efficiẽ,nec
ſemper fit,ſed ſtatis temporibus.Pulſus magnus,eſt, qui fit arteria multum ſeſe in longitudinẽ,
& profunditatem,ac latitudinem diducente.Paruus,eſt, qui contra in minimum ſpatiũ lõgitu-
dinis,profunditatis,latitudinisq́; aſſurgente arteria perficiẽ.Medius,eſt,q̃ his ambobus interia
cet ſcd̃m lõgitudinem,ac circularẽ dimẽſum, nimirũ circũferẽtia quoq; digitis ſeſe ad propor-
tionẽ offerente.Plenus pulſus eſt is,q̃ ſub tactum cadit diſtentus adeo, ut ipſa quidẽ craſſior fa
cta uideatur arteriæ tunica,maxime uero,quod intereã clauditur,humidius uniuerſum,ac cor F
pulẽtius deprehendatur.Inanis eſt pulſus,in quo tum ipſius amplexus arteriæ gracilis omnino,
ampulloſusq́; eſt,infuſa quoq; materia uix perceptibilis, atque exilis adeo, ut, ſiquis ẽt digitos
imprimat,inanis occurrat apprehẽſio.Durus,eſt,in quo neruoſa, ut quiſpiam dixerit,arteria ui
detur,ac rigida,& tenſus,qui ſubeſt ſpiritus : quo fit,ut ictus uim quãdam repercutiẽdi habeat.
Mollis,duro contrarius,nempe qui arteriam remiſſam,mollemq́; obtinet,ac ſpiritum,qui ineſt,
exolutum,ictũq́; leniorem. Humidus,eſt qui mollis,ut & cõtenta in eo ſubſtãtia mitis ſit,& hu
miditate quadã tactui occurrat.Siccus pulſus,ita eſt,ut abſumpta ſit humiditas, & ſiccę atq; ac
riæ exhalationi permiſta.Vehemẽs eſt,qui & motum ſtrenuum,& ictum ingerit uiolẽtũ.Obſcu
rus,qui & uiribus eſt exoletis,& plagã infirmiorem adigit.Medius eſt, qui proportionem quã-
dam inter utrunq; horum ſeruat.Celer, qui breuẽ,conciſamq́; diaſtolẽ habet ac ſyſtolẽ.Pulſus
ordo,ẽ reſpectus quidam in magnitudine,uel uehementia,uel rhythmo, uel alio quopiã diſcri-
mine.Ordinis priuatio,eſt ſtatus inſtabilitas in pulſibus diuerſa.Alii hoc modo:Ordine carẽs eſt
pulſus,qui in percuſſionibus quibuſdã modo crebrior eſt,modo rarior.Aequalitas,eſt parilitas
in pulſuũ differẽtiis q̃buſdã.Inęqualitas,eſt imparalitas pulſuum in quibuſdã differẽtiis,q̃ ipſis
pulſibus accidũt.Aliqui uero ita,Inęqualis pulſus eſt,in quo nunc uehementiores fiũt ictus,nũc G
uix ſentiũtur.Rurſus alii ſic, Inęqualis eſt pulſus, qui arteriæ parte quadã altior ſub tactũ cadit,
idq́; ꝑlata ea atq; ampliata,parte uero alia,quaſi anguſtior eadem fiat,pro capedinis quãtitate,
uehementia inæqualis exiſtit,tanq̃ parte quadam arteriæ uiolentiorẽ elationẽ faciat,quadã ue
ro ſubmiſſam,atq; infirmiorem.Herophilus Bacchius,Rhythmus,inquit, eſt motus in tempori
bus certum obtinens ordinem. Zeno aũt Herophilius dixit,Rhythmus,eſt ordo eorum tempo-
rum,in quibus amplificanẽ arterię, collatus ad ea,in quibus cõtrahuntur. Rectius hoc modo fi
nias,Rhythmus,partium temporis ꝓportio eſt,quæ quendam ad pulſus inter ipſos habẽt reſpe
ctum.Heterorhythmum pulſum uocamus, qui alterius ætatis habet rhythmum. Pararhythmũ
uero eum,qui quadantenus ad ætatẽ,in qua conſideraẽ prope accedit, habetq́; rhythmum, ſed
non eum,qui illi.i.ætatis illius peculiari cõueniat.Tremulus pulſus eſt, qui ictũ refert nõ ęqua-
bilem,nec minime uacillãtem,ſed perinde quaſi uibretur.Obliquatus eſt , qui nõ cõſtituta in re
ctum arteria præter ſitum editur.Myurus,eſt à ſitu:nempe quia, cũ partes arterię ſuperiores in
arctum coguntur,inferiores contra,ibi quidem dilateſcunt amplius,ſuperius autem cõtrahun-
tur.Græci complures μυουρίζοντα appellant,cum ab ictu maiore adacto ſequẽtes ꝑ ſubtractionẽ
iugi decremento minores peraguntur:nominantur & hac ratione myuri, cum efficiũtur pulſus H
ex frequentibus rariores: uocatur & myurus,ubi à celeri in tardiorem demutaẽ. Dicrotus, ſeu
bis feriens,eſt cum receſſio,quæ creditur arterię,non perfecta obitur,ſed cunctatur,idq́; ꝑ ſub
ductionis,aut inhibiti ſpiritus quantitate,dein repetitio perfecta debitæ fit contractionis. Ara-
chnoudes.i.araneæ ſpeciem referens,ſiue aranealis, paruus eſt , ac breuis auræ agitatu moueẽ.
Intermittẽs,eſt cum celebrandis contractionibus , diſtentionibusq; pulſus unius arteria tẽpus
omittit.Quidam ita: Intermittens eſt pulſus , in quo diſtentionem nõ ad ictum unũ duntaxat,
ſed ad duos,uel tres quoq; arteria facit dimiſſam.Intercidens,eſt, cũ inter duos ictus,ʃqui ordi-
ne proprio inferuntur,ictus medius intercurrit.Deficiens pulſus uocatur, in quo nõ ad duos tã
tum arteria,ſed ad tres etiam,& ad plures ictus immobilis perſeuerat.Alii hunc in modũ,Defi-
ciens,eſt,qui à magnitudine incipiens,ac uehementia,magis ac magis ſubinde minuiẽ : taliſq;,
quoad ullam habet magnitudinem.Græcis myurizon nominatur:ubi autem ſeſe ſubmiſerit,ac
minor factus ad minus declinauerit,deficiens nuncupatur.Caprizans eſt pulſus,ubi arteria,cũ
ſe diſtendiſſe apparuerit,nec fuerit omnino diſtenta,ad alium percuſſum prius,quam cõtractio
nis uiſionem præbeat,pręcipitantius tranſiliit, ſecunda autem fuit percuſſio facta uehemẽtior.
Recurtens,eſt qui ad quãtum excurrit magnitudinis aut uehementiæ,in aliis rurſus ad tantun-

A dem recurrit.Formicãs,eſt paruus,inanis,frequens,obſcurus, omniũ ad extremum deductus:
aut hoc modo, Formicans,eſt,in quo circa digitos arteriæ incũbentes imago ueluti formicę fit
ambulantis:quamobrem & paruus is eſt, & obſcurus. Phrenitis eſt mentis delirium com ſebre
acuta,ac floccorum collectu:& mẽtis emotio:& huius impeditio pulſuum:& ſapiendi obliuio:
uel offenſa præcordiorum breuis cũ tremore,& uocis exilitate, & à maligna ſebre maxima ex
parte facta palpitatione.Lethargus,eſt delatio in ſomnum non facile excitabilis,quę cũ coloris
uitio,& flatuoſo œdemate,nec ſine ipſarum quoq; ſolidarum partiũ,ac pulſifici ſpiritus languo
re ꝓuenit,fere in debili ſebre,ac maligna: fiũt uero lethargi partim affecto principio,partim ab
ſceſſu. Angina ea,quæ ſynãche à Græcis dicitur,eſt affectus colli acutus, difficilis, qui ęgrotum
angit pręſocatione.aut ita,Synanche,eſt phlegmone,aliis exrra collũ, ut partes tumeſcãt , aliis
intra tonſillas,ut ſimul partes quoq; afficiant̃ reſpirationis, & ægra ſpiratio conſequatur. Con-
uulſio,eſt affectus,qui neruis,ac muſculis accidit,cum modo corpus totũ, modo pars eius uolũ
tatis iniuſſu trahitur:Tetanus,eſt extẽſio,fixioq; in corpore neruorum omnium, & muſculorũ.
uel hunc in modum,Tetanus,eſt conuulſio in rectum, cum collum, ac maxillæ trahunt̃ dentes
cõhærent,neq; annuere collum poteſt,neq; renuere.Emproſthotonus, eſt cum trahitur collum
B ac retro flecti non ualet.Opiſthotonus,eſt cum retro trahitur, neq; deflecti in partem anteriorẽ
poteſt.Comitialis morbus,eſt oppreſſio mentis ſenſoriorumq;:is, q affligitur, cõcidit repente:
eiq; inſuper accidit,ut ſpuma per os efferatur.Catochus,eſt, cũ ſenſu priuatur anima, corpusq;
omne uelut gelu obrigeſcit.Catochi tria genera ſunt,ſomniculoſum,lethargo proximũ: alterũ
uigilans,cui affinis tetanus eſt, & quæ ꝑfocatio uuluæ appellatur : tertium genus eſt catochi,ꝙ
phreniticum,nõ inerudite quis nominauerit: fit enim ex miſtis inter ſe morbis catocho & phre
nitide:quemadmodum,& *Typhonia, quæ uel delirus lethargus, uel lethargicum delirium eſt. *Typhomania
Apoplexia,eſt detentio mentis cum ereptione ſenſuum,& corporis reſolutione. ‡item Apople-
xia,abolitio eſt in neruis omnibus ſenſus & mot⁹. uel Apoplexia ſenſus motusq; priuatio in to
to corpore eſt cum principalium offenſione actionum:conflatur autem à frigido humore pręci
puos cerebri uẽtriculos cõſertim opplẽte.‡ Apoplexia porro à Paraplexia , ut à toto pars, dif-
fert:apoplectici nãq; prorſus & paraplectici,ſunt: paraplectici uero nõ omnino & apoplectici.
differunt quoq; eo,quod ſani mẽte paraplectici,reſoluti parte una corporis ſunt, aut pluribus:
apoplectici,& his,& mente,& toto : paraplectici demũ dicuntur , quibus dextræ tantũ partes,
aut ſiniſtræ reſolutione elangueſcunt.Peripneumonia, eſt phlegmone pulmonis cum ſebre acu
C ta,& ſpirandi difficultate:rubẽt aũt & in ipſis ægrotantibus malæ.Pleuritis,eſt dolor lateris, ac
ſuccingentis mẽbranę,uſq; ad clauiculam,& ſummum humerum, & ſcapulam pertinens, cum
febre acuta, minimeq; intermittente, non ſine dolore confodiente,ſimul & horrore,& ſpiratio
nis difficultate,& tuſſi. Cardiaca diſpoſitio,eſt innati roboris labeſactatio,& lãguor: fit plerũq;
conflictante ore uentriculi & ſtomacho , cum ſudorum immodica ui : ſunt,qui cardia.i. corde
phlegmone laborante fieri affectum putauerint, atque ob hãc uiriũ exolutionem, quod euenit
malum,cardiacam uel diſpoſitionẽ,uel ſyncopen nominarint. Inflatio,eſt,cũ ſpiritus copioſior
genitus in ſtomacho detinetur,ipſumq;,& cum eo uentriculum diſtendit, quo fit,ut diſpẽſatio
præpediatur alimenti.Cholera,eſt affectus peracutus,ac grauis,quę per uomitus in catarrhum,
id eſt defluxum , protinus hominẽ detulit, aut ex alui profluuio & multa excretiõe in tormina,
atq; non multo poſt in id genus ſebres,quales in inteſtinorum difficultatibus fiunt, atq; in mali
gnas ablegauit.aut ſic,Cholera,eſt acut⁹ affectus cũ uomitib⁹ bilioſis multis, aluiq; deiectioni-
bus,ſuris quoq; ſe cõtrahentibus,ac frigeſcẽtibus extremitatibus:fiunt in his ęgris,& pulſus mi
nores,obſcurioresq:.Ileus,ſeu uoluulus,eſt phlegmone inteſtinorũ, quo malo nec flatus infra,
nec deiectiones tranſmittuntur,uermina ſequuntur ualentia,cruciatusq; intolerabiles.Aurigo,
D ſeu Morbus regius,arquatus ve,eſt bilis refuſio in cutem,quo fit, ut ſuperficies tingatur, luteaq;
fiat,& uitietur cutis:albę quoq; in uentre deiectiones fiũt eo morbo affectis. Inſania, eſt aliena
tio mentis euariatioq; à cõmuni hominũ ritu,ac ſanorum moribus,ſine febre.Melancholia, eſt
affectus,qui mẽtẽ lędit,nõ ſine graui animi moleſtia,atq; auerſione à rebus chariſſimis , fit ſine
febre:nõ nullis uero eorum,ſi atra bilis acceſſerit multa,ſtomachũ uſq; adeo infeſtat, ut & euo
matur,ſimulq; mens hoc modo uitietur.Cephalæa,eſt paſſio, quæ per quoſdam circuitus intole
rabilem capitis dolorem affert:quocirca & aures ſonant.& rubent oculi,ac ꝓminẽt:ſimul ue
ro diſtẽduntur,& ipſis ęgroris uenæ frontis,& rubor in facie eſt.Heterocrania,eſt, ubi modo in
parte ſiniſtra capitis,modo in dextra dolor accidit,ac qñq; intẽſinoes, interdum remiſſiones in
fert.Scotomatici.i.uertiginoſi appellantur,quibus obtenebrationes contingũt, uideturq; iis cir
cũferri caput,& lucis incerti ac uagi in tenebris ſplendores oculis obuerſari.Catarrhus.i.deflu-
xus,eſt multorũ delatio humorũ per palati foramina & nares,ꝗ deſcẽdẽtes ſubiecta loca male
habẽt,‡ac ĩ exitu unà cũ flatu egrediẽte ſtrepitũ quẽdã faciũt.Hydrophobos.i.aquę reformida
tio,eſt affectus ex canis morſu rabie furentis:fit cũ potus auerſione,cõuulſione,& ſingultu : his
uero & deliriũ ſuperuenit. Bulimos.i.ingẽs fames,diſpõ eſt,ĩ qua fit cibi inqſitio ex paruis ĩter
uallis:q hac detinẽt̃,& reſoluunt̃,& cõcidũt,decoloresq; fiũt: ꝑfrigeſcũt iis extrema corporis:

torquetur

torqueẽ ſtomachus: uixq́; pulſus percipitur. Phagedæna, eſt conſtitutio, in qua multum appetẽ E
tes cibum, ſumẽteſq́; immodicum, non ipſum retinẽt, ſed ubi eiecerint, rurſus appetunt. Tabes,
eſt ulceratio pulmonis, uel thoracis, uel fauciũ, ut & tuſſicula, & debiles comitentur febres, &
corpus conficiatur: eſt tabes, phthiſis à Gręcis cõiter dicta, omnis diminutio corporis, ac colli-
quatio, ea uero, quã phthoen proprio uocabulo appellant, corporis conſumptio ex ulcere ac de
molitio eſt dicta, Gręcis eſt phthiſis à uerbo φθίνω, qđ eſt diminui. Dyſpnoici, ſunt in quibus ſpi
ritus, uelut per anguſtas uias actus, eliditur expiraturq́;. Aſthma, eſt affectus, qui ualẽtẽ conatũ
reſpirãdo, difficultatẽq́; ĩportat, ſimulq́; ſedere aliquos cogit ac reſurgere. Iecinoroſi, ſunt, quos
iecoris dolor comitatur diuturnus cũ tumore, & duritia, & corporis colore malo: ſuperuenit iis
febris ardens, & lingua exareſcit. Scirrho affectũ iecur eſt, cũ circa ipſum tumor adeſt durus, &
tactui renitẽs, nec dolorificus. Lienoſi, ſunt, quibus contracta phlegmone lienes ad naturæ ſtatũ
non redeunt, nec phlegmone liberantur, ſed permanet ipſis duritia, quopropter & fluxionibus
per morbos infeſtantur, & color ipſis corporis permutatur natiuus. Scirrhus eſt lienis, cum ma-
ior lien, & durus admodum, & tumore diſtentus ſentitur. Diarrhœa. i. profluuium, copioſior flu
xio eſt alui diuturna, ſine phlegmone & ulceratione. Cæliaca diſpoſitio, eſt alui fluxio nõ recẽs,
ſed diuturna, cũ uerminibus, multiſq́; excretionibus, corpore ſimul marceſcẽte. Dyſenteria. i. F
inteſtinorum difficultas, eſt inteſtinorum exulceratio cum phlegmone, & cruentorum, ſęciq́; ſi
milium ſtrigmẽtorum ſecretione, nõ ſine alui, inteſtinorumq́; morſu ac cruciatu. Tuneſmus eſt
diſpoſitio, ad partes inferiores rectũq́; ipſum inteſtinum pertinẽs, in qua impetus, cupiditateſq́;
deſidendi plures, paucæ uero excretiones fiant. {uel ut alii. Tuneſmus, eſt recti inteſtini mordica
tio, quã bilioſi, acreſq́; humores faciunt, cũ exurrectione crebra, cupiditateq́; egerẽdi, tametſi
exigua excernantur.} Lienteria. i. leuor inteſtinorũ, eſt dyſenterię magna ex parte comes affe-
ctus, quãdo ob factas ex ulceribus cicatrices. ſpiſſioribus, leuigatiorib⁹, indolẽtioribuſq́; reddi-
tis inteſtinis, neceſſe eſt, ut cibi prius, quã aſſumpti cõcoquanẽ, ocyus ad excretiones decurrãt,
utiq; ĩpromiſcui, incocti, quales ingeſti fuere. {alii uero ſic, Lienteria, eſt tota ſimul, celerrimaq́;
trãſmiſſio ciborũ, cũ tales excreti ſunt, quales deuorati.} Colica diſpoſitio. eſt cõſtitutio plenio
ris inteſtini diuturna, in qua ſpaciis tp̄is interiectis cruciatus intolerabiles, difficultates reſpirã
di, ſudores, perfrictioneſq́; adoriuntur. Hydropis. i. aquæ inter cutẽ ſpecies ea, quę anaſarca. i. p̄
carnẽ dicitur, eſt, cum corpus totum intumuit œdemate, atq; humore circũluitur, peruertunẽ
& ægrotis pudẽda, ciborũ appetitus tollitur, & febris comitaẽ. Hydrops aſcites, i. utricularius,
eſt, in quo uenter, & ſcrotum, cruraq́; intumeſcunt, ſuperiores aũt partes extenuanẽ, & graciles G
fiunt. Hydrops tympanias, eſt, cũ in uẽtre ſpiritus plus inuenitur, humoris minus, ac ſiquis pul
ſauerit, ſonus exauditur. Nephritis, eſt renum phlegmone cũ dolore uehemẽti, qñq; uero & uri
næ difficili trãſitu, in qua fibroſa quædã, uel arenoſa cũ modico ſanguine excernunẽ. Lithiaſis. i.
calcularis morbus, eſt calculi generatio in ueſica, per quẽ urinæ excretio p̄hibeẽ. alio modo. Li
thiaſis, eſt affectus, qui diſtentiones affert ueſicæ, ſimul uero & imus uenter diſtẽdiẽ nec raro ad
præputium ea diſtẽtio peruenit: ſuperaccedũt iis & urinæ ſuppreſſiones, utiq; cum prouectus la
pis uias excremẽti intercluſerit. Strãguria. i. urinę ſtillicidiũ, eſt excretio urinę guttatim deſtillã
tis. Iſchuria, abſoluta prorſus urinæ ſuppreſſio eſt, quæ periculũ affert. Octo porrò modis inhibe
tur urina, phlegmone, ſcirrho, ſanguinis cõglobatione, reſolutione, calculi procidentia, renũ cõ
ſenſorio affectu, ulceratione, calculari morbo. Fiũt in renibus calculi, quãdo in corporibus illis
humorum craſſorum copia cum febrili caliditate coiuerit. {uel aliter. Generantur calculi in reni
bus, ubi collecta in iis cũ proportionali febre craſſorũ humorum copia fuerit, à qua ſuperaſſati
ad calculi trãſeunt generationẽ.} Gonorrhœa. i. genituræ profluuium, eſt excretio ſeminis mor
bum importans, cum quo tabeſcit corpus, decoloraturq́;. fit malum hoc uaſorũ ſeminaliũ robo
re ſoluto adeo, ut quodã modo lãguẽtes ij ſemẽ haudquaquã retineãt. Satyriaſis, eſt effectus cũ H
genitalis mẽbri tẽtigine, ſimul ſe tẽdẽtibus eius particulis: ſunt quibus & ſeminis eiaculatio cũ
uoluptate fiat: hi uero mẽte exturbanẽ, neruorũ tẽtio & ſeminis fit. Iſchias, eſt coxẽdicis dolor
diuturnus, nec ſolutu facilis: aut ſic. Iſchias, ẽ morbus ualidum dolorẽ coxæ p̄ circuitũ inferẽs,
qui dolor uel uſq; ad poplitẽ, & ſurã deſcẽdat. Arthritis. i. articularis morbus, eſt phlegmone ſta
bilis, circa articulos cõſiſtẽs, doloreq́; ingerẽs uehementẽ, neruis nimirũ patientibus. Podagra,
eſt affectus, qui circa pedes oriẽ, & dolorẽ mouet, patiẽtibus neruis, idq; aliis cũ ardore, aliis cũ
algore. Paralyſis, hoc eſt reſolutio, affect⁹ eſt, quo uolũtarius motus offendiẽ: is circa partes, aut
partẽ aliquã fit: perficiẽ aũt neruis muſculiſq; perpeſſis. Scelotyrbe, quaſi cruris turbã uel per-
turbationẽ dicas, ſpecies eſt reſolutiõis, qua erect⁹ ambulare homo nõ poteſt, & lat⁹ aliàs in re
ctũ, qñq; ſiniſtrum in dextrum, nõnunquam, dextrum in ſiniſtrum circũfert, interdum quoq; pe
dẽ nõ attollit, ſed attrahit, uelut iis, q̃ magnos cliuos aſcẽdũt. Peroſis. i. oblęſio, eſt priuatio, ĩpe-
dimentũve naturalis functionis, aut alicuius mutilatio particulę. Lępra, eſt cutis mutatio in ha-
bitum, qui præter naturã ſit, cum aſperitate, & pruritibus, doloribuſq́;, nõ nũquam & ſquamis
decidẽtibus, interim ſecus, plures hæc etiã corporis partes depaſcitur. Elephas, eſt effectus, qui
cutem craſſam, atq; inęquabilẽ reddit, liuor adeſt tũ cuti, tũ oculorũ albis, exedũtur partes ma-

A nuſi, ac pedũ ſummæ,ex q̃bus ſanies liuida,ac fœtida emanat.Impetigo eſt ſummæ cutis aſpe-
ritas cum multa prurigine. Medicinæ duæ ſunt partes ſummæ, contẽplatio, & actio: antecedit
actionẽ contemplatio:liquidẽ conſiderare prius aliquid conuenit,itaq; deinde agere: nam ꝓce-
prio ratione cõſtans,exercendorum operum principium eſt.Partes medicinę quinq; ſunt,quas
& ſpecies quidam nuncuparunt:naturæ indagatrix,cognitrix affectuũ,uictus inſtitutrix, mate
rialis,curatrix.Indagatrix naturæ, eſt, quæ circa cõtẽplationẽ uerſatꝰ regẽtis nos,ac moderãtis
naturæ.Affectuũ cognitrix,q̃ id,quod p̃ter naturã eſt,dignoſcendũ ſuſcipit.Victus inſtitutrix q̃
in ſanis atq; ægrotantibus uictu inducendo meditatꝰ.Materialis, quæ circa materiam ſe hẽt cor
pori noſtro medentẽ.Curatrix aũt,q̃ circa ſanitatis deperditæ reuocationẽ,eiuſq; reſtitutionẽ
operã nauat.Fit phlegmone in utero cũ uẽtris,atq; inguinum cruciatu,ac febribus,qua & ſinci
put laborat,& tendonum contractio adeſt,& oculorum dolor. Abſceſſus tũc eſt in utero, cũ in
tenſus eſt dolor,pulſatq;, & uſq; ad imum uẽtrem,& inguina,ac lumbos pertingit,& febres ad-
oriunꝰ.Vterina ſuffocatio,eſt affectus ꝑ recurſum uteri:correptæ ea corruunt,uociſq; impotes
redduntur: quare nec manifeſta iis amplius reſpiratio fit,& ſuſpenduntur hypochõdria, pulſus
quoq; obſcurus habetur,ac tardus. Muliebris fluxus, eſt humorum delatio ꝑ uterum ad multũ
B tempus perdurans,quam eius facit excretio.Albus fluxus eſt,cum alba ſunt quæ excernunꝰ, ap
parent tumores in facie,partes quoq; ſub oculis intumeſcunt,non nullis uero & uẽter,& crura.
Rufus eſt fluxus,cum ſubrufa excretio demanat,doloreſq; in lumbis naſcũtur, atq; ĩguinibus.
Fluxus ruber eſt,qñ tale id manet,qđ excernitur, qualis ſanguis iugulatæ recens uictimæ appa
ret:excidunt ſanguinis globuli,dolor habet,& ardor,ac ſtridor:laborant quoq; ipſa pudẽda,&
imus uenter.Niger fluxus,eſt,cum nigræ excretiones prodeũt:corpus ęgre ſpirat,exhalatq;, &
in pudenda dolor incumbit,& extenuantur mulieres.Eryſipelas.i.ignis ſacer,in utero eſt, ubi is
perinde afficitur dolore, atq; ii,qui indeclinabiliter ab igne uruntur , ardorq; ille in quibuſdam
aliàs ad alios uteri locos tranſmigrat.Scleroma.i.durities,tumor eſt duriuſculus,q in parte uul-
uæ aliqua naſcitur,fitque plerunque ex phlegmonis,quæ diu permanſere. Scirrhus in utero, di
ſpoſitio eſt in eius aliqua parte,ut ſit,durities renitens,tumens,inæqualis, magnaq; ex parte ua
cans dolore.Carcinoma in utero,eſt tumor ſine ulceratione,inęqualis,uerrucoſus.Pilorum no-
uẽ ſunt affectus,rhopaloſis.i.uelut in bacculos coagmẽtatio,dichophya,quaſi biſurcatio,quaſ-
ſatio,atrophia.i.alimẽti ſenſus priuatio,ariditas,canities,fluxio,alopecia,ophiaſis. Rhopaloſis,
concretio eſt ſummorum pilorum indiuiſibilis,qui etiam non amplius creſcãt. Quaſſatio,eſt ca
C ſus inæquabilis pilorum nõ diſſimilis iis, quæ abſcidit bipẽnis. Atrophia, eſt gracilitas eorũ ni-
mia,qui nec amplius augeſcant.Ariditas,lanuginoſa eorundem ſuperficies eſt,puluere conſper
ſis adſimilis.Canicies,eſt pilorum ante legitimam ætatẽ cõmutatio in album.Fluxio, eſt pilorũ
defluuiũ,quę tabeſcentibus magna ex parte,atq; ex diuturno morbo conualeſcentibus euenit.
Alopecia,eſt cũ color albidior redditur , qua mutatione auri colorẽ referẽtes pili radicitus de-
cidunt.Ophiaſis,mutatio eſt coloris,antedictæ proxima, cæterum ad maiorem,q̃ in illa,pilorũ
denſitatẽ, cum tortuoſa nudatione.Fracturarũ octo in capite ſunt differentiæ:rhogine.i. fiſſura
uel rima,eccope.i.effractio,engiſoma,id eſt propinquatio, ecpieſma.i.expreſſio, camaroſis,qua
ſi camaratio,apoſceparniſmꝰ,quaſi dedolatio,thlaſma,ideſt cõtuſio,apechema,ac ſi reſonitũ di
cas,quidã uero cõtuſionẽ nõ admittũt,& reſonitũ fiſſuræ ſubiiciũt.Rhogmæ, ẽ oſſis ĩterruptio
in ſuꝑficie recta,& uel anguſta, uel lata. Eccope, diuiſio eſt caluæ, qua os offenſum refractũ ẽ.
Engiſoma,ꝑtuſio eſt oſſis,cũ pars affecta in ꝓfundũ deſcẽdit,ac ſuꝑ illæſum os corruit.Ecpieſ-
ma,caluæ in multas partes diffractio eſt,ſimul ubi intruſæ oſſis partes ĩ imũ decubuerint,ac mẽ
branã innixu ſuo p̃mãt. Apoſceparniſmus,abſciſſio ẽ oſſis,cũ eius pars decuſſa uulnerãdo fue-
rit.Camaroſis,eſt oſſis ꝑruptio,cũ ex alterutra refractum parte ſimilẽ cameræ figurã acceperit.
Apechema,dirẽptio eſt oſſis ſuꝑficiaria,uel ẽt ꝓfunda ĩ partibꝰ ictui oppoſitis. Cõtuſio , eſt re-
D ceſſio cauæ ĩ ꝓfundũ,ſine fractura:fit in puerili potiſſimũ ętate:planius uero, q̃ dicimus intelli-
ges,ſi,quod in ſtãneis accidit uaſis,cõtẽplaberis.Tres circa oculos ſiũt affectus:phlegmonę, flu
xus,ulcerationes.Vlcerationũ in oculis differẽtiæ ſunt,argemõ.i.albor, nepheliõ, hoc eſt nube
cula,epicauma,hoc eſt inuſtum,bothriõ.i.foueola:phlyctis.i.puſtula,albugo,carbũculus,myo-
cephalum.i.muſcæ caput,ſuppuratio,ſeu unguis,ſtaphyloma.i.uua,hæc cum percuſſu eueniũt.
ſine eo ulcerationis affectus hi ſunt,mydriaſis,id eſt occæcatio,quaſi ferramẽto cãdẽte admini
ſtrata,tabes,atrophia,nyctalops,quaſi lucioſitas,ſuffuſio,glaucoma,reſolutio, myopiaſis quaſi
cõniuentia,ſtrabiſmus,pterygium,id eſt pinnula, encanthis.i. tuberculum inangulare, ꝓciden
tia,chemoſis,cõfuſio.Eſt ergo phlegmone,tumor circa oculos,qui cũ rubore,& caliditate mul-
ta,& motu difficili,ac punctionibus gignitur.Fluxus,eſt tenuium delatio humorũ,quã cohibe-
re nequeas,non ex noſtra uoluntate proueniens. Vlceratio, eſt ruptio circa corneam tunicam,
quæ uel ex ictu,uel ex ſtrenna phlegmone oritur.Argemon,eſt ulceratio,quæ in nigro oculi al-
ba apparet,in albo aũt ſubrubra.Nubecula,eſt caligo,uel ſuꝑficiaria ulceratio in nigro. Epicau
ma,eſt uelut ex igne cruſtuloſa ulceratio,quæ nigro aduenit, nec permanet. Foueola, eſt cauũ
ulcus,ac purũ in nigro.Puſtula,eſt abſceſſus in nigro,humorẽ continẽs cũ phlegmone,& fluxu.

Albugo,

Albugo, cicatrix eſt craſſa, & profunda, ulceri inducta. Myocephalum, eſt exigua uuæ tunicæ E
porrectio in nigro, muſcæ capiti ſimilis, per ulceratione᷑ facta. Carbũculus, eſt cruſtuloſa, ceu ex
igne ulceratio cũ paſtione, & fluxu, interdum quoque & bubonibus, & febre. Suppuratio, uel
unguis, eſt collectio puris in nigro cum phlegmone ſcd'm iridẽ, ungui conſimilis. Conſuſio, ru-
ptio eſt tunicarum, quæ in profundo ſunt, aliqñ ex percuſſu, interdum ſpõtina, cũ ꝓfuſione hu-
morũ, & pupillæ alteratione. Mydriaſis, facultatis alteratio uiſoriæ eſt, turbatis humoribus. Ta-
bes, eſt pupillæ diminutio cum obſcuratione. Atrophia, eſt paruitas totius oculi, & pupillæ cum
offuſcatione. Nyctalops, eſt affectus, diſpoſitioq́; oculorũ ſine conſpicua cauſa: uſu aũt ſic habẽ
tibus euenit, ut interdiu non cernant, noctu uero conſpiciant. Glaucoma, eſt naturalium humo
rum in glaucum colorẽ mutatio. Staphyloma, eſt, quod in pupillæ loco cõſurgit acino uuę ſimi
le. Procidentia, eſt, cũ ab ictu aliquo uiolẽto, aut ſtrãgulatione, cũ cõtinua febre, uel capitis do-
lore prolapſus oculus fuerit. Myopiaſis, eſt diſpoſitio ab ortu cõtracta, qua ꝓpinqua cernimus,
remota uel parum, uel nihil omnino. Strabiſmus, oculi muſculorum nõ oĩum, ſed aliquorum re
ſolutio eſt, ob quam cauſam uel ſurſum, uel deorſum, uel in latera nuunt oculi. Hippus. i. equus,
diſpoſitio eſt à generatione prodiẽs, qua inſtabiles fiunt oculi, ac ſemper mouentur: utiq; motũ
ſuſtinentes in concuſſu, & tremore aſſiduo cõſiſtentẽ: hanc diſpoſitionẽ ἵππον. i. equum uocauit F
Hipppocrates: affectus autẽ eſt oculũ firmãtis muſculi, qui uiſorij baſim inſtrumẽti complexus
* al. hiatulæ. eſt. Chemoſis, eſt ambientis oculum membranę, quod album quoque appellantur, affectus* albę
carnis perſimilis. Circa genas, anguloſq́; oculorum hi cõtrahunt affectus: ſcabies: phthiriaſis. i.
pedicularis morbus: crithe. i. hordeolum: calaza: lithiaſis, ideſt morbus calcularis, trichiaſis. i. pi
laris affectus: aſpredo: lagophthalmõ. i. leporinus oculus. ectropion ſeu inuerſio: rhyas, quaſi ri-
uulus: anchilops, ſtaphyloma. Scabies, eſt ſummarum genarum, anguloruműq́; eroſio cum pruri
tu, quam acerrima fluxio progignit. Phthiriaſis, eſt ſcabies circa palpebrarum radices, quę ſqua
mas furfuri ſimiles dimittit: Chalaza, globulus eſt in gena, milij magnitudine, à ſimilitudine grã
dinis ſic uocata: eadẽ quoq; eſt lithiaſis. Hordeolum, eſt humor concretus circa genam, oblon-
gior, hordeum referens. Aſpredo eſt duritia, & aſperitas inæqualis, q̃ intra genas oritur. Rhœas,
eſt angulorum carnis abſumptio, ob quã cauſam effluit lachryma. Trichiaſis, caſus eſt genarũ,
inſitorumq́; ijs pilorum generatio præter naturam. Tres thrichiaſeos differẽtiæ habent: phalan
goſis, caſus, ſubortus: non nulli & diſtichian. i. duplicem ordinem ſuperinuchũt. Eſt autem diſti-
chia, alterius pilorum ordinis in genæ margine exortus ꝑter naturam. Encanthis, eſt exuperan
tia carnis in magno angulo. Anchilops, tumor in angulo magno conſurgens, atq; humoris colle G
ctionem habens, nõ perforatus, aut conuio foramine: dictus eſt anchilops, ꝙ prope oculum ſit.
ὤψ enim oculus eſt, ἀγχί uero prope. Suffuſio, eſt cõcretio aquoſi humoris, quæ uiſum magis mi
nusve impedit. Differt ſuffuſio à glaucomate, tum ꝙ cõcretio ſit hæc diluti humoris: glaucoma
uero, naturalium mutatio humorum in cæſium colorem, tum ꝙ in glaucomate haud prorſus, in
ſuffuſione aliquantulum cernant. Hydatis. i. aquula, ſubſtratæ ſuperiori genæ pinguedinis aug-
mẽtum eſt, qua fluunt præter naturam oculi. Lagophtalmon, eſt cum ſuperiori adeo retrahitur
gena, ut oculum, dum claudatur, totum nõ contegat. Pinnula, corporis excreſcentia eſt, quę cor
neæ tunicæ inhęreſcit. Ectropion, eſt ſuppullulatio carnis in gena, quæ genã ipſam ſua grauitate
foras cõuertit. cauſa eſt genæ euertẽdę uel caro adnaſcens, uel reſolutio, uel cũ cicatrix inducit.
† al. Milphoſis. †Ptiloſis, eſt defluuiũ palpebrarũ accerrimo fluxu eius rei auctore. Staphyloma, eſt nigri tuni-
cæ extenſio cum inflãmatione, acino vuæ ſimilis. Sarcoma, eſt carnis in naribus ꝑter naturã au
ctio. Eſt uero & Polypus quoddam ſarcoma, porrò dictus polypus eſt à polypis piſcibus: nã, ut
illi multas habẽt ꝓpagines, molleſq́; ſunt atq; augent, ita is quoq; affectus. Differt ſarcoma à po
lypo magnitudine, & opificio. Ozena, eſt ulceratio in naribus profunda, tetri odoris, atq; halitũ
emittens. Parotides, abſceſſus ſcd'm aures ſunt: hos nõ nulli Dioſcurus appellarũt, ſuccedũt ma H
gna ex parte febribus, atq; ab ijs liberant. Leuce, corporis in album colorẽ mutatio eſt ꝑter na-
turam. Herpes, eſt ulcus, quod ex bilis redundantia fit, & depaſtionẽ facit. Atheroma, eſt tunica
neruoſa, quæ humorẽ pulti ſimilẽ continet. Steatoma, eſt auctio pinguedinis aliqua in parte ꝑ-
ter naturam congeſta. Proſatreſis. i. appẽſio, longiorum eſt membranarũ ad uicina loca applica-
tio. Aneuryſma. i. dilatatio, uenenoſi uaſculi relaxatio eſt, aut diſperſio ſpũalis materiæ ſub car
ne, ꝑ diſſultationẽ ſeſe diffundentis, diſtribuentiſq́;. Hypoſphagma, extra ſuperficiẽ eſt, ꝑſimi-
le uibici. Ganglium, conglobatio eſt nerui ꝑter naturam, quæ in unum corpus coaluit. Aptha,
ſuperficiaria eſt ulceratio, quæ in ore gignit: uiſitur autem hæc in puerulis potiſſimum ulcera-
tio. Phlegmone, eſt tumor cum rubore, & duritia, pulſatiles afferẽs dolores: dicta quod affectus
ea locus φλέγεται, hoc eſt uratur: aut tumor dolens, ac renitens, cum rubore, citra febrẽ. Eryſipe
las, id eſt ignis ſacer, eſt rubedo cum ignita inflammatione, febres interdum, doloreſq́; inferẽs.
§uel ignis ſacer, eſt tumor rubens, dolorificus, qui à bilioſo ſanguinis generationẽ obtinet. Car-
bunculus, eſt ex magis melancholico putreſacto ſanguine tumor ulceroſus.§ Vacuamus uel ue
næ ſectione, uel cucurbitula, uel hirudine, ac ſimilibus. Sanguinem detrahimus ob multam ple-
nitudinem: præſertimq́; ubi ipſum affectus auctorẽ eſſe ſuſpicabimur. Detractionis cuiuslibet
tutior

A tutior præferenda:grauis,medicinæ oblatione declinanda eſt.Cucurbitula vtimur ad locorum
contuſionem.Hirudinem admouemus,vbi affectum locum tenuiter aperire eſt opus. Scirrhus,
eſt tumor corporũ,cum duritia,& pondere,& motus,ac ſenſus difficultate.Abſceſſus,eſt corpo
rũ ex phlegmone in pus trãſmutatio.Coloboma,id eſt mutilatio, defectus particulę eſt in parte
aliqua corporis.Toſus eſt ſubſtantia calloſa,& renitens.Hydrocephalõ,eſt humoris aquoſi, aut
fęculenti ſanguinis collectus in parte corporum aliqua eorum , quæ caput concinnant.Syrinx,
id eſt fiſtula,tubulus eſt calloſus,anguſtus,oblongus interdum etiam obliquus,os habens,cui ci
catrix obduci nequit, quod humor certis temporibus tenuis excernitur. Duæ fiſtularum diffe-
rentiæ ſunt:cæcæ,quæ oſculum in profundo,ſinum ad ſuperficiem habent:occultæ, quæ & os,
& ſinum obtinent in profundo.Cerion id eſt fauus,ulcus eſt aſſidua habẽs foramina,ex quibus
humor melli ſimilis excernitur.Phagedæna,eſt vlcus,quod propinqua,& adiacẽtia erodit. Car
cinoma,eſt tumor malignus,prædurus,ſine ulcere,uel ulceratus,à cancro animali dictus, quem
Græci καρκῖνον uocant.Dionyſiſci,ſunt oſſeæ eminentiæ,quæ prope tempora naſcuntur:dicun-
tur aũt,& cornua,detorto a cornigeris animalibus noĩe. Teredo,pertuſio eſt oſſis ex corruptio-
ne:affectui nomen ab accidentibus foraminibus datum eſt,quæ τεύματα appellantur:quaſi τερ-
B δόνα quidam exiſtat.Aden,id eſt glandula,conuolutio ſicca quędam, & carnoſa eſt, uel carnoſa
conglomeratio.Struma,caro eſt ſicca quæ nec facile ſoluitur. Broncocele,quaſi dicas gutturis
ramex,tumor eſt gutturi adnaſcẽs:differtq; ab eo,qui in ſcroto progignitur.Anchyle,paſſio eſt
tendonum circa collum,uel articulos,qua functio impeditur.Exomphalos,id eſt procidens um
bilicus,prominẽtia eſt umbilici diuerſis de cauſis proueniens.Gynęcomaſthon,id eſt muliebris
mamma,ſubiectæ mammis pinguedinis auctio eſt præter naturam. In contectu eſt abſceſſus,
cum corporum,quæ ſunt in profundo,aut uiſcerũ in pus fit mutatio.Acrochordõ(genus quod-
dam eſt id uerrucarum dolens) exortus eſt orbicularis,anguſtamq́; obtinens baſim.Phygethlõ,
id eſt panus,abſceſſus eſt naſcens in inguine,Epiploomphalon, omenti eſt in vmbilicum decur
ſus.Hydromphalon,coitio in umbilico eſt lenti humoris,qui ſub tunica quoque interdum con
tinetur.Poromphalon,eſt concretio toſi in umbilico.Sarcomphalon,incrementum carnis præ-
ter naturã eſt in umbilico,uel mitis,uel malignę.Pneumomphalon,dilatatio eſt umbilici.Hypo
ſpidias,eſt affectus in quo glans colis attracta eſt.Thymus,aſperę carnis extuberatio eſt,quæ ſi-
milis circa genitale,ac ſedem oritur. Lipodermus, id eſt (translato ad morbum nomine)apella,
C defectus eſt tegentis glandẽ pelliculæ,adeo,ut diſtrahi nõ amplius poſſit. Phymi duo diſcrimi-
na ſunt:uel enim ex natura fit, uel poſtea gignitur,ulceratione antegreſſa.Pariepiphymoſis,eſt,
cum retracto glandis neruo præputiũ deduci præterea nequit. Rhagas,id eſt ſciſſura, fiſſumve,
diuiſio eſt labia obtinens callo indurata.Circuncidio uel circunſectio, ablatio eſt cutis glandem
obtegentis.Hæmorrhois,relaxatio eſt uaſorum,quæ ſedem contexunt, dicta ἀπὸ τοῦ τὸ αἷμα δι'
αὐτῆς ῥεῖν,id eſt,ꝙ ſanguis per eam fluat.Differentiæ quinq; hæmorrhoidum ſunt,à magnitudi-
ne,multitudine,figura,loco,conſtitutione: à magnitudine,cum aliæ paruę ſint,aliæ magnæ, alię
mediæ:à multitudine cum plures in aliis,in quibuſdam pauciores conſiſtant:à figura, quòd nõ
nullæ anguſta, quædam lata ſint baſi:à loco,quando aliquæ in ano,quædam in ſphinctere,id eſt
ſtrictore,aliæ in recto ſunt inteſtino:à conſtitutione,qm̃ aliæ mites ſunt,aliæ malignæ.Condylo
ma quaſi dicas nodus,eſt extuberatio,quæ cum phlegmone in rugoſa,contrahenteq; ſe ani par
te conſurgit.Tres circa ſcrotum fiunt affectus,ramex,ſcabies,detritio. Tumores in ſcroto conſi
ſtunt,hydrocele,enterocele,hydrẽterocele,cirſocele,porocele,epiplocele,enteroepiplocele, id
eſt hernia ſeu ramex aquæ,inteſtini,aquæ,& inteſtini,uaricis,toſi omenti,inteſtini atq; omenti.
Hydrocele,lenti humoris in parte ſcroti collectio eſt.Enterocele fit,inteſtino in alterum locum
D paulatim,uel ſemel delapſo.Enteroceles cauſæ ſunt,antegreſſa quidem intenſio, uel ictus,conti
nens autem,iterata huius extenſio,aut ruptio. Hydrenterocele, eſt delapſus inteſtini, minuſ-
que elaborati humoris collectus in ſcroto.Cirſocele,eſt dilatatio,amplificatioq́ue quorundam,
aut omnium,quæ teſtem alunt,uaſorum. Hygrocirſocele,id eſt aquoſus ſimul, & uaricoſus ra-
mex,eſt dilatatio teſtem nutricãtium,uaſorum,& lenti humoris in ſcroti aliqua parte collectio.
Epiplocele,lapſus omenti eſt in partem ſcroti.Enteroepiplocele, in ſcroti partem caſus inteſti-
ni eſt atque omenti.Cele,id eſt ramex,tumor eſt,qui dictorum aliquod cõtinet : omnis enim in
ſcroto tumor κήλη,id eſt ramex nuncupatur.Crypſorchis,id eſt teſticuli occultatio teſticuli,uel
teſticulorũ receſſio eſt.Rhacoſis,id eſt detritio,multa,ſcroti extẽſio eſt.Pſoriaſis, id eſt ſcabies,
duritia ſcroti eſt cum intenſa prurigine,ſiq; uero,& ulceratione.Gangræna,eſt corporis muta
tio à naturali cuiuſq; habitu in alienum,atq; extinctio,cum ulceratione,uel citra hanc:gignitur
aũt uel plethora antegreſſa,uel dum extinctio fit,aut phlegmone ex chirurgi imperitia. Os,eſt,
ut Plato arbitratur,medulla,quæ à calido ſpiſſatur: ex quorundam autem medicorum ſentẽtia,
terrena concretio,& ſolida,& ſenſus expers,ac ſanguinis. Cõmune chartilaginis, & unguis eſt
ſenſu carere,atque inæquale eſſe: cæterum chartilago imago eſt oſſis:ſępiſſime enim in articulis
adiacet.Vnguis uero,ſuperficies oſſis fuerit: aut cutis concretio dura, & ſicca. Hermaphrodi-
tus,complexus eſt maſculini ſexus, ac fœminei,ſimul etiam utroq; gęnitale propriũ obtinente.

Dracunculus,eſt vlcus,quod à parte propinqua ad ipſum nerui delationem habet:dictus.ꝙ ner E
uus mouendo corpore in vlcus recedat,in eoq; occultetur.Clauus,eſt vlcus in pedis planta orbi
culatum,quod callum contraxit.Semen,ut Plato,ac Diocles autumant,ex cerebro,& dorſi me-
de morbo ſacro nõ procul à prin cipio Et de aere aquis & lo.ca.8. cla.a.lo.4 g

dulla excernitur:ut aũt Praxagoras,atq; Democritus,præterea,& Hippocrates cenſent,ex toto
corpore.Democritus quidẽ ait,Homines unus erit,& homo oẽs. Hippocrates uero , genitura,
inquit,undiq; à corpore demanat,à ſanis ſana:à morboſis morboſa. Semen,eſt ſecundum Stoi-
cos,quod cum ſpiritu,& anima,ſed ueluti non pars ab animali dimittitur: vt autem opinio fert
Aſclepiadis,genitiuus humor,qui in uenereis congreſſibus excernitur.Illud quæſtione exagita
tum eſt,utrum fœmina perinde ac mas ſemen depromat:etenim eadẽ Veneris libidine vexatur
fœmina,iiſdemq; obnoxia eſt morbis:ac planè ex confectione ſeminariis meatibus prædita eſ-
ſe oſtẽditur.Maximum quoq; id cnnferẽdi ſeminis teſtimoniũ eſt,ꝙ ſimiles matribus procreen
ſtatim in principio.

tur liberi.Porrò conferri ipſum teſtis eſt Hippocrates,q in libro de infantis natura. Si profecta,
inquit,ab ambobus genitura in mulieris locis manet,primum quidem unà miſcetur, utpote nõ
quieſcente muliere,concaleſcendoq; colligitur,ac craſſeſcit:dein ſpiritum concipit.Differt à ge
nitura ſemen,quòd hoc in ſeminariis meatibus ſit:quidã uero quod iã eſt excretum , id eſſe ſe-
men volunt:genituram aũt,ſemẽ nondum concoctum:at nos,ut Aſclepiades dicit,ſemen quo- F
que in iis eſſe,qui generare non adhuc poſſunt , definiuimus . Infœcunditatis duplex cauſa eſt,
quarum altera uiro,mulieri altera debetur:& utraq; multiplex:nam fœmina in cauſa eſt,ſi per-
frigidum uterum,uel præpinguem habeat: mas uero,cũ ſpado fuerit teſticulis orbatus: aut alio
quouis modo laborauerit.Non eſt pars uterum gerentis,quod geſtatur in utero : aut certe ipſo
intereunte,grauidã quoq; interire neceſſario conuenit , uel partu edito lædi integris functioni-
bus obeundis,quaſi pars ei,qua ipſius corpus priuatum eſt,deſit . Alimento perfruiẽ embryum,
per ſecundas id excipiens attrahensq; cæterũ nõ per os,ſed per umbilicum alitur.Embryũ qui-
dam animal eſſe,quidam nõ eſſe prodiderunt:animal eſſe id illi coniectauere ex motu : quando
quidem mouẽ,& embryum:at,ut ſentiẽs animal,in matris uoluptatibus oblectatur,lætaturq;
in angoribus autem contrahitur,atq; cogitur:nulli enim ſenſus,præter quã animali,à natura da
tus eſt.Qui autem non eſſe animal aſſerunt,nutriri ipſum quidẽ,& augeri,ut arbores quoq;,non
tamen,ut animantes,appetitionem,motumq; ex ea habere confitentur : haud enim ſolum non
citra electionẽ,ſed neq; ex propoſito mouentur,uerum ut arbores,& plãtæ: nam uentus iis cau
ſam affert motionis: embryis uero,circũfuſa humiditas,& lubricitas,atq; uteri figura,qui,cũ im
pletur,tumeſcit in globum:eſt autem globus, ſeu ſphæra, figura in omnem motum , utpote oĩs G
expers baſis,natura procliuis.At Aſclepiades embryũ neq; animal, neq; nõ animal eſſe pronun
ciauit,ſed ſimile id eſſe dormientibus dixit: nam,quo illi modo ſenſus obtinent, neq; iis tamen
utuntur,ſic & quod in utero geſtatur.Gignitur mas,ut non nulli opinãtur,poſtquam ex dextra
parte auulſum ſemen in uterum coniectum eſt:fęmina,cum ex ſiniſtra:ſunt alii qui pro ſeminis
peculiari temperatura, à caliditate,uel frigiditate fieri dixerint:nã ſemen calidius marem gene
rat:frigidius fœminã.Fiunt gemini,atq; tergemini,ut quidã arbitrãtur,qm̃ ſemen in calidũ ute
rum detractum,ac deriuatum frangitur: alii ad ſuperfœtationem cauſam referunt:nos uero,ſi
in hæc ambo cõferri ſemen fuerit inuentum, gemellos aſſerimus procreari . Generãtur mõſtra,
ut quidam aiunt per declinationem obliquitatemq; uteri: nam,quod inæqualiter ſemen infun-
ditur,monſtra progignit:quo modo,& liquatum plũbum , ſi inæqualiter defuſum ſit , inæquale
opus cõflatur.Mõſtra,uel per defectum,vel per exceſſum fiunt : gignuntur per magnitudinem,
quę amplo:per paruitatem,quæ paſſerino ſunt capite:per numeroſitatem uero,qui ſex conſtant
digitis,quandoq, etiam pluribus. Quam ob cauſam ſeptimeſtres partus uiuunt,octimeſtres mi-
nime?Ita fertur,qm̃ numerus octo,par,& cõiunctus,nec decretorius eſt: ſeptem autẽ impar eſt
numerus,neq; uero coniunctus,atq; ob id decretorius. Conceptionis cauſa,eſt commoda uteri H
caliditas,recensq; menſium purgatio,ac coeundi appetitus : hæc enim ſimul congreſſa ſemen
detinuere.Conformatur primum embryi ſecunda:deinde reliqua . Conſtat ſecunda ex duabus
uenis,duabusq; arteriis,& quinto uocato vracho:uocatur autem chorion, ſeu ꝙ embryi conce
ptaculum ſit,ſeu ꝙ ipſi alimentũ ſuppeditet.Partus dolores,ſunt ſpiritus cõferti impetus,ad em
bryi excurſum.Tribuuntur mulieri menſtrua,ꝗ ſanitatis gratia euacuentur: embryo aũt alimẽ
tum præbeat per conceptum ſuppreſſa:ſunt enim tum ad cõceptionem, tũ ad lactis generatio-
nẽ cõparata.Fit prægnantibus pica duobus circiter aut tribus à conceptu menſibus, affecto ni-
mirum ſtomacho: non dũ enim vis embryo ſuppetit conſumendi alimenti.Picæ cauſa inde pro
dit,ꝙ abundet materia,& ſtomachus perturbatione uexetur : huiuſce rei argumentum eſt,qđ,
cum incrementum acceperit embryum, tunc recipiente ſe deorſum ſanguine ad ſe ſtomachus
redit.Prodeunt in lucem quatuor figuris,ſiue habitibus embrya,una in caput,quæ ſecundũ na-
turam eſt:tres reliquæ pręter naturam:cę ſunt,in pedes,in latus,in duplum.Aegri partus tribus
modis fiunt , pro gerente in utero,pro eo,quod geritur,pro exterioribus:pro gerente , duplici
uia:ex animi motibus,cum zelotypiis,uel mœroribus uel alio quouis affectu detenta fuerit: ex
iis uero,quæ ad corpus attinent,cum anguſtis fuerit meatibus,aut præpinguis,aut primũ fœta,

A aut prædita utero ſit, qui alimentum non admittat: pro eo, quod geritur, cum moritur in utero partus: uel geminus, aut mõſtroſus eliditur: pro exterioribus, per intenſam hyemem, aut æſtum uehementem. Cauſam ulcerum in utero habent interdum abſceſſus: non nunquam peſſus corruptorius: quandoq; uero ſcirrhus: eſtque hic cum alijs diuturnus. Sarcoſis in utero, eſt carnis collectæ expullulatio: quam, ſi magna ſit particulatim recidere cõuenit, uellicatam ſcalpris, quo celerius emoriatũ: ſin parua, protinus tollere. Hęmorrhagia, ideſt ſanguinis eruptio, effuſio abundans eſt ſanguinis: quę, ſi magnum uulnus ſit, per largum obitur fluxum: ſin anguſtum, per iaculationem: ut in uenis ſecandis. Differt hæmorrhagia ab hæmorrhoide, q̃ hæmorrhagia, abundans effuſio, uti diximus, ſanguinis: hæmorrhois autem, delatio ſanguinis eſt per diſſultationem, ac paulatim facta. Duobus modis erumpit: diſſultatione, uel ruptione: quæ diſſultatione, ac corporis noſtri uaſorum eroſione conſtat, non facile ſanatur. Curantur ægrius arteriæ, quàm uenæ: partes in profundo ſitæ ijs, quæ ſuperficięm occupãt: & quæ his, aut illis uicinę magis ſunt, faciliorem, difficilioremve curationem recipiunt. Sanguinem, quem nõ paruo negocio compeſcas, facile hæc loca profundunt, temporales muſculi, cerebri membranæ, palatum, columella, collum, alæ, inguina, & id genus alia: inter homines uero, ſi ætatem ſpectes, iuuenes: ſi habitum, prauis affecti humoribus, ſi anni tempus, in æſtate.

B [a] ‖ Chymi appellatio apud Hippocratem ſemper humoribus corporis deſtinata eſt, ex quibus nos conſtituimur, ſanguine, inquam, pituita, & duplici bile, flaua & nigra: apud Platonem uero, & Ariſtotelẽ guſtabilis qualitas quæuis nobis inſita chymus, ideſt ſapor, nominatur: ſunt porrò qualitates, acor, auſteritas, acerbitas, acrimonia, ſalſedo, dulcedo: ſic & Mneſitheo placet. Continet pars ea medicinæ, quæ de affectibus agit, quid, & qualis ſit uniuerſalis, & quid particularis affectus, ac morbus: quid ſignum: & quæ huius differentiæ habeantur (ſunt autem hæ ſpecie complures) non qualis affectus cauſarum, quæ morbos committunt: loca item explorat, in quibus ſint affectus: quærimus enim, quis affectus phrenitis, comitialis morbus, lethargus, dolor lateris, peripneumonia, reſolutio neruorum, & ſimilia. Sunt uero cauſæ horũ manifeſtę, & non manifeſtę & antegreſſę, & antecedentes, & continentes: atque in uniuerſum, quæ ſit affectus conſtitutio: &, in quibus ij corporis partibus dicti ſint, perſcrutatur. Criſis, id eſt iudicatio, idonea morbi, ac celer in tempore diſſolutio eſt. Periodus, id eſt circuitus, ſucceſſiua redditio eſt ordine diſpoſiti temporis. Cerebrum animalem facultatem obtinet, atque huius partem principem, quæ ratiocinatrix eſt, atq; mens: Cor uero iracundam. [b] † Adminiſtratur pariter corpus à corde, & iecore. Facultas, naturalis, altrix, &

C auctrix eſt. Sumit cor alendo, augendoq; corpore, à iecore ſanguinẽ: ſpiritum à pulmone: quas confectas, elaboratasque materias ſic in uniuerſum corpus tranſmittit. Inſtrumentaria, pars eſt chirurgiæ, quæ per reſtitutionem, ac conſentaneam curationem diſpoſitis præter naturam humanis oſſibus ſanitatem uendicat. Sunt oſſa in nobis duobus modis coniuncta, per articulum, & coagmentationem. Articulus, cõmiſſura oſſium eſt, quæ moueri natura uoluit. Coagmentatio, commiſſura eſt oſſium, quæ lege naturæ nequaquam mouentur. Lapſus, ſeu luxatio, eſt oſſium, quæ per articulum, uel coagmentationem [c] * mouentur, extra naturam delatio. Exarticulatio, eluxatio, eſt oſſis ſcđm naturam ſe hñtis in alienũ naturæ locum ex profunda cauitate egreſſio. Dearticulatio, ſeu deluxatio eſt oſſis euariatio, delatiove à naturali loco [d] † ad eum, qui pter naturã eſt. Motio, eſt oſſium per fixuram, harmoniamve compactorũ [e] † ex propria ſede in naturæ oppoſitã exturbatio: quemadmodũ ex tarſo diruptis oſſiculis, aut uertebris fieri cõſueuit. Diductio, eſt mutua oſſium per ſuturã, & coalitum coniunctorũ ſeparatio, atque diremptio. [f] * Reſtitutio, eſt oſſis, uel oſſium [g] † à loco naturæ contrario ad naturalemq̃ traductio. Tentio, eſt tractus corporum. Mochlia, traductio eſt oſſis, aut oſſium ad naturalem locum ab eo, qui præter naturã ſit. Catataſis, eſt ad inferna loca corporũ tractus: obitur hæc partim principijs, quę tẽtionis cau-

D ſæ ſunt, è regione oppoſitis, partim tranſumptione in contrarium, nempe tranſmiſſis per rotulas principijs, quæ tentionem moliuntur, ac ſuperius adnexis. Anataſis uero, id eſt tentio ad ſuperna loca, per traductionem, intelligi ex ijs poteſt, quæ de catataſi prodidimus. Diſtentio, eſt ad ſuperna, atq; inferna loca corporum tractus. Exelcyſmus, ſeu rectius forte Eiſelcyſmus, eſt deductio oſſis, uel oſſium à ſuperficie in profundum. Regma, id eſt ruptum, eſt oſſis, aut oſſium traductio à profundo ad ſuperficiem. [h] † Traductio, eſt diducti oſſis in naturalem locum reuocatio. Extaſis, id eſt mentis emotio, eſt inſania quæ breui finitur. Ecplexis, id eſt cõſternatio, eſt emotio mentis, quæ ex repentina aliqua perturbatione extrinſecus aduenit. Enthuſiaſmus, id eſt fanatica perculſio, ſeu efflatio numinis, eſt, uelut cum quidam mente in ſacris faciendis capiuntur, ſiqua uiderint: aut ſi tympana, uel tibias, uel ſigna audiuerint.

A Lib. de Humo. Et de ueteri med. prope finẽ. Et de alimento iuxta principiũ.

B † *Additur in antiquis τὸν δ' ἧπαρ τὸ ἐπιθυμητικόν, i. iecur autem concupiſcibilem.*

C † *Al. σύγκειμένον, i. compoſita ſunt.*

D † *Additur in antiquis ἐξ ἐπιπολαίου κοιλότητος, i. ex ſuperficiali cauitate.*

E *Al. ex antiquis. aliquãdo quidem in eodem loco præter naturã motio: aliquando autem in locũ, qui præter naturam eſt, exturbatio.*

F* καταρτισμὸς

G † *Al. ex loco qui ſecundum naturã eſt ad locum, qui eſt præter naturã.*

H † *Additur in antiquis. paragoge eſt oſſis, uel oſſium traductio diducto oſſe per anaclaſin in naturalẽ locum.*



GAL· ASCRIPTA INTRODVCTIO
SEV MEDICVS

Ioannes Andernacus latinum fecit. recognouit Bartholomæus Syluanus. nuper autem cum Græco exemplari eſt collatus.

Sed eſt a Galeni doctrina longe alienus,& Herodoti potius, quem citat Gal. 6. Epid.Sect.2. com.42. quam Galeni.

Quomodo inuenta ſit medicina. CAP. I.

Multa in hoc libro ex codi. manuſcrip. reſtituta nunc ſunt.

ARtium inuētiones,uel deorum filiis,uel quibuſdam eorū propinquis, quibus dij primi artem oēm communicarunt,Græci ferunt acceptas. Hac igitur ratione & Aeſculapius medicinę,quā primus ab Apolline patre inſtitutus,hominibus tradidiſſe dicitur,inuentor extitiſſe apparet.Porrò ante illum ars medica nō dum hominibus fuit cognita,niſi ꝙ ueteres medicamentorum,& herbarū, qualia apud Græcos Chirō Centaurus,& ab eo eruditi heroes nouerāt:ad hæc quęcūq; Ariſteo, Melampodi, & Polydo adſcribunt̄,experientiam,quādam habuere. Apud Aegyptios ſane præter herbas, aliam quoq; medicamentorum rationem in uſu fuiſſe homerus huc in modum teſtatur:

Fertilis Aegyptus rerum,medi camina miſta, G
Optima multa, ſimul deterrima plurima gignit.

Porrò ex cadauerū cōſectione,quā in cōdiendis ijs,aſſeruādisq; habere moris erat,multa ēt, quæ manu adminiſtrantur,apud primos medicos inuenta eſſe uident̄. Quædam dicunt̄ ex caſu obſeruata fuiſſe, ut ſuffuſos appungere,inde,ꝙ capra quæpiam ex ſuffuſione male habēs,iunco aculeato in oculū impreſſo,uiſum receperit. Quin & clyſteris uſum ab Ibi profectū eſſe ſcribūt. Hæc.o.colli cute tanq̄ clyſteris utre,marina.,Niliq; aqua impleta,roſtro eam ſibi ipſi ꝑ anum indit.Scribit ēt Herodotus hiſtoriographus,quōdā ægris per compita expoſitis,illos,qui ijſdē aliq̄n morbis laborarāt,referre ſolitos,quibus unuſquiſq; uſus,ſanitatē recuperauerit:atq; hoc modo ex multorum uſu,ac experimeotis rem medicā conflatam eſſe.Sed hæc quidē experientia ratione uacua, nondumq; rationalis fuit.Cæterum perfectā medicinam, & oībus oumeris abſolutam nimirum diuinā aio,Aeſculapius ſolus inuenit.Illam uero,quæ inter homines uerſatur,huius ſucceſſores Aſclepiadę poſteri ueluti hæreditario acceptā tradiderūt,maxime Hippocrates, qui omnibus facile præcelluit, primusq; perfectam apud Græcos medicinam in lucem protulit.

Quæ medicinæ principia. CAP. 2.

PRincipia medicinę tria ſunt unū,inuentionis,alterum conſtitutionis,tertium interpretationis. Inuentionis igitur medicinæ(ut ſimpliciter dicam)uetuſtiſſimum planè,citraq; rationē principium,experientia eſt:quemadmodum apud Aegyptios,& reliquos omnes barbaros. Redigendi ueroin artis conſtitutionem,ſicut Aſclepiadarum medicinam,ratio & experientia. Interpretationis,ut ſcribit Athenęus,uel traditionis,quemadmodum quidā dicunt,initium,naturalis eſt ſpeculatio.Enimuero ſimpliciter,& Hippocrates dixit, ‖Medicæ rōnis initium primum natura eſt:nā à naturæ inſpectione Dogmatici auſpicantur, qm̄ ex ijs,quæ ſcd̄m naturam ſunt, & illa,quæ contra habent,poſſunt cognoſcere:at ſine naturalium cognitione illa,quæ à naturali habitu recedunt,ſcire oemo poteſt.Quin ēt in curando oaturæ ſpeculationem ſimiliter requirunt: q̄nquidem ex naturali admouendorum auxiliorum poteoria,quæ cuilibet morbo idonea ſint,accipiunt.Qui uero ex alijs ſectis naturæ contemplatiooem aſperoant̄, utriq;,à quibus ꝑſidia afferendi habitum finxere,incipiunt,Methodici ex cōitatum indicatione,empirici ex obſeruatione experimentorom:Qua.n.rōne Dogmaticis medicæ rōnis natura,eadē empiricis experiētia crebro, et ferè ſemper in ijſdem, & pari modo contingens,principium exiſtit. Ab hac ſiquidem hiſtoriā quoq; ſuā exordiuntur, & ſcd̄m hæc ab alio ad aliud ſimile tranſeunt. Sed methodicis euidentiū ſimilitudinis inſpectio, uel cōmunitatū apparentium cognitio principiū dr̄.

de Loc. in Homine non procul à principio.

H

Quæ

A *Quot ſectæ medicorum, quæq; earum notæ.* CAP. 3.

SEctæ medicorum tres ſunt, Rationalis, Empirica, & Methodica. Rationalis naturæ rationem
prębet, morborũ cauſas inquirit, & ſignis ad illarũ inuentionem utitur, curationẽ capit à cõ-
trario, prout cauſæ exigunt. Nam contrariorum contraria ſunt remedia. Quatuor ergo ſunt, quę
rationalem ſectã obſignãt, naturæ inſpectio, cauſarum, ac ſignorũ æſtimatio, & quartũ, nẽpe ꝙ
cauſæ ipſis curationem dictãt. Empirica ad aſſidẽtium accidentiũ cõcurſus, quæ ęgris adſunt, re
ſpicit, & cõuenientẽ accidentibus curationẽ obſeruat, idq; nec morbo cognito, nec cauſa inqui
ſita. Cõtenta eſt aũt obſeruatione in accidentibus per eorum, q̃ admouentur, experiẽtiã, facta,
& hiſtoria prius expertorũ utiť: tũ à compertis ad incõperta, ſed ſimilia ſcđm apparentẽ ſpeciẽ
tranſit. Quæ.n. ipſimet uſu, ac experiẽtia in multis, & ſæpiſſime ac ſemper in iiſdem, & pari mo-
do experti ſunt, aut q̃ caſu quopiã obſeruarunt, eaq; ſemꝑ atq; eodẽ modo habentia, hęc con-
fidenter uſurpant, nõ adeo curioſe facultates ex eorũ qualitatibus diſq̃rentes. Credunt & uetu
ſtiſſimis, qui rerũ per experimenta ſibi obſeruatarũ hiſtoriã, uti uocant, memoriæ prodiderunt.
Vtunť ẽt à ſimili tranſgreſſu ad ea, quę nondũ explorarunt, cum ſimilia ſpecie, quę ad manũ eſt,
apparent, ut malua, blitũ, beta, & lapathum. Itidẽ in † cõtrarijs, ut alica & oriza. Rurſus in arbo-
B rum fructibus, quos Græci acrodrya nominãt, ut pirum, malũ cotoneum. Notant igiť empiricã
hæreſim, ad concurſus ſymptomatũ, non ad morbũ, neq; ad cauſas, reſpectus: deinde in cõcurſi
bus medicaminũ cõgruentiũ ꝑ uſum obſeruatio: Tertio, expertorũ ante hiſtoria: Nouiſſime à
ſimili trãſgreſſus. Methodica cõmunitatibus & ſimilis ſpeculationi adhæret. Oẽs.n. particulares
affectus ad generales duos reducunt, adſtrictũ, & fluentẽ, quas cõmunitates uocant. Cognoſcũt
eas obortis circa corpus affectionibus, in utroq; euidenter conſpicuis. Quare notas non deſide-
rant, exẽpli gřa adſtrictum inde oriri, ꝙ corpus denſatũ ſit, profluuium ipſius ſiſtatur, oĩsq; eui-
dens excretio impediať: fluentẽ uero inde, ꝙ ſumma corporis cutis rara euaſerit, & cuiuſq; cor-
poris particulæ excretiones ſenſibiles intẽſæ ſint. Duplicem igiť curationis ſpeciem gñales duo
corporis morbi ipſis indicant, nempe ſi corpus adſtrictum eſt, laxandum eſſe: ſi profluuio labo-
rat, cõprimendum: ſi uitium miſtum habet, occurrẽdum uehementiori malo. Cęterum cõitates
oẽs nominãt euidentes: harũ aũt alias paſſiuas, ut adſtrictũ, & fluens: alias curatiuas, ut reſolue
re & tenere: quaſdam tẽporales, initium, incrementũ, uigorem ſeu ſtatum, & inclinationẽ. Porrò
medicinæ, quæ manu medetur, cõmunitates, in eius ablatione, qđ alienũ eſt, conſiſtunt. Duplex
.n. alienũ eſt, uel extrinſecus, uel in corpore. Extrinſecus ſimplex: illius, quod in corpore eſt, tres
C numerantur ſpecies. Atqui extrinſecus, ut ſpiculũ, telum, quodcũq; aliud id genus exiſtit perfe-
ctam eductionem oſtendit. Eorum, quę in corpore ſunt, aliud loco alienum, ut ſuffuſio, eluxatio,
& fractura, quæ tranſpirationẽ uel reſtitutionẽ in proprium locũ indicant. Aliud magnitudine,
ut abſceſſ⁹ oẽs, ſcroti tumores, acrochordones, i. pẽſiles uerrucæ, phymata, & cõdylomata: quo
rum nõ nulla diuiſionem ſolam requirunt, non nulla ſummam ſuperfluorum præciſionẽ demõ-
ſtrant. Aliud defectu alienũ, non ut ſuperuacaneũ, ſed ueluti deficiẽs diciť, cuiuſmodi mutila, &
curta oĩa: ſicut in labris, oculiſq; cerniť. Vnde quidã λαγοφθάλμοι, & λαγόχυλοι, i. leporinos ocu-
los, & leporina labra habẽtes, noĩantur. Pari modo ẽt ſe habẽt fiſtulæ, & uitia profunda, q̃ Gręci
uocant hypophora, ſinus, ulcera, aliaq; huiuſmodi oĩa, q̃ ex defectu repletionem deſiderãt, atq;
indicant. Iam uero ꝑter quatuor chirurgorum cõmunitates, eſt & ſpecies, quam προφυλακτικὴν, i.
ꝑſeruatricem appellant. Apponitur aũt, & ipſa, ut communitas, in deleterijs, & toxicis, beſtijſq;
oĩbus, q̃ uirus inſpuũt, tum uenenoſis uolatilibus, & terreſtribus, aquatilibuſq;. Nam cõmune
oĩum genus, ut ſint exitialia, non tñ ad adſtrictum, & fluens referuntur, ſed aliud eſt ꝑter hæc ge
nus. Quare & curatoria ipſorum cõmunitas alia ꝑter illam habeť, dicta prophylactice. Metho-
dicam quoq; ſectã primũ exculpit ſimilis in euidentibus conſideratio, ſed non in latentibus, ſeu
abditis, quemadmodum in rõnali ſecta. Hoc unũ intercedit diſcriminis, ꝙ in illa quoq; ſimilium
D inſpectio, ſed in obſcuris cõſiſtit: ſcđm, ex ſimili in euidentibus, affectus, auxilia, tempora, parti
cularia oĩa generalia reducit. Attamen non euidentia tñ empiricorum more animaduertunt,
ſed particularibus, nullo generali cognito, inſiſtunt. Tertium eſt ex communitatum indicatione
curationem accipere: nec cauſas, ut rationalibus in uſu eſt, exponere: neq; facta in concurſibus
obſeruatione eorum, quæ per experientiam conueniunt, ut empirici faciunt, contentos eſſe.

† Codex manuſcriptus habet τῶν δημητρείων, i. cerealibus, quę lectio accõmodata ad ſenſum eſt. & ita etiam uidetur legiſſe vetus interpres.

Qui trium Sectarum principes extiterint. CAP. 4.

RAtionalis ſectæ & auctor, & princeps Hippocrates Cous fuit. Poſt hũc Diocles Caryſtius,
Praxagoras Cous, Herophilus Chalcedonius, Eraſiſtratus Chius, Mneſitheus Atheniẽſis,
Aſclepiades Bithynus, Cienus, qui & Pruſias dictus eſt. Empiricæ præfuit Philinus Cous, qui pri
mus eam à rationali ſeparauit, occaſione ab Herophilo ſuo præceptore accepta. Cum aũt ſuam
hæreſim principem eſſe uellent, Aronem Agrigentinum, quò rationali eſſet uetuſtior, ei dediſſe
initium dixerunt. A Philino Serapion Alexandrinus ea ſecta floruit: Dein Apollonij duo, pater,
& filius, Antiocheni: hos ſecuti Menodotus, & Sextus exacte eam corroborarunt. Methodicen
Themiſon Laodiceus Syrius incepit, qui ab Aſclepiade rationali occaſiones nactus, ad methodi
cæ ſectæ inuentionẽ ſe contulit. Theſſalus Trallianus eã abſoluit. Poſt hos Mnaſeas, Dionyſius,

Proclus, Antipater. In ea autem de quibuſdam diſſenſerunt Olympiacus Mileſius, Menemachus Aphrodiſieus, & Soranus Epheſius. Fuerunt non nulli ἐπισυνθετικοί, quaſi adiuncti, apud Græcos nominati, ut Leonides Alexandrinus; quidam ἐκλεκτικοί, quod eſt delecti, ut Archigenes Apameus Syrius. * E

* In uetuſtiſſimo græc. codice manuſcr. annotatur hic deeſſe caput, cuius hoc eſt argumētū: Quæ propria ſunt medicinæ.

Medicina ſcientia ne ſit, an ars. CAP. 5.

RAtionales aliqui, è quorum numero eſt ēt Eraſiſtratus, medicinam partim ſcientiam, cuiuſmodi eſt cauſarum notitia, item naturæ inſpectio: partim coniecturā, ut curationē, et ſigna habere cenſuerunt. Methodici & in uniuerſum ſcientiam ipſam eſſe prædicāt, ſed utriq; à uero, maxime methodici, aberrarunt. Scientia.n. eſt cōueniens, firma, & nunq̄ à ratione declinans cognitio: eam neq; apud philoſophos, præſertim dum rerum naturas perſcrutātur, inuenias: multo ſanè minus in re medica: immo, ut uerbo expediam, ne ad homines quidem uenit. Quā obrē medicina ars merito dici poteſt: ſi quidem artis nomine cōprehenſionum, & opinionū ad finē quendā uitæ utilē ſpectantiū collectionē certa qualitate, & quātitate cōmeditatā intelligimus. Comprehēſiones igit̄ humanas, & quæ numero conſtitutionē quandā procreare queāt, p̄cipue cōmeditatas, hoc eſt ſibi cōcordes, ac cōſonas, cohęrētesq;, medicina habet: quo fit, ut artis uocabulū, cuius definitio ei cōuenit, optimo iure cōmereat̄, cōprehēſionesq; in ea ad uitæ cōmoditatē pertinēt. F Quippe, ut ſeruarent̄ hoīes, ac ſanitatē tuerent̄, in uitā prodijt. Sed artiū duplex eſt dr̄ia: quædam.n. finem ſuū ſemp̄ conſequunt̄, ut fabrilis, nauiū cōpactoria, ædificatoria. Quędam finē ſuum, ceu ſcopum deſiderant, contingunt aūt non ſemper, ſed plurimū. Vnde cōiecturales quoq; dicūtur: ex quarū numero medicina fuerit: quēadmodum rethorica, gubernatoria, & ſagittandi ars. Eſt & alia dr̄ia, & ipſa duplex: qm̄ aliquæ, dū fiunt, ſunt, & ſimul atq; ab actione deſtiterint, nihil, quod perfecerint, oſtenditur, cuiuſmodi ſaltatoria, cithariſtica, palæſtrica, & quæuis alia ars muſica. Non nullæ in actione euidens opus planè nullū habent, ſed tanq̄ futuri cuiuſdam præparatoriæ exiſtunt: ubi uero à functione ceſſauerint, tūc, quid efficerint, apparet: qualis ſtatuaria, pictura, & fabrilis, tum aliæ, quarum opera poſt actionē perdurāt. Inter has medicinam quoq; numeres, licet. In medendo.n. non dum eius finis innoteſcit, quippe quæ aduerſus morbos ſemp̄ laboret: at, ubi curationē abſoluerit, tunc hoī ſanitatē reſtituiſſe eā uidere eſt.

Quid ſit medicina. CAP. 6.

DEfinitionibus rationales uſi ſunt, & deſcriptionibus empirici: de quibus q̄ſtionē inſtituere philoſophis ſolum conuenit: enimuero ueteres ēt medici hoc fere modo medicinam ſimpliciter, uel definierunt, uel deſcripſerunt. ‖Medicina eſt, Hippocratis ſententia, adiectio, & ablatio. G Adiectio quidē deficiētis, ablatio aūt ſuperātis in hoīum corporibus. Quam.n. definitionem medicinæ non nulli putauerunt, re uera nō eſt, ægros uidelicet morbis nō prorſus liberare, dolores lenire, morbiq; uehementiā retūdere, malo uictis manū non admoliri. ‖Artes.n. non ex ijs, quorum neutiquā adeſt facultas, ſed ex his, quorū adeſt, definitionem ſortiuntur: qm̄ illa definitio, q̄ neutiquā fieri poſſunt, recenſet, non ex ijs, q̄ adſunt, artes definit. Recentiores huiuſmodi definitionem uſurparunt. Medicina eſt ſcientia ſanitatis cōſeruatrix, morborū repultrix. Verū ſecus habet: non.n. ipſa hæc efficit, ſed ex illis, quæ efficit, hæc proueniunt, idq; nō ſemp̄. Quapropter non ex his, ſed illis, quæ ab ea ſemper accipiuntur, cōſtituta eſt. Hæc āt ſunt adiectio, & ablatio. Proinde, q̄ capit medicina, hęc ipſam eſſe dixit Hippocrates, quibus & in ſanis utitur, cū ſcd'am ipſorū ualetudinē conſeruat, & in ægrotis, ut morbis liberet. Quæ igitur ſemp̄ facit, ea ipſam cōſtituunt, nō illa, quæ ab his efficiunt̄. Aliud nāq; ars, aliud eius finis eſt. Quod.n. appetit, id aliud ab ipſa eſt, idq; non perpetuo ſecum habet. Quo fit, ut quatenus ipſum non contingat, neq; finis eius, ſed ſcopus dicatur: cum aūt contingerit, finis. Ita gubernatoria, & ſagittādi ars nō à fine, quem non ſemper contingunt, ſed ab alijs, quibus conſtitutæ ſunt, & p̄ quę, ut finem aſſequant̄, functiones obeunt, definitionē ſortiuntur. Porrò definitio bæc omnibus fere poſt Hippocratem H proba eſſe uidetur. Herophilo, Medicina eſt ſcientia ſalubrium, inſalubrium, & neutrorum. Triū .n. horum cognitionem habet. Salubrium, quæ corporis humani conſtitutionem ita præparant, ut ex eis pulchre inuicem aptatis ſanitas concilietur: inſalubrium, quæ ſalubrem conuenientiam diſſoluunt. Neutrorum omnia ſunt auxilia, quę ægris afferuntur, & eorum materia. Hęc.n. prius quàm à medico excepta ſint, neutra, hoc eſt, nec ſalubria, nec inſalubria ſunt.

lib. de Flatibus, a principio.

Lib. de Arte nō procul à principio.

Quot partes medicinæ. CAP. 7.

PRimariæ medicinæ partes ſunt rerum naturæ contemplatio, cauſarum notitia: uel affectuū conſideratio, ſanitatis tuendæ ratio, ſignorum obſeruatio, & medendi modus. Græci uocant φυσιολογικόν, αἰτιολογικόν, ſeu παθολογικόν, ὑγιεινόν, σημειωτικόν, & θεραπευτικόν. Athenæus pro ſignis materiam conſtituit, quæ in curatoria parte uerſatur. Nam ſine materia curatio fieri nō poſſit. Indiciorū obſeruatio, & ad curandi rōnem neceſſaria, non tñ ipſa eſt curatio. materiæ.n. beneficio curatio abſoluitur, & materia quidē ſine curatione nihil aliud cōfert. Signa uel citrà curationē ad cognoſcendum, q̄ mederi queas, & q̄ minus, neceſſaria ſunt. Ad hæc faciunt, ne inſcius ijs, q̄ medicinæ nullum locum reliquerunt, manū admouens, erroris notā incurras. Iam uero quinq; harum partiū medicinę, cuiuſq; diuiſio quædā anguſtior eſt. Pars igitur, quę naturam contēplatur,

dicitur

A dicitur,in qua de hominis natura diſſerimus:conſtat autem,ſi diuidas,elementorũ notitia, qui-
bus homo componitur,tum generationis fœtus, & formationis,pręterea interiorum & exterio
rum corporis partium ſpeculatione,cum mortuorũ cadauera incidimus, oſſiumq́; rationes per
ſcrutamur:in qua ea,quę præter naturam ſunt,inquirimus,morborum cauſas,accidentium cõ-
curſus,affectuum ſtatus diligẽter indagamus.His enim incognitis nemo recte nouerit,quo mo-
do morbos curare conueniat : ὑγιεινὸν tum ſanitatem tuetur, tum præcauet, quo minus corpora
in morbos incidant:ubi inciderint,ad ſanitatem reducit:σημειωτικὸν præteritorum cognitionem,
præſentium inſpectionem,& futurorum præſagia continet: θεραπευτικὸν,id eſt curandi facultas,
ea quoq; in tres partes diducta eſt,ut una eſſet,quæ uictu:altera,quæ medicamentis:tertia,quæ
manu mederetur.

An medicinæ diuiſio in quinque partes diducta neceſſaria ſit. CAP. 8.

PRoinde rerũ naturæ cognitio neceſſaria eſt hoc potiſſimũ nomine, ꝙ niſi naturalibus antea
cognitis,ea,quæ à naturali habitu recedunt,cognoſcere queas nunquam:nam præter illorũ
naturam morbi conſiſtunt.Cauſarum uero & morborum notitia non minus & ipſa deſideratur
ut affectuum origines,quibus reſiſtere conuenit,intelligamus:tum ipſos affectus à ueteribus ap
B pellatos,eorumq́; ſtatus cognoſcamus. Vtilis ſanè & ſymptomatum affectibus incumbentiũ co
gnitio eſt,nam ab horum congreſſu, quem Empirici συνδρομὴν græce, latine concurſum uocant,
corporis uitia ſpeciem nãciſcuntur.Quãquam ijdem Empirici in ſyndromis,quę cuiq; accidẽti
conueniant,obſeruarunt. Methodicis curationem affectus indicant,quemadmodum Rationali
bus cauſę,licet ipſi nihilo minus tum affectus,tum cõcurſus inquirant.Totum autẽ cauſis attri-
buunt,quarum non nullæ euidentes,aliæ continentes,quædam coadiuuantes,aliquæ concauſę,
reliquæ præcedentes dicuntur.Euidentes,quæ Græcis uocantur procatarcticę,id eſt antegreſſę,
ſunt,quæ,dum aduerſam ualetudinẽ crearunt,ſeparãtur,ut frigus,labor,Solis exuſtio,cruditas.
Continentes,cum præſentes ſunt,& morbi quoq; adſunt:cum tolluntur,morbi ẽt diſcedunt, ut
ſpina,& telum . Concauſæ,quas Græci appellat ſynætia,quæ affectum ſua ui poſſunt generare:
generant uero & alteri cohęrentes,ut lapis in ueſica,& inflãmatio.Nam ambæ urinę ſuppreſſio
nis cauſæ ſunt, etſi per ſe utraq; illam generare poſſit.Coadiutrices cauſarũ partes quæ ſua uir-
tute morbum efficere non poſſunt, ſed alteri auxiliantur,ut libido articularem morbum promo
uet,& remigatio ſanguinis eruptionem.Præcedentes,ſiue internæ, quæ ab euidentibus,uel præ
parantur,uel coadiuuantur,ut ſanguinis abundantia nutrimenti copiæ ſoboles eſt.Præcedit au
C tem Eraſiſtrati παρέμπτωσιν,id eſt coincidentiam,quæ omnium morborum cauſa eſt coniuncta,
uerum citra præcedẽtem non accidit. Porrò ſalubris pars,quam græci ὑγιεινὸν dicunt,nõ ſolum
ut pars medicinæ,ſed tanquam potior ea,quæ medetur,ei præponitur.Multo enim præſtat mor
bum prorſus non admittere,q̃ morbo liberare:quemadmodum & gubernatori longe præſtabi-
lius eſt ante,quàm in tempeſtatem incidat,iter abſoluere, quàm fluctuatum periclitatumq́; eua
dere.Atqui differunt rurſus in ſalubri parte,ſanitatem tueri,& morbos incęſſentes longius arce
re. Etenim primum conſueta uictus ratione adminiſtratur : alterum curatoris auxilijs,ut mor-
bum,qui cõflari debet,ſupprimat ac diſſoluere anticipet : ſiquidem, quæ iã ortis affectibus me-
dicantur,eadem quoque prius,quàm oriantur,prohibent illos conſiſtere. Similiter pars quam
ἀναληπτικὴν,id eſt refectricem,appellant,differentiæ cum illis non nihil habet.Qui enim recreat
uires recolligitq́;,ut non amplius præter naturam,ita ſecundum naturam ſe non dum habet,ſed
ab eo,qui p̃ter naturam eſt,nuper habitu abſolutus ad naturalem migrat.Quamobrem aliam ui
ctus rationem deſiderat, nec curatoriam, non enim ægrotat : nec eam, qua ſani utuntur,ut qui
non dũ abſoluta fruatur ſanitate.Quo fit,ut nec qualitate,nec quantitate paria ſanis poſſit aſſu-
mere:σημειωτικὴ, hoc eſt adnotatrix pars medicinæ,curationi morborum per uictum ſumme eſt
D neceſſaria:nam præterita & præſentia ſymptoma ad morbi cauſam inueniendam diligenter in-
ſpicimus.Inſuper maxima eius neceſſitas eſt ad p̃ſagiendum,mors,an ſalus expectanda ſit. Pari
modo medicina,quę manu medetur,tum illa,quæ medicamentis auxiliatur,ſine indiciorum ob
ſeruatione non abſoluitur:quippe præſagia eodem modo deſiderant,quibus ſcias,quę curatio-
nem non admittunt, quæque eã recipiunt quidem,ſed uehementer aut offendunt ægrum,ſi cu
rentur,aut è medio tollunt.Iã uero curatoria pars trifariam diuiſa eſt,una uictu: altera medica-
mentis:tertia manu medetur.Prima auxiliorum,quæ digerẽdi,apponendi,& cõcoquendi facul
tatem habent,eſt adminiſtratio: Quæ omnibus quidem ægrotis,ſed p̃cipue febrientibus in uſu
eſt.Quæ manu medetur,pars curatoriæ eſt:ea inciſionibus,uſtionibus, & oſſium in ſuam ſedem
deductione homines curat.Medicatio,φαρμακεία Græcis dicta, nudis medicamẽtis interiores af
fectus & exteriores ſanat : uictus enim conuenientem rationem, quãdoq́; uero manuum opus
requirit,quemadmodum chirurgia & uictus ratio medicatione utuntur.Itaq; à rerũ naturæ cõ-
templatione altius auſpicabimur:quoniam nec in ſanis ſecundam ualetudinẽ tueri,nec in ægris
morbi cauſam cognoſcere,nec ſignis quid deprehendere,nec curationem admoliri recte poſſis,
ignorans,quibus homo elementis conſtet,& quo modo his immutatis à natura, quam obtine-
bant prius,morbi naſcuntur.

De elementis humanis. CAP. 9. E

de Natu.huma. cōm.1.te.14.ci. 1.29.h

COnſtat igitur homo ex primis mundi quatuor elementis,igne aere,aqua,& terra,naturaliũ
cum Hippocrate conſenſu,non ꝙ ex his ipſis,ſed proportione eis reſpondentibus homo cō
ſtituatur. Atqui ex Hippocratis ſententia,dum diſſoluit̃,in hæc prima reſoluit̃,& unumquodq;
rurſus in ſuã ipſius naturã, homine uita defuncto,redire neceſſe eſt,ſiccum in ſiccum,frigidũ in
frigidum,calidum in calidum,humidum in humidum.Huiuſmodi tum animãtium,tum aliorum
uniuerſorum natura eſt: omnia ſimiliter oriuntur,& deſinunt ſimiliter: cõſlatur enim ex his præ
dictis eorum natura, & in eadem finit. Vnde ſingula originem nacta ſunt, eò quoq; recedunt,
quem admodum Homerus hiſce inquit,innuens diſſolutionem in hęc futuram.

Vos aqua,uos tellus cunctos aliquando tenebit.

Cæterum hoĩem uelut ex fœdis,& humanæ naturæ uicinis quatuor humoribus,ſanguine,pi-
tuita,bile tum flaua,tum atra conſtitutum eſſe phyſici pronunciant: qm̃ fœtus in prima ſui for-
matione ex genitura,& ſanguine,qui è matre ꝑ urachum influit,auſpicium cępit: in his aũt qua
tuor humores erãt.Qui ex tribus,ijſq; cõpoſitis hoĩem prodijſſe cenſent,hęc pręponunt initia,
6. de Morb. vulga.ſect.7. humida,ſicca,& ſpiritus,quæ Hippocrates græce ἴσχοντα, ἰσχόμενα,& ἐνορμῶντα hoc eſt continen
tia,cõtenta,& impetum molientia,appellat. Contin̄ẽtia igit̃ ſunt ſolida oĩa,ut oſſa,nerui,uenæ, F
arteriæ,ex qbus & muſculi,& carnes,totaq; corporis moles cõflata eſt,ad hæc ĩteriorũ exterio
rumq; concretiones.Cõtenta uero humida ſunt,q̃ in uaſis per tota corporis diſperſa ferunt̃. At-
que hæc quatuor ꝑdictos humores uocat Hippocrates.Impetũ moliẽtia ſpiritus exiſtunt,quos
ueteres duos, aĩalem, & naturalẽ numerant: Stoici tertiũ inuehũt ἑκτικόν,quẽ habitum noĩant.
Eraſiſtratus uaſa triplicia,neruos,uenas,arterias,omiſſis ſpiritib⁹,& humidis,tãquã initia,& to
tius corporis elementa conſtituit. Nã duplici materia regi aĩal affirmat,ſanguine tanq̃ alimẽto,
ſpiritu tanq̃ naturę functionibus obeundis coadiutore: non aũt ea,ut principia,intelligit.Multę
ſanè aliæ partium ſpecies nõ ex tribus illis cõpoſitæ inueniuntur, ut uerbi gr̃a cerebrũ,medulla,
atq; oſſa oĩa.Cerebrum igit̃,uel medullã nutrimenti parenchyma, quaſi affuſionẽ exponas,au-
det appellare,ſicut adipem,iecinoris,lienis,& pulmonis conſiſtentiam . At oſſa neq; nutrimenti
parenchymata,neq; ex prædictis uaſis triplicibus cõpoſita eſſe dicere poſſit.Aſclepiadi hoĩs ele
menta ſunt corpuſcula manantia,fragiliaq; & inuiſibilia foramina . Scd̃m Athenæi ſententiam
nõ quatuor illa prima corpora,ignis, aer,aqua,terra,ſed eorum qualitates calidum,frigidũ,ſic-
cum,& humidum. Ex quibus duo cauſarum efficiẽtium munere fungi,puta calidum,& frigidũ:
duo materialium,ſiccum,& humidum ſupponit. Quintũ uero ex Stoicorum opinione introdu- G
cit ſpiritum cuncta penetrantem,à quo oĩa continent̃,& gubernant̃ . Hippocrates cum trifariã
hoĩs elementa diuiſiſſet,in cõtinentia,contenta,& ea, quæ impetum faciunt,quibus oĩa de ele-
mentis poſt ipſum aſſertis comprehendit,nec non naturæ elementorum tractationẽ,& eorum q̃
præter naturã ſunt cauſas,haud ſcio, quo modo ſucceſſores eius unã illã re uera diuinã Aeſcula
pij medicinã in tres partes ſibi cohærẽtes diſtribuerint, atq; diuulſerint.Alij.n.humidis tum eo-
rum,quæ ſecundum naturam habent conſtitutionem,tum cauſam eorum,quæ præter naturam
ſolis attribuere,ut Praxagoras,& Herophilus: Alij ſolidis corporibus initia,& elemẽta attribuẽ
tes,ex his,tum quę natura conſiſtunt,tum morborum cauſas inde capiunt,ut Eraſiſtratus,& A-
ſclepiades. Athenæus uero,& Archigenes ſpiritu ſolo ea penetrãte,tum naturalia conſiſtere, ac
gubernari, tum morbos uniuerſos hoc prius offenſo creari dixerunt. Vnde & πνευματικοί, ideſt
ſpiritales,ueluti qui omnia ſpiritibus attribuant,nuncupantur. *

* Hic annotatur in græco exemplari manuſcripto,caput unum deſiderari,cuius argumentũ eſt, De naturalibus functionibus.

Exteriorum corporis partium appellationes. CAP. 10.

DE partibus corporis, ſeu particulis, & quæ earum nomina ſint,primus Ariſtoteles docuiſſe
ſimul,ac conſcripſiſſe creditus eſt. Temporis autem proceſſu medicis quoq; ipſis poſteriori
bus de ijſdẽ tractare neceſſariũ uiſum eſt,ne manu allata quamq; partem,aut particulam oſten- H
derent,ſed ex appellatione ſufficientem earũ notitiam haberẽt : quorum in numero id maxime
fuerunt Eraſiſtrati ſectatores æmulati, ut Apollonius Memphites,& hoc prior Xenophon . Di-
uidunt igit̃ totũ corpus Aegyptij medici quadrifariam,in caput,manus thoracem,& crura.Alij
has quatuor partes in plures diducunt,nempe in alias totius partes,non ut illarũ particulas.Ca-
pitis igitur tota latitudo pars ipſius corporis dicitur . Huius particulæ ſunt hæ. Anterior ſuper-
poſita ſupercilijs,pilis nuda,inter utranq; autem ſita,Frons nominatur . Hac ſuperior capillis in
tecta . Sinciput . Partem ab utroque ſincipitis latere ſupra aures ſitam,Tempora appellamus. In
media capitis regione ſinciput ſuperante eſt Vertex : unde uelut à centro circulus, capillorum
prouentus incipere uidetur.Poſt uerticem à poſteriore capitis parte aduſq; tendiens Occiput de
ſcendit.A priore ſub tota frõte,auribus,oculis,naſo,& ore ad mẽtum uſq; circũſcripta à ſuperci
lijs incipiens,Facies dicitur.Vbi enim frõs à ſuperioribus deſcendens deſinit,Supercilia,ceu ter
mini eius eminentes,& pilis conſiti eam excipiunt. Qua autẽ frons ad tempora porrigitur,in ip
ſius* terminis Aures ſitę ſunt,quarum pars aperta Ala dicit̃,refracta ab anteriori in poſterius ip-
ſis ſummitatibus inflexis cubiformis , ſub qua ſemicirculus rotundus in mucronem exurgens,
græce xyſter appellatur.Huius acumini cõcauum,quod ſubiacet,conchula.In huius medio ro-

* Al. ipſorum.

A rundum foramen, meatus auditorius uocat̃, ſub quo particula pinguis ab aure ſuſpẽſa fibra, eſt ſeu auricula, ſuperior pinna. Oculi ſupcilijs ſubiacent, q̃ & lumina dñr, nempe tota figura cum ipſis particulis. Superius inferiusq; interiores tunicas cõtegentes, palpebræ appellant̃, hæc inferior, illa ſuperior. Cõmittunt̃ inuicem crebro, & extremo tactu ad uiſus recreationẽ, & ad phibendũ, neq̃d extrinſecus uiolenter oculis incidat: maxime uero, queadmodũ in ſomnis, uiſoriæ uirtutis auertendæ gr̃a, quo melius hõ conquieſcat. Partes aũt iuxta oculos totos ſitæ, qua palpebræ inuicem cõmittunt̃, tarſi noĩantur: vnde pili proueniunt, quos cilia nuncupãt, à quibus orta ſunt, ducto noĩe. Facti aũt in hoc ſunt pili iſti, ut uiſoriũ ſpm̃, uel, ut quidã aiunt, radios interiore parte effuſos pſpiciendi gr̃a dirigãt. His itaq; elapſis, uel retortis, nequaq̃ aĩans ſimiliter in rectum, uel in longum uidere põt. Interiores oculi termini, ubi palpebræ coaleſcunt, canthi. i. anguli dñr, alter iuxta naſum, iuxta tpa alter: hic paruus, ille magnus. Quod in horũ medio conſiſtit, oculi candidum. Huius rurſus medium Iris circulus coloribus uarius occupat: vnde & à ſimilitudine, quam cum cœleſti illa Iride habet, nomen accepit. Huius rurſus media pars, per quã uiſus peragitur, Pupilla eſt. Naſus oculos interiacet: eius partes utrinq; ſitæ, nares uocantur, quibus aĩalia reſpirant, & olſaciunt. Exteriores autem narium partes, Pinnulæ ſiue Alæ noĩantur,

B Quod autem eas diſcriminat, interſeptum uocamus. In utraq; naſi parte, q̃ proprie cõcaua ſunt ſub oculis ſita, concaua nuncupamus: vnde quidã concaui nominantur. Per morbum autẽ hæc attolluntur ob hoĩs cruditatem, uel diſplicentem diſpõnem. His aũt ſuperiores inter naſum, & aures, Malæ, ꝙ priſcis & Genæ dñr, ꝗ quæ bene coloratis, & ingenuis pudore ſuffuſis rubent. Hinc maxillæ ad mentum uſq; deſcendunt, & hac in mucronem deſinunt. Mentum id oẽ eſt, qđ labro inferiori longa orbiculari figura ſubiacet. Suprema pars labri ſub naribus μύσαξ Græcis, Homero ὑπήνη appellatur. Quod intra labra deſcribitur, & ab eis conſtituitur, & continetur, Os eſt. Videntur. n. hæc quaſi cõnata, poſt diducta os efficere: quare etiam ueluti nuper diuiſa apparent. Quod caput excipit, & ad humeros uſq; pertinet, id totum Ceruix dr̃: huius poſteriores partes proprie Tendines appellantur. Dein ſub ceruice humeri utrinq; prominent, quorum uerticem ἀκρώμιον, quaſi dicas ſummum humerum, nominãt. Quod ab hoc prorſum uergit, Claiculæ exiſtunt, inter quas iuguli hñr. Ab humeris Manus incipiunt, utraq; ex ſuo latere propenſa: harum pars ab humero ad cubitum uſq; pertendens, Brachium uocatur: Ancon autem, id eſt cubitus, qua tota manus flectitur: cuius exteriorem partem Græci κορωνὸν, & horum Attici ὠλέκρανον nominant. Dein Cubitus, quo & hoĩes metiuntur. Vbi hic deſinit, & cum ſumma manu articulum

C facit, Brachiale dicit̃. Succedens huic pars μετακάρπιον, quaſi poſtbrachiale dixeris. Inde Nodi, à quibus digiti incipiunt, Græci κονδύλους appellant. Digitorum maximus, pollex eſt, ἀντίχειρ Græcis dictus, ꝙ toti ſummæ manui cooperans æquipolleat. Poſt hunc Index, nomen ab uſu, ut apparet, ſortitus: dein medius: hũc medio proximus ſequitur, Græcis παράμεσος dictus, medicis dicatus, atq; ab ijs nomen ſortitus. Poſtremus paruus dicitur, ꝙ omnibus ſit inferior. Itaq; à brachiali ſumma manus dicitur: cuius ſupinæ pars iuxta pollicem aſſurgens, Vola nominatur, græce θέναρ: huic pars oppoſita ὑποθέναρ, ideſt ſubuola uocatur: uerum, unde digiti procedunt, στῆθος. i. Pecten manus eſt. Quod medium horum omnium eſt, concauum manus dicitur. Supra uero thorax ea pars appellatur, quæ à collo toto ad ilia uſque ex anteriore parte protenditur. Huius pars, quæ ſub clauiculis utrinque, & manibus habetur, Coſtæ ſunt: ex quibus & latus utrunque dicitur. In harum medio pectus. Huius rurſus medium uſque ad chartilaginem, ſub qua uentriculi os deliteſcit, σίγμον Græcis dicitur: idem locus etiam extrinſecus ita appellatur. Hinc abdomen oritur. Quæ ſub uentriculi ore ad partem exteriorem apparent, Subchartilagia nominamus, Græci ὑποχόνδρια, quoniam ſecundum rectitudinem ſub chartilagine ueluti poſt ipſam habentur. Sunt autem muſculi, qui expanſi membranæ prætenui ueluti araneæ, quam περιτόναιον Græci nominant, ſubiacent: extrinſecus uero cute conteguntur. Aequiuoco autem cum his uo

D cabulo etiam interiora uiſcera uocamus hypochondria: quoniã & ipſa ſub chartilaginibus notharum coſtarum ab interiore parte exiſtunt: ſed exteriora proprio. Quod ante ilia hypochondria comprehendit, Abdomẽ eſt: Quod utrinque eſt, κενεὼν i. inane, ſeu uacuum. Ilium medium occupat Vmbilicus. Sub hoc ſumen græcis ἦτρον uocatum. Poſtea pubes ſequitur, quæ & aquaticulus, græce ἐπίσιον dicitur, in quem thorax finit: vbi & maſculorum pudenda cõſtituta ſunt: ium ſœminarum ad femoris utriuſque exortum, ut ſub hoc occultent̃. Maris pars prominens Coles uocatur, ſummitas eius, glans: qua foramen habet ad excretionem, οὐρήθρα ab uſu nuncupatur. Cutis, quæ eam contegit, præputium dicitur. Inferior pars colis in longitudinem eius uergens ῥαφὴ, id eſt ſutura uocata eſt. Quæ uero aduſque ſedem producitur, ταῦρος, hoc eſt Taurus. Teſticuli duplici nomine apud Græcos didymi, & orchus intus, & foris appellantur. Quod teſticulos ambit, ὄσχεον Græci, noſtri Scrotum uocant. Muliebris autem pudendi (ſic enim nominaui ipſum) ſinus ipſe, κτεὶς, id eſt pecten, uocatur. At, quæ ſinum ambiunt, Alæ uocantur, inter has autem caruncula ad fiſſuram exorta, Græcorum lingua νύμφη uominatur, noſtra Colliculum appellare licet: quam, ꝙ multo promineat, Aegyptij in uirginibus excidere conſueuerunt. Porrò recti inteſtini orificium per ſedem prodiẽs, quo excretionem, cum lubet, retinemus, Anulus

à figura,

à figura,ab officio Strictor uocatus eſt.Cæterum poſteriores corporis partes , quæ collo ſubia- E
cent,hunc ſitum & appellationem habent:totum,νῶτον.i.tergum,uocatur: inde utroq; in latere
ὠμοπλάται.i.ſcapulæ habentur.Media ipſarum pars μετάφρενον,quod eſt dorſum,cui etiam ſtoma
chus intus ſubiacet. Rurſus media totius tergi ſedes ſuperne ad clunes vſq; ſpina dicitur.Huius
partem,q̃ recto tramite ſub dorſo habetur ἄκνηστιν Homerus nominauit, manifeſto aliis dictioni
bus exponens,κατ' ἄκνηστιν μέσα νῶτα:qm̃ & iuxta rectitudinem lõgitudinis media ſunt terga,me
diumq; eſt dorſi & lumbi.Spinã lumbi,Græcis ὀσφὺς dicti,quæ ἰξὺς nominata eſt,quatenus cin-
gimur,excipiunt.Hi in os ſacrum terminantur:in cuius utraq; parte coxæ ſunt:in nates: qm̃,q̃
his ſubiiciuntur,maxima oſſa ſunt.Inde carnoſa ipſis corpora ſubſtrata ſunt. Quorũ gibbæ par
tes,ꝙ orbiculares ſunt,σφαιρώματα,ceu modo orbium ſactæ, Græcis nominantur . Inde corpus
unum in duos exit proceſſus.Nam in duo crura nominata bipartitur,quorum diuiſiones uete-
res Græci δισχέλαν nominant:atq; hæc tota ad extrema uſque,crura dicuntur: quę uero à coxis
ſtatim incipiunt,Femora:vbi uero artus poſtea cõmittuntur inferioribus,articulumq; efficiũt,
genua noĩamus.Eorum partes retrorſum ſpectantes,poplites, uel ancyle : inde ad ima maximi
artus tibię:quarũ anterior pars Ocrea,poſterior Sura nominaẽ.Poſtremũ oſſium tibiæ in utrun
que latus excedens,talus eſt:ab hoc ꝓfecti,pedes proprie appellantur : quibus etiam mẽſuram F
ſibi aliam hoĩes in altũ tollentes pedem inuenerunt.Pedis pars poſterior calx: prior à talo uſq;
ad digitos,ταρσὸς Græcis uocatur.Interior autem quaſi pedibus inuicem ſe aſpicientibus à talo
uerſus magnum digitum procedens,πέδιον Græcis appellatur,id eſt planities.Quod ſub hac ſta
tim in medio imi pedis habetur,concauum dicitur.Infimum,quo terram cõtingimus,& ingre-
dimur,planta uocatur.Quod poſt concauum ad digitos aſſurgit,* pecten pedis nuncupatur.De
inde digiti numero manuum digitis pares.Non autem eadem ſortiti nomina,quoniam nec eoſ
dem præſtant uſus,quanquam magnitudine,aut ſitus ordine conueniant.

*Græcum exẽplar habet στῆθος i.pectus,

Interiorum anatome. CAP. II.

ANatome abuſiue quidem dr̃ ẽt exteriorum corporis partium & particularum cõmemora-
tio,q̃ uerbis uniuſcuiuſq; ipſorum naturalem ſitum, ordinem,uſum,quem aĩanti prębent,
propriam cuiq; illorũ appellationem,de q̃bus iã retulimus,ꝓcenſet:proprie uero anatome,in-
teriorũ cum ſermone explicatio dr̃.Siquidem oculis eas indicatas eſſe,anatome non eſt,ſed cu
iuſq; notitiã ex ſermone ac uerbis accepiſſe,& naturales actiones,quo modo ipſas obeant,didi
ciſſe,p̃terea quã inuicẽ cõionem uiſcera,aliæq; corporis partes ꝑ uenas habeant. † Cerebrum
itaq; ex nullo eorũ,q̃ p̃diximus,principali uaſe cõpoſitum eſſe vr̃ Eraſiſtrato , eoq; nutrimenti G
parenchyma.i.affuſio ipſi eſſe vr̃.Eſt aũt corpus ſimplex,atq; ob id oĩum,quę humano cõtinen
tur corpore,& p̃cipuum,& princeps. Quapropter Plato & Hippocrates ‖ animi principatum in
eo cõſtituunt.Cõprehenditur ſane membranis duabꝰ: vna & contigua aſſimiliq;,χοροειδὴς ideſt
ſecundiformis Græcis appellaẽ,uenoſiorq; eſt: Altera,q̃ huic ſuperiacet,caluariæ quibuſdã par
tibus magis adhæreſcit.Sed hæc neruoſior exiſtit.Ex ſuperiore igiẽ parte uenæ nutrimentum à
*corde iuxta eum locũ,qui Græcis ληνεῖον dr̃,ex arterijs uero,q̃ ad baſim ſunt,acceptum in id
deriuant:inde & nerui exortus principium ex eo capiunt, vñ & animi functiones uniuerſo cor
pori cõicant.Neruorum autem ſpecies duæ ſunt,una mutuos oſſium connexus colligat, conti-
netq;:altera ſentiendi mouendiq; ꝓ arbitrio ſacultatem toti corpori tranſmittit.Atq; hinc etiã
muſculorum prouentus eſt.Oculorum meatus & ipſi ab ima cerebri parte ꝓueniunt, & per eos
uiſorius ſpũs oculis impartitur.Inde uero nares etiã ꝓceſſus hñt,per quos & odoramur,& cere
brum expurgaẽ.Ad aures proceſſus non ſunt,uerum à poſteriore parte tenuis membrana, quã
Græci μήνιγγα uocant,perforata eſt,atq; in uermis ſpeciem ꝓceſſum habet : per quam ſimiliter
ipſæ repurganẽ.In illius principio cerebri pars Græcis κωνοειδὴς appellata , ꝙ coni ſpeciem refe-
rat,ſedem habet.Iam uero illinc & ſpinalis medulla incipit.Cæterũ duos hẽt cerebrum uentri- H
culos,quorundam opinione unũ,ubi animi principatus reſidet.At caluariæ oſſa ſuperiore par-
te ſub cute,mẽbrana,quæ ꝑ ſuturas è meningibus ꝓdijt,περικράνιον Græci nominant, contegun
tur.Eſtq; hæc origo mẽbranæ coſtas ſuccingentis,quã ὑπεζωκότα noĩant,& ſepti tranſuerſi,& pe
ritonæi,& omnis mẽbranę neruoſæ.‖Oculus ex Hippocratis ſnĩa habet duas tunicas,quas Hip
pocrates μήνιγγας,ꝙ ex illis prouenerint,appellat. Recentiores tres ponunt , nonnulli quatuor .
Ex quibus prima deſoris eſt à Græcis κερατοειδὴς.i.cornea uocata . Ea reliqua ſui parte alba eſt ,
pupillæ loco extenuaẽ,perſpicuumq; ſubiectum colorem reddit,quatenus niger,uel cæſius,uel
ſuluus apparet.Secunda,qua pupilla eſt,modico foramine cõcaua,quæ,ꝙ parte interiore ſit aci
no vuæ ſimilis,ῥαγοειδὴς à Græcis nominaẽ.Tertia retis modo ſinũ habens, ἀμφιβληστροειδὴς nun
cupatur:ꝑinde quaſi in ſummo quartam tunicam à nonnullis inuectam excipiat, quam & ἄδη-
λον,ceu minus apparentẽ uocare conſueuerunt . Eſt etenim membrana minima ſimul & tenuiſ-
ſima,ſed prima & ſecunda firmæ membranæ,craſſæq; tunicę ſunt:tertia uero & quarta tenuiſſi
mæ.Quare & Hippocrates priores ſolas cognouit,oculus,inquiens,mẽbranas duas habet.Por-
rò triplices hæ tunicæ humores cõtinent. Hunc ab aquæ ſimilitudine ὑδατοειδῆ Græci uocant:
Illum ὑαλοειδῆ,ꝙ uitro quiddam ſimile referat . Tertiũ κρυσταλλοειδῆ , hoc eſt cryſtalli modo pel-
lucidum.

† Ex græcis antiquis hæc addun tur. & arterias & neruos, per q̃ & reſpiratio & confluxio omnium, & omnia fiunt.

‖ de Mor.ſac. non procul à fine.

*Al. λῆνον.i.torcular.

‖ de Loc. in Homine nõ procul à principio.

A lucidum.Palpebrarum interiores partes carnoſæ:mediæ chartilaginoſæ: exteriores cute tegun
tur.At,qm̃ chartilago media dura eſt,adeps ſubiecta eſt lenimēti,malagmatisve īſtar,q̃ frequē-
ter exuperans,guttas parit.Lingua maxime carnoſa eſt,in quā duplex neruorū gen⁹ab ima par
te cerebri ꝓdiens inſerit.Alij molles appellati guſtādi ſenſum ad principiū: alij duri motū arbi
trariū ad ipſam deducunt.Ad huius radicē exigua inhæret lingua,Græcis ἐπιγλωττὶς dicta,q̃,cū
deglutimus,recurrens, arteriam claudit,ne qd ex firmioribus humidis in ipſam delabat.Cuius
rei quoq; cā tonſillæ numero quatuor creatæ ſunt:duæ ad linguæ radicem, utrinq; conſpicuæ:
duæ his ꝓximæ penitiores.Noīantur eædē ēt παρίσθμια,qm̃ locus ad quem ſitæ ſunt,iſthmo,ꝑ-
ſertim cū per inflāmationem intumuerunt,eoq; tranſitū hunc arctum nimis reddunt,figura rñ-
dent. Porrò,cū duabus aīal materijs gubernet,alimēto,& ſpū,ad hūc qdem ꝑcipiendū, nares,
os,fauces,aſpera arteria,& pulmo,partes ſunt aptiſſimę.Nares ſanè & os reſpirationi ſeruiunt:
gurgulio,ne frigidus in fauces aer cumulatim irrūpat:aſpera arteria,ut eundē in pulmones de-
ducat,quorū in pectore ſedes eſt:ꝑ hos & oīs fit reſpiratio,ſumittentes qdē ſe,ut ſpūs emittat:
attollentes uero,ut idē recipiat.Quare actione ſimilitudinē quandā cū fabrorū ſollib⁹ hn̄t vñr:
figurā uero ungulæ bubulæ ſeruant.Porrò ex ſpiritu in pulmone elaborato quicqd maxime ne
B ceſſarium eſt,ad ſiniſtrū cordis uentriculū deſert:qcquid īutile eſt,illac,qua inſpirauim⁹,effla-
tur.Nutrimēti uaſa ad excipiendū,& inſtrā ad elaborationē inſtituta hæc ſunt,os,dētes,ſtoma
chus,uentriculus,ieiunū,& tenuia inteſtina. Os qdē & dentes cibum extenuant moluntq;.Sto
machus appetit & deglutit:appenſus aūt aſperæ arteriæ ad ſeptū uſq; trāſuerſum porrigit. Ven
triculus oīs eſt ad cōcoctionē:incipit uelut à media chartilagine,ubi uentris os ſitū dr̄:ſubſidet
leuiter iecinori,latitudine græcorū literā σ referens,& altero extremo in ſiniſteriorē partē uer
git,ubi eſt & græcis dictus πυλωρὸς,qm̃ portæ mō,ne nutrimentū ex eo cōſertim delabat, ꝓhi-
bet.Ieiunū & tenue inteſtinū digeſtioni dicatū eſt,in ſinus multos implicitum:cōmittit aūt me
ſaræo,ſeu meſenterio,qđ uenæ in id deſcendentes intertexunt,per quas digeſtio plurima fit ad
portas hepatis.Ei uero tenuius inteſtinū eſt ita cōnexum,ut pars eius eſſe videat, qppe ieiuno
explicato ꝓſimile eſt.{Differt tñ,ꝙ nec uacuum ſit,nec uaſorū copiā hēat.} Deinde cæcum inte
ſtinum,alimento recipiendo accōmodatum. Huic adhæreſcit κῶλον.i.laxius inteſtinum, qđ ex-
crementa ex diſtributione ſegregata ſuſcipit.Pertendens autē in dextrā ſupra umbilicum inter
iecur & lienē,deorſum rurſus fert,totumq; amplexum abdomen in rectū inteſtinū deſinit. Cū
igit duo meatus à lato oris ſpatio incipiāt,alterū iuxta priorem colli partē, bronchū uel aſperā
C arteriā noīamus:{alterum,ſtomachū.}Vñ uero initiū capit arteria, & ubi aperit, φάρυγγα i.fau-
ces,uel λάρυγγα Græci uocant.Ceterū totus meat⁹ex chartilaginib⁹ anuli mō uel circuli cōpoſi
tis conſtat,quo firmus continuę aīantis reſpirationi maneat,{nec cōprimatur:}quare ēt oſtium
eius ſemꝑ pateſcit.Nā cibi abſtinentiā tolerare potes diutiſſime, non inſpirare ne minimū qui-
dem tꝑis potes.Huius rei grā purum hunc ſpūi tranſitum natura dedit,ne impedimenti qd ſen
tiat.Enimuero,ſi quid uel cibi,uel potus in arteriā imprudentib⁹ delabit,ſtrāgulationes, & tuſ-
ſes ſtatim excitant,donec à ſpūs impetu excuſſum efferat.Iam uero aſpera arteria ſpm̃ pulmo-
ni tranſmittit,deſinitq; in eiuſdē arterias aſperas,quas ipſas quoq; brōchia noīant. Stomachus
interius,q̃ arteria,exiſtens,ceruicis uertebris annexus,lōgiſſime cū aſpera arteria porrigit.Sed
bronchus illi adiunctus,cū cibum deglutimus,recurrens,exacte ipſum lingula cooperit,quę ex
linguæ radice trahit originē.Porrò hæc lingula non mō os claudit, ſed ēt cibum à lingua uelut
uentilabro purgatum,& arteriæ orificio ſuperimpoſitum ad ſtomachum pontis mō deiicit. Sto
machus ꝓ naturali functione appetendi facultatē habet.Dum appetit quidem,ſe attollit,& quę
offerunt,deglutit:dum aūt accepta quaſi elidit,& ad ſubiectas partes expellit,ac uentriculi ori
ficio contiguo ꝑ trāſuerſum ſeptum tradit,ſubmittit. Per quē anguſtum exiſtentem meatuum
D in uentrē alimenta deſcendunt.Ventriculi naturale officiū eſt,ut alimentum ſibi cōmiſſum con
coquat,qđ à cōcoctione primum ptiſſanę cremori ꝓſimile eſt:uerum ꝑ eum,quē πυλωρὸν à græ
cis appellari diximus,q adhuc arctior eſt,alimentū ieiuno inſtillat:qđ cum tenue ſit inteſtinū,
in flexuoſiſſimos orbes natura īplicauit,ne ex facili videlicet diſſecaret,diuelleretq;. Meſaræū,
ſeu meſenterium anfractus,& orbes eius amplectit,atq; ipſos ſuſtentat:quanquā id non ſolum
hunc ꝑſtat uſum,ſed ēt uenas duas ſub iecinore emergentes{fulcit}q̃ poſt in diuerſas partes di-
ducunt,& meſaręo inſerunt,quo & ipſæ(ſunt.n.tenues)ruptionis ꝑiculum effugiant.Suſtinent
autē ab intexto eidem ſimul baſi,huic innitentes,& ueluti ſubſtrato alleuatæ finiunt. Atq; hoc
pacto in ſingulis anfractibus ad hirudinum ſimilitudinē cōpoſitis, aperto ore ieiuno inhiantes,
oēm in eo alimoniā in ſuccum conuerſam exugunt.Simul aūt inter exugendum,ꝓtinus ipſum
in ſanguinē mutant,q ſuccus antea erat,dum in ieiuno eſſet.Non.n.aliunde uel pituitæ,uel ſan
guinis,uel alterius cuiuſdā uas eſſe natura indicat.Rurſus igit duæ factæ ex multis uenæ à me-
ſaræo acceptū,ad iecinoris portas digerunt.In iecinore cum ſanguinis naturā nutrimentum in
duit,recrementa ſingula pariter ſecernunt.Flaua bilis ad ueſicam ei inhærentem defertur: atra
ad lienem. Iam uero ab hepate uerſum in ſanguinem alimentum,in dextrum cordis uentriculū
diſtribuit.A corde ſanguis per iugulares uenas (σφαγίτιδες à Græcis nominantur) ad ſuperiores

corporis

corporis partes deriuat.Per cauã aũt uenam in uniuerſum corpus diffundiť. Ab hac rami duo, E
ſanguine iã à ſero diſcreto,ad renes ꝓreptãt,qui lumbis ſub clunium carnibus, per quas urina
deſtillat,inhærent.Ad ueſicã autẽ per meatus dictos græce οὐρητῆρας ꝓficiſcitur. Veſica corpo-
re ſuo urinã recipit,& per colem foras excernit.Teſticuli uero ſuba glanduloſi ſunt,cõceptacu
la,& officinæ ſeminis,qđ per ſingulos neruos ab inguinibus dependentes,græci κρεμαστῆρας no-
minant,ad eos ſertur.In quos ẽt alia uaſa ipſos nutrientia deſcendunt.Cæterum duabus tunicis
conteguntᷓ,quarum tenuiorem græci ἐρυθροειδῆ,ualentiorẽ δαρτὸν appellãt. Ab his eſt, qđ ὄσχεον
à græcis.i.ſcrotum dť,Fœminis autem vulua ſcroti conuerſi ſimilitudinem refert.Venæ in par-
tem eius interiorem quàm plurimæ aperiuntur,per quas ſanguis expurgatur: qui in concepti-
bus retinetur,ceditq́; in alimentum ſœtui,& formationem.Nam à uenis,q̃ ſecundas implicant,
binæ aliæ prodeuntes uenæ, ab arterijs ibidem ſitis binæ arteriæ, & à neruis unus neruus mu-
tuo in unum congreſſu meatum οὐραχὸν appellatũ abſoluunt,qui infantis umbilico inſeritur,ex
quo & enaſcitur,& ſuſpenſus eſt.Ab umbilico autem uenæ ad iecinoris portas ſanguinẽ in ſœ-
tibus tranſmittunt:arteriæ uero iuxta ueſicam,craſſiori arteriæ:neruus hic ſpinæ inſertatur.

De ea anatomes parte,quæ ad oſſa pertinet. *CAP. 12.*

OSſium duplex compoſitio,una ad motum accõmodata nomen articuli habet:altera ad ſta F
bilitatem,græcis συνάρθρωσις i.coarctatio dť.Huius autem tres ſunt ſpecies,ſutura, coagmẽ
tatio,& fixura.Suturis igitur capitis oſſa conſtant.Inueniuntur autem ſuturæ in plurimis quin
que.Prima per ſinciput,στεφανιαῖα à corona,cui aſſimilatur,græcis dť.Altera ꝑ uerticem ὀβελιαία,
q̃ ueru repræſentet,uocatur.Tertia per occipitium, à græcorum litera λ. λαμβδοειδὴς ei nomen
eſt.Duæ,quas κροταφίας nominant,in utroq; temporum una. Oſſa caluariæ ſeptem numerantur,
occipitis unum,uerticis duo,temporum item duo,frõtis unum,polymorphi unum. Cerebrum
duos ab utraq; cerebelli parte proceſſus obtinet:κορῶνας,quaſi dicas tubercula,græci appellant,
qui in primæ uertebræ cauitates inſinuãtur,in qua,uelut centro, ſecundæ uertebræ caput in la
tera mouetur,annuit,renuitq́;. Deinde oſſci dicti proceſſus duo paululum inuicem diſſidentes,
per quos tẽdines,& nerui deorſum feruntur.Poſt alia duo oſſa ſuper foramina,per quæ facultas
audiendi eſt,emergunt,iugalia i.ζυγοειδῆ appellata.Sub his rurſus alia duo petræ modo promi-
nent:λιθοειδῆ uocant.Priore capitis parte ꝓceſſus ſunt telo ſimiles:hinc quoq; βελονοειδεῖς à græ-
cis dñr.Facti autem ſunt ad faucium diuiſionem. Vbi ſummæ eorum partes chartilagine cõmit-
tuntur,ὑοειδὴς appellatur.Quæ uero ſuper his ſunt,nomen deſiderant. Quorum in priore parte
ſitum eſt os à multiplici forma dictum πολύμορφον. Porrò ſuperioris maxillæ oſſa coagmentatio G
ne conſtant.Facies item coagmentationes nouem habet.Prima in lato utroq; oculorum ſpatio
ſitum obtinet:duæ à latere narium utroq;:alia medias nares recta interſecat. Malæ quoq; ſingu
las habent.Duæ rurſus obliquæ palatum ſecant,unaque in rectum idem palatum diuidit.Cões
autem faciei,& capiti,ſunt in oſſibus iugalibus.Iam quidem faciei duodecim oſſa ſunt, narium
duo,oculorũ quoq; totidem,malarũ ſingula,palati quatuor,dentium receptaculorum duo, alis
ſimilia.Maxilla inferior quorundã ſnĩa duo in mento cõnata habet oſſa,nõnullorum unum.Cę
terum dentes fixura iunguntᷓ,q̃ppe receptaculis ipſorum infixi ſunt. Sunt aũt numero triginta
duo.Ex his quaterni primi,in ſuperiore atq; inferiore maxilla,q̃ a ſecant,τομεῖς à græcis noïan-
tur:canini quatuor,maxillares ſeu molares uiginti ſunt.Reliquorũ oſſium clauiculæ ad ſummũ
humerum coeuntes delignaᷓ: ad pectus autem articuli, & coagmentationis miſtionem facere
vſir,& Romanæ literæ S,eiuſq́; ſimplicis figurã oſtendunt. Dein coſtæ duodecim utroq; latere
hñr.Septem ex eis cum ſpinæ uertebris,cumq́; oſſe pectorali utrinq; coeunt. Reliquæ quinque
à poſteriore parte ſpinæ inſeruntur:in anteriore parte inuicem renuentes chartilagine colligã-
tur.Vertebræ uero omnes quatuor & uiginti ſunt. Septem in ceruice,dorſi duodecim,quinque
lumborum:poſt oẽs os ſacrum,quod ex uertebris inuicem connatis conſtare uideť.Quin & pe H
ctus ſimiliter ex ſeptem oſſibus unà coalitis enſis figura ſtructum eſſe apparet. At brachium u-
trunq; humeri articulo coarctatur.Porrò ſuo ipſius capite oblique in ſcapularum ſinum immit-
titur.Cæterum ſcapulæ muſculis,qui poſteriore parte coſtis ſubſternuntᷓ,incumbunt. Cubitus
& radius,quem græci κερκίδα appellant,coalitus quidẽ modo ſeſe contingunt,articuli uero mo
do,alteri brachij capiti committuntᷓ.Tribus.n.ſui uertebris brachium in cubiti cęlaturam,ſtru-
ctura literæ σ ſimilem,inſeritur.Quarta iam uertebra radius ueluti circa axem uoluiť. Brachia-
lis oſſa tria mutuo coalitu deligata ſunt: ad cubitum tamen,& radium, articulum apte faciunt.
Poſtbrachialis quinq; oſſa uidere licet,articulum cum brachialis oſſibus, quibus connata ſunt,
explentia.Palmæ oſſa cum eiſdem,& poſtbrachialis oſſibus coagmentatione iunguntur,conti-
nenturq́;.Cæterum cum primis digitorum internodijs coarctantur:digitorum uero internodia
ſingulorum tria,quæ articulo componuntur.Femoris os unum eſt, cuius caput leniter reflexũ
in coxæ profundum ſinum conijcitur.Quam commiſſuram neruus,qui è medio ſinu prodit, &
in medium ſemoris caput inſeritur,continet.Coxæ,quæ duo ſunt oſſa à poſteriore parte, cum
oſſe ſacro priore inter ſe coaleſcentiam habent: vbi & pubis oſſa,uel pectinis nominantur. Ti-
biæ utriuſque oſſa duo, nempe tibiæ & fibulæ: non peruenit autem fibula ad genu articulum,

uerum

A uerum ſola tibiæ ſummitas quatuor in ſe ſuperficiales ſinus obtinens, quibus duos ſemoris no-
dos excipit.His incumbit ab anteriore parte paruum os rotundum,ſublatũ, ſcuti breuis inſtar,
commiſſuram eorum continens,ꝙ in ſummo coarctetur . Fibulæ ſuperior extremitas anteriori
tibiæ parti ſub inſertione connectit̃:iuxta malleolos autem,qua deſinunt utraq; tibiæ oſſa, liga
mento nerueo,chartilaginoſoq́; inuicem colligantur:cæterum intus talo incumbit intra ſe oſſa
couinciens.Talus,iuxta pedis longitudinẽ ſitus,perone,hoc eſt fibulæ,inſidet, eiq́; firmiter coa
ptatus eſt.Cæterum tibiæ oſſibus,tum ei,quod σκαφοειδῆ uocant, in anteriore ipſius parte arti-
culi iunctura committit̃.Rurſus ſcaphoides, vbi cum talo coit,excauatum eſt,ut ſcaphæ ſpeciẽ
referre uideat̃.E regione gibbum calles tres habet,quibus oſſa χαλκοειδῆ,quæ tria ſunt,inſerun-
tur:porrò,quod cubi figuram repræſentat,extrinſecus ſitum eſt:coarctatum eſt autem† carno- †Greci impreſſi legunt,ut uertit interpres. Antiqui tamen habent ſcaphoidi oſſi,& ita legendum eſt.
ſæ parti,& calci.Proceſſum quoq; ex inferiori ad priorem partem obtinet, quem plantæ os reti
nendi ipſius gratia ſubijt.Deinde os dictum πεδίον,& ipſum quinque conſtat oſſibus.Tum dein
de quinque pedis digiti habentur, ex tribus omnes internodijs , ſimiliter ijs,qui in manu ſunt ,
compoſitis,ſi magnum excipias:is.n.ſolus duobus conſtat. Contrahunt autem horum iunctu-
ras membranoſa quædam ligamenta: talum & calcem ualida admodum , & quædam ex ijs ro-
B tunda,ſimul & neruea chartilaginoſaque.

De humoribus,facultatibus,morbis,eorum differentijs,cauſis,ac curationibus. CAP. 13.

HVmores corporis ex prima generatione quatuor,commiſti inuicem & contemperati ſunt
corpori.Exuperat autem alius in alio magis loco,ſanguis in corde,pituita in capite, flaua
bilis in iecinore,atra in liene.Cæterũ duplex ſpũs innati ſpecies,alius naturalis,alius aĩalis. Nõ
deſunt tñ,qui & tertium hecticon introducunt.Hecticus igit̃ eſt ſpũs,qui lapides continet. Na-
turalis aĩantia,& ſtirpes nutrit. Animalis ſentiendi,omniſq́; motus facultatem aĩatis exhibet:
Situs autẽ eſt in aĩantibus:nam his tribus aĩalium natura cõſtat. Itaq; aĩalis in capite ſedem ha
bet:naturalis in corde:hecticus in toto corpore uerſat̃ . Naturæ actiones ſunt, à prima genera-
tione imprægnatio,ſœtuſq́;formatio:in editis,appetitus,cibi deglutitio,in uentriculo conco-
ctio,digeſtio,in ſanguinem alteratio,ſegregatio,nutritio, & actio . Excernunt̃ autẽ in corpore
ſtercus,pituita,utraq; bilis, urina,ſudores,muci,ſaliua,& lac. Animæ uero facultates,ſenſus,&
uoluntas.Senſus quidem ſunt quinq;,quibus animantia ꝑ corporis inſtr̃a funguntur,uiſus,au-
ditus,guſtus,odoratus, & tactus . Inſtituit autẽ aĩa quædam ſine corpore, ut cum ratiocinatur,
uel reminiſcitur.Cũ corpore,ubi id ad quorũdam receptionem,uel excretionẽ,uel ad loca mo
C uet.Reſpiratio cõpoſita quædam actio eſſe vr̃,partim ex arbitrio,partim ſponte & naturaliter,
ut in ſomnis ſacta.Sanus igitur homo eſt,primis,unde conſtat,elementis: & ſecundis,unde ſor
matus eſt,quatuor humoribus,tum quantitate tum qualitate mediocriter inuicem cõtempera-
tis:ſolidis aũt partibus,ex q̃bus cõpoſitus eſt,nec diuiſis, nec cõdenſatis,nec è loco ſuo motis:
ſpiritibus nec intenſis nimium,ut in phreniticis,nec diſſolutis,ut in lethargicis,uel in iis,q̃ car-
diaco affectu affligunt̃.His.n.hecticus ſpũs reſolui vr̃.Sanus autem hõ conſeruandus eſt cõſue-
tis exercitijs,& cibis patrijs quolibet anni tp̃e obſeruatis:copia eorũ ſolum uitanda eſt,ex qua
cruditates oriuntur,q̃ morbos pariunt.Præcauendi morbi ſunt,uel qui iam imminent, uel futu
ri ſunt.Si ex plenitudine ꝓueniant,inedia,uel purgatione,uel uenæ inciſione curãdi ſunt.Si ex
labore & indigentia,q̃ eti corpus dare & nutrire cõuenit.‖ Verum uniuerſi morbi,ex Hippocra de Natu. huma. com.2.t.4.cl.7.182.b
tis ſnĩa,partim extrinſecus ex aere nos ambiente,partim intrinſecus ex eſu,potioneq́; ꝓficiſcun
tur:à q̃bus humorum aliquis uel abundat,uel deficit,uel qualitatem cõmutat.Ab his ẽt ſpũs in
ſiti nunc intendunt̃ nimis,nunc plus æquo relaxant̃.Solida uero corpora ſoris & ĩtrinſecus mul
tas cauſas hñt plures affectus ſuſtinendi.Eraſiſtratus autem & Aſclepiades in uniuerſum unam
omni morbo cauſam tribuunt:Hic ſanguinis in arterias coincidentiã:ille corporeæ molis in ra
D ritate extenſionẽ.Plenitudinis morbum facientis notæ ſunt uaſorum cõuexio,ſaciei rubor,to-
tius corporis tumor,& pulſuũ magnitudo cũ robore.Indigentiæ ſigna,collapſus tumoris,graci
litas in facie,& exiguus pulſus cũ ĩbecillitate.Itaq; ſebrim ueteres ipſam ꝑ ſe affectum arbitran
tur:Eraſiſtratus,& recentiorũ nõnulli ἐπιγέννημα.i.acceſſoriũ,ſeu cõſectariũ affectum.Febris igit̃
eſt natiui caloris in ardentiorem cõuerſio,eo,ꝙ intro aduerſus ꝑſpirare ꝓhibeat̃.Indicia febri-
citantiũ colligim⁹ ex calore intẽſo & intolerabili,tũ in acceſſionis principio ex languido,ĩęqua
li,& crebro pulſuum motu:in ſtatu,ex uehementiſſimo motu elato,& ueloci admodum. Iunio
res calorem naturali magis ardentẽ,mordacem,acrẽ,& cõſtantem,cum pulſuum frequentia &
duritie,ex alto uenientẽ,febrem eſſe definiunt.Sunt aũt duę eius ſpecies oĩum ſnĩa,& cõtinua,
& intermittens. Continua eſt,q̃ non ad integritatem prius,q̃ morbus ex toto ſolutus ſit,uenit.
Intermittentis rurſum ſex ſpecies inuenimus apud ueteres,quotidianã,tertianam,quartanam,
quintanã,ſeptimanã,& eam,q̃ à nono die nomen hẽt. Quotidiana eſt,q̃ ſingulis diebus aut no-
ctibus acceſſiouem uel deceſſionẽ facit.Tertiana unum diem p̃ſtat integrum,tertio redit. Quar
tana duos dies intermittit,deinde reuertit̃: Quintana tres:Septimana quinq;: Quæ à nono die
uocata eſt græcis ἐνναταῖα,ſeptẽ.Nã ſemitertiana,mõ inter continuas,modo inter intermitten-
tes ponitur.Iam uero reliquorum morborum duo genera ſunt,uel cum ſebribus,uel ſine ſebri-
bus.

bus.Quidã.n.acuti,quidã longi ſunt.Acuti q̃dem hi,phrenitis,febris ardens,cui nomen eſt cau E
ſos,Synãche.i.Angina,pleuritis,peripneumonia,cardiacus affectus,regius morb⁹,cholera,vol-
uulus,colicus dolor,apoplexia,tetanus,opiſthotonus,emproſthotonus.Acuti igitur à ſanguine
ferè,& flaua bile,in nonnullis corporis partibus,quas ij male hñt humores,ſuperfluis,& in dete
rius uerſis conſtituuntur. Longi à pituita & atra bile, ſimiliter uel copioſioribus,q̃ naturæ mo-
dus exigit,uel in acerrimam qualitatem immutatis . Qui iam ex copia laborant,uictus ratione,
uel inedia,uel purgatione,uel uenæ inciſione curandi ſunt.Qui ex abſtinentia in morbum inci-
dere,alimentis reſtituere conuenit. Quibus incoctio,& humorum acrimonia morbi cãm fece-
runt,ijs fomentis,& cataplaſmatis concoctio paranda eſt.Acria cõtemperãda ſunt,& cibis bo-
ni ſucci,atq; humectantibus uti oportet.Cæterum quatuor in toto morbo,particularibusq; ac-
ceſſionibus tp̃a auxilijs afferendis dicata ſunt.Initium,incrementum,uigor,& inclinatio.Prin-
cipio totius morbi inedia triduana conuenit,quibus & in totum abſtinere triduo conducit.Ve-
næ ſectionem in initio recentiores ad tertium uſque diem ſtatuunt : veteres etiam poſt tertium
diem præcipiunt,ſi uires ſuppetant,& morbus poſtulet.Nutrimenti tp̃s à triduo iuniores:anti-
qui non oĩbus,ſed ijs,qui copia laborant,tum iunioribus,tum ſenioribus inſtituunt. Pueros ſta
tim morbo inuadente nutriunt.Præterea illos,q̃bus hmõi conſuetudo eſt uel loci,uel aeris cir- F
cunflui gratia.Ante cibum poſt triduum primum ꝑfuſiones capitis & p̃cordiorum ex uſu ſunt :
ſequentibus diebus cataplaſmata & clyſteres.Perfuſiones igitur in p̃cordijs calidas ſemper aſſu
mere oportet,& ſimplices,ex cumini uel xylanethi decocto:ad caput, calefacientes quidem in
lethargo,& in omni graui ſopore:refrigerantes autem in phrenitide,& quauis acuta febre cõue
niunt.Cataplaſmata q̃dam ſolo melle & oleo conficiuntur,uocãturq; μαλακτικὰ, quaſi interpre
teris emollientia.Quædam ex aqua,cui oleum ſit adiectum,fiunt, quæ ἄμαλύσιν græci noĩant .
Alia his inſperguntur,ueluti pollen,lini ſemen,& fœnugræcum.Clyſteres hydrelæo,melle,ſale
& nitro modico p̃parantur.Tp̃s eorum ante cibum eſt,dum acceſſiones remittunt & inclinant.
In cõtinuis morbis diluculũ.Phrenitis eſt mentis alienatio. Notæ ſunt,inſania uehemens,teme
raria manuum geſticulatio,floccorũ & feſtucarum collectio,& febris acuta. Cãm habet magna
ex parte bilẽ.Cõſtituit̃ ĩ cerebro, uel eius mẽbranis quas μήνιγγας appellãt,vel,ut quidã aiunt,
in ſepto trãſuerſo.Curatio hæc cõuenit.Initio,ſi p̃ſcius fueris,uenæ inciſio, cucurbitulæ conue
niunt,ſubtractio,& clyſter,& abſtinẽtia cõueniens:inſtãte aũt morbo ꝑfuſiones ſoporiferæ,in
de Ratio. vic. in morb. acut. t. 8. cl. 7. 108. h
unctiones,q̃bus ſomnus accerſit̃,& humectantes cibi cõducunt.‖ Cauſos febris ſp̃es,ab Hippo
crate q̃dẽ inter acutos,ut quartana inter lõgos morbos refert̃,à recẽtioribus nõ itẽ.Orit̃ ex bi- G
le nõ nimis ſicca,circa uenas,q̃ ad iecur ſunt.Curatur in principio ſanguinis miſſione : in ſtatu,
frigidę,tũ aliorum,q̃ refrigerãdi uim obtinent,potio cõfert,uel epithema,cuiuſmodi ex ferucẽti
de Morb. vulga. lib. 1. com. 3. t. 4. cl. 3. 118. g
hydrelæo p̃paratur.Angina eſt circa ceruicem inflãmatio.‖Eius ſp̃em unã græci κυνάγχην appel-
lant,quæ in interiore ipſius parte orta ſubito ſtrangulat:Alterã συνάγχην: hæc in exteriorẽ par-
tem incumbit,eoq; minus ſtrãgulat,minusq; ꝑiculoſa eſt. Vterq; affectus uel à bile,uel à pitui-
ta ſalſa naſcit̃,idq; nonnunq̃ cum febre acuta,nonnunquam ſine febri. Remedium & generoſiſ
ſimum & p̃ſentiſſimum eſt ſanguinis ſtatim in principio miſſio : deinde medicamenta pituitam
ꝑ os educẽtia,& cerata foris impoſita.Aſclepiades ultimum auxilium poſuit,de quibus ſumm⁹
metus eſt,ne ſtrangulentur,ſuperiorem gutturis partem incidere. Pleuritis lateris ab interiore
parte inflammatio eſt.Huic febris acuta,dolor uehemens,& tuſſis accedit:à bile potiſſimum cõ
ſtituitur.Præſidio eſt in initio adhibita uenæ inciſio:deinde cataplaſmata & ſicca fomẽta,nem-
pe milij & ſalis:poſtremo medicamenta intrinſecus purgantia,quæ πλευριτικὰ noĩant.Cauenda
uero in his ſunt uentris profluuia.Peripneumonia,nonnullis auctoribus inflammatio grauis eſt
circa pulmonem,idq; grauitate oſtenditur. Quibuſdam pulmo inflãmationem pati nõ poſſe ui
detur,ſed uicina eius loca,cum in diſp̃one eiuſmodi ſunt,ea ut ita nominetur,faciũt.Habet au- H
tem hic morbus febrem acutam comitem.Eadem ipſius cauſa,quæ pleuritidem concitat,ſecũ-
dum alios tñ pituita.Remedium ferè huic cum ſuperiore malo cõe eſt . Cordis affectus eſt, quẽ
græci καρδιακὸν uocant,non q̃ in corde affectus ſit,ſed q̃m ſtomachum ueteres cor appellabant,
quo in febri acuta reſoluto,ęgrotos immodice digeri contingit.Accidit ferè ex immodica abſti
nentia,uel parum tempeſtiua uenarum ſectione,uel cum aliquid præter rationem corpori adi-
mitur.Quare alimento,quod facile diſtribui queat,& recalfacere,ſuccurrendum eſt : quemad-
modum ex uino ac niue:cibo,qui ex ualentiore materia eſt, & ſtomachum corroborare poteſt.
Eſt,cum uiſceribus inflãmatis,potiſſimum iecinore,hic morbus eueniat:cum è contrario, abla
tione & cataplaſmatis inflammationi dicatis opus eſt.Arquatus ſeu regius morbus,quem ἴκτε-
ρον græci nominant,eſt bilis in ſummam cutem redundantia.Interim cum febri acuta oboritur,
interim ſine illa,cum interiorum aduſtione,& ſtomachi uitio. Si præcordia inflammantur,cata
de Ratio. uic. in morb. acut. com. 4. text. 96. cl. 7. 146 g. Et t. 101. fol. 147. d
plaſmata primum deſiderant:ſi copia laborant,uenæ ſectionem:ſin minus, medicamenta, quæ
bilem euacuant,aut uentris ductione et inteſtinorum,aut per urinas,aut per ſudores,aut ꝑ na-
res.‖Cholera duplex eſt ſecundum Hippocratem:Altera humida,in qua,uti omnes norunt, ue-
hemens eſt excretio,bilis ſupra infraq; erumpit,inteſtina grauiter torquentur . Accedunt con-

uulſiones,

A uulſiones,ſæpe ẽt crurũ ſuræ contrahuntur. Remedio contractionibus ſunt perfuſiones calidę:
in ijs,quæ contrahuntur,balneum poſt expurgationem,tum alimenta,quæ ex facili diſponunt̃,
digerunt̃q;,& ſtomachũ adiuuãt. Alterã,ſiccã cholerã uocat Hippocrates,ab eadẽ prouenien-
tẽ cauſa,ac circa eadẽ conſiſtentẽ,at citra uentris fluorẽ,& uomitũ. Ideoq; remiſſionẽ p̃ceden-
tẽ,& p cataplaſmata requirit,nec cibi ingeſtione,ſed cõtra inedia opus eſt.Voluulus,& colicus
dolor,inteſtinorum inflãmationes ſunt,quorum alter tenuioris,alter pleniiors. Quare deiectio
nes includunt̃,& flatus inteſtinis inuoluti,eo,ꝗ exitum non habent,dolores uehemẽtes,& tor-
mina cõcitant.Voluulus aũt diſpõne,& accidẽtibus acutior,magiſq; periculoſus eſt.Alterutro
aũt morbo extreme laborantibus uomitus cõcitant̃ uoluulum patientium. Auxiliũ eſt voluuli
maxime ſanguinis miſſio per initium,plerunq; abſtinentia,& cataplaſmata mitigantia,& inflã-
mationem diſcutientia. Efficacius iuuant medicamenta,quæ κωλικὰ nominant,intro per ſedem
immiſſa. Nam dolores auferunt,ſomnum conciliant,& aluum mouent. Apoplexia ex humorũ
craſſorũ copia generatur,qui capitis uaſa,unde corpori ſentiendi,mouendiq; facultas aduenit,
obſtruunt.Quamobrem,qui huic malo ſunt obnoxij,ſenſu,uoce,& motu priuant̃.Hippocrates
" de hoc uitio ſcribit, | Apoplexiam,inquiens,ualidam ſoluere non licet,imbecillem haud facile. 2.Apho.42.ext ord.18.b
B Sanguis mittendus ſtatim iam oppreſſis,modo, & ætas cõſentiat,& uires ſubſtineant. Tetanus,
Opiſthotonus,& Emproſthotonus,neruorum morbi exiſtunt:uerum utraq; ſpecies eſt conuul-
ſionis neruorum,qui à capite deſcendentes,corpori motum diſtribuunt. Nã,ſi uiſcoſi humores
eos obſtruãt,affectio talis oritur.Quæ ſi ſcapulis caput annectat,quo minus poſſit annuere, ὀπι-
σθότονον: cum mentum pectori contrahit, ut renuere nequeas, ἐμπροσθότονον: cum rectam,& im-
mobilẽ ceruice tendit,τέτανον Græci appellant.Sanat uenæ ſectio,ſi copia ſubeſt: ut uidere licet
apud Hippocratẽ in illo,qui prolapſus humi vulnus in caput acceperat. Medetur.n.eis,& | frigi- 5.Apho.21.ext.
dæ copioſæ infuſio,ſi æſtas ſit,præſertim ſi non gracilis,ſed quadratus exiſtat æger: nam caloris ord.fol.39.b
reuocationem molitur.Multi ſanè ceratis modice recalſacientibus,& relaxãtibus utunt̃,ad hęc
inunctionibus,ſimilibꝰ,nec non lanis oleo imbutis,atq; impoſitis, & fomentis,& cataplaſmatis
calidis.Longi morbi interioribus accidunt hi,cephalæa,morbus comitialis,uertigines,oculorũ
caligationes,inſania,melãcholia,lethargus,diſtillatio,raucitas,grauedo,ſanguinis eruptio,ſup-
puratio in thorace,tabes,abſceſſus in medio latere,abſceſſus in clauiculis,iecinoris affectus,te-
neſmus, dyſenteria, lũbrici lati, teretesq; aſcarides:coxarũ dolor,articularis morbus,podagra,
elephantia ad exteriores partes ſpectare vr̃. Ex longis morbis cephalæa,internus capitis dolor
C eſt,qui in circuitu interdum affligit à pituita naſcẽs: interim unam capitis partem infeſtat:tunc
ἑτεροκρανίαν nominant.Auxilium utriuſq; eſt ſanguinis detractio,uel cucurbitulę occipitio impo
ſitæ,eductio pituitę per os,per aluũ purgatio,& epithemata,quæ inter cataplaſmata,uel malag-
mata,uel epicriſmata ſcribuntur:poſtremo cauſa eius ſinapiſmo reſiccatur. Morbus comitialis,
quem & ſacrum uocant,circa neruorũ,qui à capite deſcendentes ſenſum,motũq; uniuerſo cor-
pori diſtribuunt,originem conſiſtit.|Cauſam eius Plato & Hippocrates pituitã,& bilẽ atram in
dicant. Homo concidit,qui hoc malo detinetur,qm̃ ei ſentiendi,mouendiq; meatus obturant̃, 6.de Mor vulg. ſect.8.ver.finem
ſpumat ijs os ob humorum commotionem,quæ à neruorum conuulſione prouenit.Qua de cau- & lib. de morbi
ſa interim urina ſine uoluntate prorumpit.Præſidium affert pueris impuberibus natura circa pu ſacr.
bertatem efflorefcens,& morbum humoribus natiuo calore exiccatis terminat. Qui pubertatẽ
exceſſerunt,ægre aut nunq̃ ſanantur. Caligines oculis offuſæ,& Vertigines,cognata ſunt uitia
morbo comitiali,ab eiſdemq; cauſis prodeunt, atq; eaſdem ſedes occupant. Hoc tñ intercedit
diſcriminis,ꝗ illæ in ſuperficie corporis,nõ intus accidant,ob quod facilius,q̃ hic,curantur alui
ductione,præſertim per hieram,adminiſtrata,deinde apophlegmatiſmis,& uomitibus p circui-
tum partim a cęna,partim ieiunis adhuc excitatis.Omnium maxime ueratro ſuccurrit̃.Mentis
D alienatio duplici ſpecie inſigni conſtat: hanc Græci μανίαν i.inſaniam:illam μελαγχολίαν i. atram
bilem appellant. Complures uero & harum exiſtunt dr̃iæ,nominum adhuc indigæ. Conſtituit̃
itaq; mentis alienatio circa totũ caput. Cauſa inſaniæ flaua bilis eſt. Ob hoc,qui tali uitio labo-
rant,tumultuoſi,præcipites,manu prompti,contumelioſiq; fiunt. Melancholia naſcitur ex atra
bile,humore frigido & tenebroſo. Vnde melancholici tenebriones,ac lucifugæ, triſtesq; appa-
rent,de omnibus ſuſpicioſi, hominum conſuetudinem oderunt,ſolitudinibus gaudẽt,quemad-
modum Bellerophontes à Poeta deſcribitur.

Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis,
Ipſe ſuum cor edens,hominum ueſtigia uitans.

Medetur per uentrem purgatio,et maxime, q̃ per uomitum excitatur:adhuc his magis utrunq;
ueratrũ ſoluit.Lethargus morbus eſt phrenitidi cõtrarius: eſt.n.profunda in ſomnum delatio,&
inexcitabilis. Huic uitio obnoxij oĩum,q̃ dicũtur,obliuiſcunt̃,atq; hæc in febri ipſos comitan-
tur.Locus igitur affectionis,caput eſt:nam in membranis cerebri cõſtituitur.Cauſa ipſius pitui-
ta eſt,humor frigidus,frigiditate ac humiditate ſomnũ inducens. Curatur conuenienter cõtra-
rio modo,q̃ phrenitis. Fricãtur ſuperiores corporis partes acribus quibuſdam,& pungentibus:
tum ea adhibentur,quæ odore excitant,mouentq;.Cibi ſimiliter fundentes,ſecanteſq; pituitã:

perfuſiones capiti admouentᷣ,q̄ exiccandi uim obtinent,& cataplaſmata aliqñ præcordijs.Cre- E
bro nanq; hæc inflammatione uexata,neruorum quoq; in capite principium conſtringunt,gra-
uantq́;.Humor à capite oppleto deſtillat interdũ in nares,interdũ in ſauces,alias in pulmonem.
Atq; has tres ſpẽs Græci κόρυζαν, βράγχον, & κατάῤῥουν, ſiue κατασταγμὸν.i. grauedinem,raucitatẽ,
& deſtillationẽ nominãt. Grauedini itaq; facile, & breui ſuccurritᷣ,deinde raucitati modico ſa-
nè,& calido uictu,q̄ frumẽtacei gñis exiſtar. Deſtillatio in thoracẽ nõ ex facili curatᷣ,immo ſæ-
pe immedicabilis eſt.Nam ab ea acri,& ſalſa partibus exeſis,ſanguinis eductio ſequitᷣ:cuius tres
cauſæ referuntur. Vel.n.uaſa eroſionẽ paſſa ſunt,ideoq́; ſanguis in aſperam arteriã deſcendens
ꝑ os reijcitur:Vel rupta ſunt uiolẽter:Vel ob imbecillitatẽ nõ cõtinent, ſed adaperta oſcula cũ
tranſmittũt.Differũt ſanguinis excretio,& reiectio.Hæc etenim uel à pulmone,uel aſpera arte-
ria prouenit:Illa à ſtomacho,& ſanguis apparet nigrior. Qui ex thorace reijcitᷣ,flauus magis,&
ſpumãs:deinde hic cũ tuſſe,alter ſine illa ſpuitᷣ. Sæpenumero ẽt à capite per palati foramina in
os defertᷣ ſanguis,p̄betq́; eductionis ſalſam imaginẽ. Loci,ex quibus ꝓprie ſanguis educitᷣ,tres
ſunt.Primus fauces,unde minore cũ periculo ſanguis reijcitur,faciliusq́; ſiſtitur.Scd̄s aſpera ar-
teria,atq; hic morbus curationẽ difficulter accipit,plenusq́; periculi eſt. Tertius pulmo,ubi mi-
nus oĩbus p̄ſidij,plus periculi affectus habet.Comitatᷣ.n.maxime ſuppuratio,& tabes,ut ait Hip F
7. Aphor. 15. & pocrates,cuius uerba hæc ſunt.‖Sanguinis ſpuitionem puris ſpuitio,huius ſpuitionẽ tabes,tabẽ
16. ext. ord. 55. a mors ſequitur.Nõ nulli ẽt ex latere ſanguinem educi arbitrantᷣ. At hoc ambiguũ eſt.Salus uitij
huius eſt,ſanguinem reprimere,uel uenæ ſectione alio ducentẽ,idq́; potiſſimũ in iuuenibus,uel
poſca ſiſtẽtem,uel inedia copiã eius imminuentem,uel ſimplici quodã medicamẽto, ut acacia,
hypociſtide,balauſtio,plantaginis ſucco,atq; id genus alijs.Suppurationis pręſidium uetus ſunt
ferramẽta candentia,quę thoracem exiccẽt,fluorẽq́; in exteriores partes dirigant.Iuniores cõ-
ſueuerũt mitigare cataplaſmatis,& delingẽdis medicaminibꝰ,deinde cito repurgare medicamẽ
tis per os aſſumptis prius,q̄ corpus inficiatur. Inſcribuntur aũt proprie medicamẽta ad putu-
lentos.Quæ ſuppurationes medio latere conſtituũtur, refectæ proprie ad linamentum humoris
excretionẽ habẽt:q̄ ſi uniuerſum fiat,hoĩem interimit. Accidunt uero ſuppurationes quoq; ſub
tranuerſo ſepto,q̄ ſe intus occultantes abſceſſus noĩantur,nõ ex æquo periculoſi, nec curationi
reſiſtentes,plerunq; intus rupti hęc excernuntᷣ,uel partibus exterioribus diuiſis.Diocles memo
rat ẽt thoracis ſuppurationes erũpẽtes interim in arteriã,q̄ ad renes ac ueſicã tẽdit,ſimul cũ uri
nis excerni. Tabes, ꝓprie dicitᷣ in pulmone uel in thorace,corporis ob ſuppurationes colliqua-
tio:difficilis eius ſalus eſt,aut nulla. Lactis uſus potui datur,dũ cõſiſtit:loca ſicciora cõueniunt. G
6. Apho. 60. ext. ord 53. g Superior Aegyptus,& Libya maxime huic malo medentᷣ.‖ Hippocrates tabis cuiuſdã coxẽdicũ
meminit,ἰσχιαδικὴν uocans,qua in ſuppurationibus circa os ſacrum accidentibus corpora colli-
queſcũt.Similiter alterius renũ,cui νεφριτικὴ,nomẽ dedit.Porrò iecinoris,& lienis inflãmationes
Lib. de inter aſ- ſect. circa med. ſi in pus uertuntur,& ipſæ mediocriter corpus cõſumunt.‖At hę ſuppurationes multo citius cu-
rãtur,minusq́; periculoſæ ſunt,q̄ quæ pulmonẽ affligunt. Verũ,ſi minus in ſuppurationes mutã
tur inflãmationes,ſed crudæ,& in ſcirrhi natura permanſerint,malum habitũ corpori afferẽtes,
tandem aquã inter cutem afferunt. Quatenus aũt ſimplices extiterint,in iecinore, febres conti-
nuas afferunt:In liene,quartanas magna ex parte: nam huius ſpeciei cauſa bilis atra eſt.q̄ in lie-
ne tanquã uaſe continetur. Vnde quartanæ auxiliũ eſt,ante rigorẽ ſummas partes ꝑꝑ humoris
frigiditatẽ fomentis tueri.In intermiſſionibus eductio ꝑ uomitũ.Aquæ inter cutem,quã Græci
ὕδερον uocant,tres ſpecies ſunt neotericorum ſententia. Primã ἀσκίτην,Scd̄am τυμπανίτην,Ter-
de Rat. vict. in morb. acu. com. 4. text. 3. cl. 7. 148. g tiam ὑποσαρκίδιον noĩant.Hippocrates duas ſtatuit.‖Nã τυμπανίτης,& ἀσκίτης eiuſdẽ ſpeciei ſunt,
qñ in utraq; nutrimentũ in aquã redactum, inter inteſtina, & peritonæum transfunditur. Sed
in hac aquæ plus,q̄ ſpiritus,in unum intus contrahitur:in illa copioſior ſpiritus, minor humidi-
tas eſt: in reliqua ſolidæ totius corporis partes in aquæ naturam trãſeunt: hanc & Hippocrates‖ H
medicabilem eſſe ſcribit,uocatur aũt,& λευκοφλεγματία.Cauſa uero cuiuſq; hydropis eſt,aucto-
re Eraſiſtrato,inflammatio iecinoris uel lienis,tꝑis ſpatio in ſcirrhum indurata. Nã cũ alimenti
in his uiſceribus cõſectionem,atq; in totũ corpus digeſtionẽ impediat,in aquę ſubſtantia ipſum
commutat,quod ita refrigeratum,inter inteſtina,& peritonæum tranſmittitᷣ. Hoc quoq;malum
Hippocrati ſalutis ſpem nullam habet.Quòd ſi uel abſq; inflammatione hydrops,præſertim ἀνὰ
σάρκα eueniat,calore genuino refrigerato,nec alimentum in uenis amplius edomãte,ſanguis ca
loris inops aquæ naturam induit,& ex uenis,ceu oleum ex utribus,defluit. Quouſq;.n.ſanguis
exactus in uenis eſt,ab earum corpore continetᷣ.Vbi uero in eo pingue exuperauerit,ut in obe-
ſis,ſanguis effuſus adipem generat,aut in aquam uerſus,aut,dum non continetur,diffluit in lo-
cum, qui inteſtina & interiorem abdominis membranam interiacet,aut per uniuerſum corpus
effunditur. Tollunᷣ duo alij hydropes uel ex malagmatis exiccantibus, uel medicamẽtis urinas
cientibus,uel hypelatis purgandi facultate præditis.Renes affecti dolores magnos pariunt. Lo-
cus autem male habens non ex facili poteſt diſcerni, quòd exterioribus partibus cohæreat, la-
xiusq́; inteſtinum,κῶλον appellant,ipſis incumbat. Quare,cum offenduntur,uel externarum par
tium inflammatio,uel coli affectio eſſe apparet.Nõ raro eodem affecto inteſtino renes conſen-

tientes

A tientes dolent. Affectus autẽ, qui in eis cõſiſtũt, hi ſunt, inflãmatio, exulceratio, calculi, languor.
Cum inflammatio renes exercet, nihil per urinam innoteſcit, ſed dolores excitantur potius, nõ
exacte locum primum dolentem oſtẽdentes, ob eam, quam dixi, rationẽ, uerum intolerabiles:
quippe qui nec cataplaſmatis cedãt, nec imminutione per cucurbitulas facta remittantur: ſola
medicamenta nephritica intus accepta præſidio ſunt. Si exulceratio eos infeſtat, interdũ puru-
lenta per urinas excernuntur, interdum cruenta. Cũ ineſt calculus, aliqñ cruenta, partibus uide
licet ab eo exaſperatis, eiiciuntur: aliquãdo arenulę in urina ſubſidẽt, ſi friabilis ſit lapis, uel etiã
recens modo naſcatur. In languore ſanguinolenta urina redditur, quaſi nõdum ſegregata. Veſi-
cæ affectus hi ſunt, lãguor, ſurfuratio, calculus, exulceratio, circa colẽ maxime. His accedit uri-
næ ſuppreſſio, eiusq́. difficultas, & ſtillicidium. Ex his uero, aliisq́ue cauſis proficiſcuntur. Græci
prius uitium ἰσχουρίαν, alterum δυσουρίαν, tertiũ στραγγουρίαν appellant. Inflammationis notæ ſunt
circa pubem dolores, urinæ excernendæ difficultas. Soluitur cataplaſmatis, perfuſionibus, & à
cibo abſtinentia. Quòd ſi excedat, ſanguinem quoq; per uenam mittere conuenit. Exulceratio-
nis indicia ſunt, ſanguinolenta excretio interim, interim purulẽta, non nunq̃ muccoſa, & circa
pubem dolores. Auxiliantur epithemata, maximeq; dulcis, boniq; ſucci alimentum, ad hęc quę
B intus adhibentur aduerſus ulcerationẽ ueſicæ, & Byſini medicamentum. Languorem ueſicę in
nuit & urina, cum citra mingentis uolũtatem effluit. Difficilem morbus curationẽ, aut nullam
recipit. Lapidem in ueſica eſſe, digiti in rectũ inteſtinum per ſedem immiſſi exquiſitiſſime depre
hendunt, ſed ita, ut index ad medium in ſummo reflectatur, atq; in priorem ueſicæ partẽ, ubi &
lapidem innatantem contingunt, referuntq; in ueſicę ceruicem. Calculorum differentiæ plures
ſunt, quidã enim illorũ adnati ſunt, alii poſſunt auferri. Rurſus aliq facile frãgi poſſunt, nõ nulli
nõ poſſunt. Itaq; magna ex parte adnati difficulter curanẽ. Ex aliis aũt, qui facile frãgunẽ, diſſol
uentibus medicamentis excerni pñt. Duros & † diſſolubiles chirurgi tollũt, carunculã diuiden † indiſſolubiles
tes ueſicæ ceruicis. ἰσχουρία ſumma eſt urinarũ retẽtio: στραγγουρία urinæ ſtillicidium: δυσουρία uri
næ difficultas. Atq; hæc multis è cauſis proueniũt, aliqñ calculo ueſicæ ceruici impacto, ac mea
tum in totũ obſtruente, uel ſi intus quippiã relictum ſit, aut ueſicæ innatet. Vrinæ retẽtio, ꝓpter
ueſicæ inflammationem nimiam, aut repletionem immodicã accidit, ueſica ſcilicet ad excretio
nem imbecilli, aut ceruice uehementer ex urinarũ acrimonia per morſum cõtracta, aut ex gru-
mis ſanguinis iter occludentibus, aut ex urinarum craſſitie. Hæc medicamentis reſoluentibus
oportet diſcutere. Plenitudinem uacuare ferramento, quod Eraſiſtratus καθετῆρα nominat, Ro-
C manarum literæ ſ. ſimili. Stomachus uentris & inteſtinorum principiũ eſt, ſiue naturaliter, ſiue
præter naturã afficiantur. Stomachi igitur uitia ſunt, inflãmatio, exulceratio, ſanguinis eductio
inflatio, humiditas flaccida, cibi faſtidium, ingeſtorũ ciborum incõtinentia. Inflãmationẽ ergo
notat dolor incũbens. Succurritur perfuſionibus & cataplaſmatis, alimentis frumẽtariis, & quæ
facile poſſint digeri. Exulcerationẽ in ſtomacho notant proprie putredo, mordicatio, deglutiẽ-
di difficultas. Auxilianẽ his extrinſecus impoſita, cibiq; probe ſucculenti. Sãguinis è ſtomacho
eductio iiſdem medicamentis ſiſtitur, quibus ex thorace: eiuſdem reiectio, iis, quę ſuperius ad-
notata ſunt. Inflammationẽ diſſoluunt diſcutientia, & quæ ructus mouent. Humiditatẽ, ſiccorũ
eſus, & abſinthii potio tollunt. Cibi faſtidium aut ex pituita adiacẽte oritur, ideoq; exiccare il
lam ex uſu eſt: aut à bile ſupernatante, unde ſtomachus purgandus eſt: aut naturæ impotẽtia, &
functio appetitoria reddenda. Nam oculi quoq; propter ſpiritus uiſorii imbecillitatem halluci-
nantur. Aduerſum uictus faſtidium huiuſmodi adhibenda ſunt, quæ appetitum prouocent, ſup
peditentq;. Stomachus aũt non continet accepta propter humiditatem, maxime uero ob impo
tentiam ac imbecillitatem, ſicut dimiſſa manus non continet, quæ attingit. Expedit igitur corro
borare, fortioremque ipſum reddere, tum uniuerſum corpus reficere. Ventrem multa uitia ſto-
D macho communia infeſtant, præterq̃ appetentiæ prauitas. Sed concoctionis male obita functio
uentriculo ꝓpria tribuitur, ut q̃ potiſſimum in eo addminiſtretur: quem affectum profluuium
ſequitur. Reliqua igitur pari modo cum iis, quæ ſtomachũ cruciant, curabis. Fluxus exacte diſ-
quirendus eſt, cur alimento incocto accidat: &, ſi inflammatio eã pepererit, cataplaſmatis & ꝑ-
fuſionibus occurretur. Si pituita, humiditatis illius flaccidæ parens, quam Græci πλάδον appel-
lant, uictus ratione exiccanda eſt. Si bilis exuperet, eam purgare utile eſt. Si ex imbecillitate pro
uenit, ut infirmis, robur corpori faciendum eſt. Si ab ipſa qualitate eorum, q̃ concoctu difficilia
aſſumpta ſunt, uel quæ prompte corrumpuntur, uel quid alienum habent, poſt curationẽ, talia
oportet interdicere. Dyſenteria. i. inteſtinorum tormina, eſt affectus inteſtinorum, generatus in
uentris ꝓfluuio, humoribus corruptis immorantibus, erodentibus, & exulcerãtibus inteſtina.
Fit etiã ſine fluxu, primum ab humore acri inteſtina intus exedẽti. Eſt, cũ in morbi deceſſione
δυσεντερία contingat, ‖ quã curari Hippocrates prohibet, ne ſuppreſſio inteſtini alium quẽpiam 1. Apho. 20. Ex.
morbum maiorem accerſat. Illam, quæ ex fluore nata eſt, reprimentibus, & ſiſtentibus fluorẽ or 9 g. Et 4. de
medicatur: Aliam, cuius origo ex acris cuiuſdam humoris roſione eſt, dulcorantibus, & quæ art. t. x. 41. cl. 7.
mitigare poſſint, abluendo ipſa exulcerata ſimilibus. Diuturno tamen morbo, depaſta ulceris ra 188. c
menta, & putrida ſolent deiici, tum proſunt iniuſſi paſtilli ex ſandaracha, calce, auripigmẽto,

atq; id genus aliis compoſiti. Vbi uero non ſit ramentoſa ulceris deiectio, non his utendum eſt, E
quæ cõuulſionem faciunt. Quod ſi talis inteſtinorum exulceratio in ſuperiore quoq; parte cõſi
ſtat, neque ſic paſtillorum uſus eſt: nõ enim ſtatim ad affectos locos perueniunt: nam, ubi ſanos
cõtingunt, perniciẽ eis faciunt: uerum medicamentis utendum eſt, quæ ſuperioribus locis con
ueniunt quorumq; titulus eſt aduerſus dyſenteriẽ inditus. Ex dyſenteriã, inteſtinorum lęuitas
oritur, ubi ex magna ulceratione multæ cicatrices inteſtinis oboriuntur, propter quas cibũ nõ
retinẽt: unde ex inteſtinorũ leuitate uocata eſt gręcis λειεντερία. Quamobrẽ talis eſt inſatiabilis.
cicatrices nanq; non ſaneſcunt. Si uero ex inteſtini imbecillitate contigerit, tum quoq; grauis
eſt, nec ex facili tollitur. Remedium autem erit, ſi moliaris robur uniuerſo corpori, ac inteſtinis
adiungere. Cęterum cauſa etiam morbi pituita eſt, inteſtinis lubricitatẽ illuendo generans. Suc
currit inedia reſiccando, & cibi pituitæ contrarii. Teneſmus proprie morbus eſt recti inteſtini.
Hoc enim inflammatione laborans, crebræ, inaneſq; egerendi cupiditates, & impetus exercẽt.
Proſunt ei fomenta parti inferiori adhibita, ſtringentia, tum alimentũ ex frumẽtacea materia,
& reprimens. Quòd ſi perſeueret, nihilq; imminuatur, enematibus ex ptiſſanę cremore, & hirci-
na adipe utendum eſt. Lumbricorum, qui inteſtina excruciant, triplex eſt ſpecies. Quidã enim
teretes, palmi longitudine, uel etiam maiore, ad ſtomachum uſq; proſerpunt. Quidã breues, & F
minuſculis uermibus ſimiles, ἀσκαρίδας Græcis appellanẽ, circa rectum uero inteſtinum generã
tur: nonnulli lati, & oblongi adeo, ut in totum exporrigantẽ inteſtinum: quos Gręci uocãt κειρίας
ſimul & ταινίας, quòd ſimiles faſciis ſint. Teretes itaq; ad remedia faciles maxime antẽ in pueris hi:
aſcarides in iis, qui ſub pubertatẽ ſunt, abũdant: ægre præſidiis cedunt, & excernũtur, niſi cibis
acrioribus, & medicamentis dia picras cõpoſitis † oleoq; cũ uino, maxima ex parte iniectis. Co
† καὶ ἐλαίῳ, id eſt oleo. xarum dolores, articulorũ uitia, & podagræ ſola inter ſe magnitudine differũt: cęterũ cauſis &
locis, qui affectũ primũ ſentiunt, iiſdem conſtant: à pituita nanq; plerũq; fiunt: circa neruos cõ-
ſiſtunt, quibus articuli cõſeruntur, motumq; recipiunt. At coxæ dolor, quem Gręci ἰσχιάδα no-
minant, in ipſius articulo ortus, ad talos uſq; non raro extenditur. Præſidio erit ſanguis ex talo
miſſus, cucurbitulæ coxis admotæ, clyſteres acres, quiq; inteſtinorum tormina quodãmodo fa
ciũt. Et foris, cataplaſmata acopa, & malagmata adhibita proſunt. Podagra ſolos pedes affligit.
in ſtatu quidẽ febrilis dolor intenditur, eoq; reſfrigerantibus opus eſt. In declinatione torpor cũ
frigore hominem occupat, ob quod calefacientia conducunt. Articulorũ uitia, prędictis ſimiles
affectus ſunt, circa articulos oẽs conſiſtentia: medicamẽta curatoria, mitigantia ceromata, & ui G
ctus rationẽ aptam deſiderant. Morbus, quem Græci ἐλεφαντίασιν uocant, ab elephanti ſimilitu-
dine nomẽ ſortitus eſt. Nam, qui hoc uitio laborant, cutẽ craſſam, duram, elephantorum modo
aſperatã habent. Originẽ mali excitat pituita craſſa, & atrabilis, uel muccoſa, maxime diſſemi-
nata. Hi enim humores ferinum ipſum denunciãt. Quare ſolum ueratrũ ſiue nigrum, ſiue albũ,
præſentaneum elephantiaſis eſt remedium. Impetiginis duæ ſpecies ſunt, quæ cutem moleſtãt:
una tolerabilis, mitiorque eſt: altera effera, quæ difficilius tollitur. Squamulæ in his ex cute ab-
ſcedunt, ſub quibus locus rubicũdior, fereq; exulceratus apparet. Gignitur affectus à pituita ſal
ſa, & flaua bile: unde, ceu in ſalſugine uaſis fictilibus, ex cute ſecedunt ſquamæ. Succuritur medi
camentis pituitam mouentibus, & quæ extrinſecus corpori illinuntur. Lepra quoq; cutis uitiũ
eſt, ſed magis ſubalbidum, aſperiusq; apparet. Ea uero aſperitas, eſt ueluti pſydraciorum erũpẽ
tium. Pſora uero, id eſt ſcabies, exulcerata magis eſt. Pituita ſalſa utrunq; malũ proprie producit.
Medicamenta pituitam cientia, tum quæ extrinſecus illinuntur, quibus ad lepram, & ſcabiem ti
tulus eſt, iiſdem ſuccurrunt. Vitiligo, quam ἄλφον uocant, duas habet ſpecies, albam, & nigram.
Hæc ab atra bile generatur, ob quod magna ex parte medicamina melancholiæ dicata cõueniũt:
Alba à pituita non ſalſa. Leuce habet quiddam ſimile uitiligini albæ, ſed magis colore terrã al-
biſſimam refert: à lepra uariat, quòd lenior hic cutis, minusque aſpera, quàm in illa ſit. Omnia huiuſmo H
di curant medicamenta pituitæ trahendæ idonea, tum ſmegmata foris adhibita.

De curationis per medicamenta diuiſione. CAP. 14.

MEdicina, quam Græci φαρμακείαν uocant, duplex eſt. Prima interiores morbos curat, qua
potiſſimũ uictus ratione ſanans utitur: altera exteriores, citraq; illam manu nihil peragi-
tur. Medicaminum ad interiora pertinentiũ ſpecies duodecim exiſtunt. Quędã cephalica, quaſi
dicas capiti dicata medicamina: quædã ſtomatica, id eſt oris uitiis accõmoda, dicuntur. Alia cõ
coquũt: alia ad tuſſim inſcribunẽ. Alia anodyna, quæ dolorẽ leuãt, alia alexipharmaca ſunt: alia
purgãt. Nõ nulla proprie ad iecur inſcribũtur, ſic ad lienẽ, ad renes affectos. Sunt, quæ aduerſus
ueſicæ calculos, & ulcera nomen habent, ſimiliter ad uuluã. Iam uero ſtomatica ſunt, quę ad gin
giuas cruentas, putridas, eroſas, & dentes faciũt. Eodẽ referunẽ, quæ aphthas & cruſtas, tũ quæ
uuam deſcendentẽ ſanant. Quæ cõcoquunt, partim ad ſtomachi, uel uentriculi imbecillitatem
conducunt, partim ad horum inflationẽ, quædã ad ſanguinis reiectionẽ è pectore. Quædam ad
pleuriticos, uel peripneumonicos: alia ad tabidos, alia ad aſthmaticos, id eſt ſuſpirioſos, uel eos,
qui non niſi recta ceruice ſpiritũ trahunt, ὀρθόπνοοι uocantur. Aliqua ex his aſperitatẽ arterię, &
uocis abſciſionem auferunt. Porò anodyna nunc renum affectus ſedãt, nũc uentris profluuia:
alias

A aliàs inteſtinorum tormina,aliàs plenioris,nempe colli,tenuiotisq; inteſtini,id eſt ilei mala: cõmuniter omnia quẽuis dolorem mitigant,extinguũtq;. Alexiphatmaca ſimplicia, alia ad aliud uenenum uſurpamus: Theriace aduerſus omnia & ptius & poſt ſumitur. Inter purgantia quædam per ſuperiores corporis partes agunt,quẽadmodum,quæ ueratto cõſtant, uomitũnq; ciẽtia oĩa.Per inferiores,quę ſcãmonia,aloe,elaterio,colocynthide,euphorbio,cocco gnidio,atq; his ſimilibns.Tertio otdine ab his ponant̃,quæ lũbricos latos repellunt:cuiuſmodi medicamentum eſt,quod cerui cornu,menta,& pipere præparat̃.Eſt & quarta ſpecies caput tantum per os atq; nares purgantium,quæ in capitis,oculorumq; affectibus proptie ſumuntur.Ad hæc quę in arquato crebro in uſu ſunt . Conuenit autẽ per ſuperiora purgatio morbis longis demoliendis. Tempus huius eſt,cum motbi intermittunt.Inferiori parte adhibita, acutis, ut pleuritidi & peripneumoniæ. Tempus ueto uniuerſæ eſt particulariũ acceſſionum remiſſio. Exteriorum remedia undecim ſpecies cõtinent, alia diſcutiunt,alia concoquunt, alia cruentis ſtatim imponũtur,alia pus mouent,alia repurgant,alia implent,alia reprimunt,alia cicatricẽ inducũt,alia oculis,alia uniuerſo corpori adhibentur,alia adurunt,eryſipelatis,herpetis,carbũculis idonea.Alia ſunt,quæ illinuntur,acopa,& excalfacientia,quæ ad neruorum reſolutiones faciunt,articulotũ B morbos,podagras,tetanos,opiſthotonos, omnemq; neruorum motbum. Alia puſtulas ſumma cute orientes,leucen, alphum, impetiginẽ,& lepram abſtergunt. Quæ digerunt, & concoquũt, phymatis,& cuilibet id genus abſceſſui auxilio ſunt.Digerentia ſunt omnia,quæ conſtant ſale, & quæcunq; etiam nitro,ut Cteſiphontis compoſitio teſtatur. Concoquentia, teſina, galbano, ammoniaco thymiamate.Quę ctuẽtis imponuntur phatmaca,fuſci coloris,ad recentia corporis uulnera ualent.Quæ proprie uiridia & nigra ſunt,ut barbarum,capitis mala, & canum morſus ſanant.In ulceribus, partim pus educentibus in his,quæ laborant inflãmatione , utendũ eſt, ut tetraphatmaco:in ſotdidis uero,repurgãtibus,ut uiridi diluto:ĩ cauis,replẽtibus:in carne ſit percreſcenti,reprimentibus,ur quæ ex myſi & ſquama conficiuntur, in uehemẽti quoq; ſanguinis fluore ſiſtendo non parũ efficacibus. Adurentibus interim in diducẽdis partibus, ac aperiũdis utimur,uelut in abſceſſuum comprehenſione , interim in palpebris cũ ſumma cutis relaxatur,& procidit,uice conſutionis pilis mediocriter ablatis partem relaxatã retrahimus. Aliquãdo in capitis morbo difficillimo,quem *κεφαλαίαν* uocant,per altas cruſtas humores in exteriorẽ educentes aſſumimus.Adurentium materia lixiuium,calx uiua,auripigmẽtum,ſandaracha, ſæcula,atq; id genus alia.Ex cephalicis medicamẽtis,aliud ad achoras,capitis furſures,& eruptio C nes ualet:alia ad capitis dolorem, & heterocraniam . Aurium remedia partim earum inflãmationem, partim exulceratiõẽ,partim influxum, partim difficilem auditum,partim cõtuſionẽ iuuant.Oculotum pharmaca ſeptem ſpecies habent. Quædam enim ad incipiẽtes lippitudines, ut quæ diaglaciu,& diacrocu,& cycnaria inſcribunt̃.Quædam ad eorum diſpoſitiones,ut nardina,& theodotia appellata.Quædam ad fluorẽ,quæ ex thure, acacia, & etice fructu componũtur.Quædam ad ſcabritiem,ut ex metallis confecta,nempe uſto ęre,chalcitide,& æris ſquama. Quinta ad ſiccã lippitudinem,&ſcabiolam,collytiotum ſpecies eſt,tum ſiccorum oxydercicõ, id eſt uiſum exacuentium,eiuſdem cum ſuperiotibus materiæ.Sexta humidotum,quę ad ſuffuſiones inſcribuntur,ex fellis generibus,hyænęq; potiſſimum compoſita. Septima cataplaſmatũ ſpecies in oculis uehementer inflammatis,& citcundolentibus uſurpatur,ex meliloto,paſſo,fęnugræco,ſimilibusq; materiis cõfecta.Oblinimus palpebras initio,repellentibus , & cuiuſmodi ſunt dia glauciu,& dia crocu medicamina: etiam ſolo ipſo glaucio.Interius affectis exiccantia, lenientiaq; admouemus ,ut natdina,theodotia.Quæ uero ad colorem decoremq; formæ conciliandum illinuntur,qualia hedycroo & ſandice conſtituuntur,non medicinę,ſed artis cultui ac elegantię dicatæ ſunt proprie.

D *De oculorum affectibus.* CAP. 15.

AFfectus,qui totũ oculum exercẽt,hi ſunt,taraxis.i.perturbatio,lippitudo,epiphora, inflãmatio,œdema,inflatio,ſcirroſis,chymoſis,carbunculus,ſtrabiſmus,conuulſio,palpitatio, myopiaſis, gangręna,putredo,ulcus,fiſtula,xerophthalmia,pſorophthalmia, ſclerophthalmia, procidentia,attophia.In membranis hi conſiſtunt,ruptura,exeſio,diſtentio,anaſtomoſis,craſſities,denſitas,corrugatio,extenſio,raritas.Interiores palpebrarum partes infeſtant , aſpretudo, craſſities,ſycoſis,tyloſis,durities,chalazoſis,pladarotes,mydeſis, ſatcoſis , poriaſis. Exteriores hydatides,lithiaſis,phthiriaſis,meliceris,gangræna, phymata , colobomata. In corona crithe, poſthia,trichiaſis,diſtichia,triſtichia,phalangoſis,pytoſis,ptiloſis,pſoriaſis,madarotes, paralyſis.Communes toti palpebræ,paralyſis,procidentia,diuerſio.Angulis,hi accidunt, encãthis,ancyle,pterygion,thœas,proſphyſis.Extrinſecus,ægilops,anchilops.Album affligunt, pſydraciõ ulcus,hypoſphagma,abſceſſus,chemoſis,cœloma,pterygion,phacoſis, icterus, toſus. Itidem oculi infeſtant,argemon, nephelion,achlys,epicauma,ulcus,bothrion,phlyctis, myocephalõ, ſtaphyloma,hypopyon,ruptuta,cicatrix,leucoma, cœloma, pptoma , unguis, pyoſis, exulceratio. In pupilla eſſe ſolent,ſuffuſio , glaucoſis, mydriaſis, phthiſis , ſynchyſis , platycoriaſis, amauroſis,rhytidoſis,nyctalops,hemeralops,myopiaſis,diapyeſis.Meatus exercẽt, apoprexis,

paremptoſis,ſymptoſis,anthracoſis.Taraxis igitur ſeu perturbatio,eſt,cũ oculus leuiter ac me- E
diocriter commotus tandem rubicundior euadit.Lippitudo, cum album rubeſcit, & palpebræ
attolluntur,cum dolore conniuent,ægreq; manus admotas ferunt. Inflãmatione oculorum ru-
bor intenditur,palpebrę magis eleuant̃,ut nõ niſi magno negotio queas ſuſpicere.Epiphora,tũ
inflammationis magnæ uniuerſo illatæ corpori,tum largorũ fluorum commune nomen eſt:pro
prie uero de oculis refert̃,ubi cũ maxima inflãmatione,etiã humoris copia influxerit. Oedema
nominant,cũ eleuatus apparet oculus,& colorem amiſit,uel etiam ęgre mouetur:interim albũ
quoq; ſupra nigrum attollitur.Inflatio dicitur,cum ſubito tumeſcens oculus decolor fit, exupe
rante pituita:ut plerunq; ſenibus æſtate potiſſimum ſolet accidere. Scirrhoſis ex inflãmationis
diuturnæ uehementia oritur,carne increſcente,& ſubliuida. Profluuio laborat oculus, cum nõ
ſolũ rubet,ſed multas quoq; lachrymas excernit.Xerophthalmia,id eſt arida lippitudo,cũ angu
li ulcera & aſpretudinẽ,pruritumq; contraxerunt,palpebræ rubent,& lachryma ſalſa & nitroſa
profluit.Sclerophthalmia,quaſi dicas duram lippitudinẽ,eſt,cum palpebræ duriores ſunt,oculi
rubent,& cum difficultate quadam mouentur.Proptoſis,id eſt procidẽtia,appellatur, ubi cũ in
flammatione moti ſede ſua procidunt.Atrophiam nominãt,cum ex longa imbecillitate,uel alia
quadã laxante cauſa paululum quaſi propulſus,deinde cauatus ad radicẽ cũ dolore minor eua- F
dit, obſcureq; aut nihil oĩno uidet. Aſperæ dicuntur palpebrę, cum euerſæ ſanguinolentiores
apparent,& magis aſperæ,carnoſæq;,& fici acinis ſimiles. Craſſæ uocãtur,ubi euerſæ duriores
iis,quæ naturaliter ſe habent,exiſtunt,& ſcabris magis carnoſæ. Sycoſis, id eſt ficus, accidit, cũ
in palpebrarum parte interiore carni quid ſimile enatum fuerit,quod emineat, & oculus totus
ægre moueat̃.Tyloſis,id eſt callus,nuncupatur, cũ in palpebris aſpretudines ex ſenectute craſ-
ſiores,albidiores,& parum ſenſiles extiterint,eoq; minus deteri poſſunt.Scleriaſis.i.durities,eſt
tumor palpebræ cũ rubore,doloreq; difficulter aboletur:durat magis,q̃ inflãmatio. Chalazia,
uel chalazoſis orbicularia quædam intra palpebras tubercula ſunt circunſcripta: nomẽ à ſimili
tudine grãdinis acceperũt.Pladarotes,ſunt mollia ueluti corpora uetuſta, & maxime decolora,
palpebrarũ parte interna non dum aſpredinẽ habẽtia: propterea πλαδαρότης à Græcis uocatur.
Mydeſis cõe nomen eſt partium, quæ ex putrefactione corrumpuntur. Palpebræ quoq; eadem
laborant,ubi & tumentiores apparent,& aſſidue diffluunt,adipẽ paulo copioſiorem ſortitę.Cri
the,quæ & poſthia,dicitur, cũ parte interna palpebrarum iuxta corollas ſuppuratum oblongũ,
figura hordeo ſimile fit, unde appellatum eſt. Generãtur alia quoq; maiora in mediis palpebris
eodem appellata nomine.Lithiaſis,albida quædã & craſſa,callis lapilliſq; ſimilia, quæ oculũ pũ G
gunt,in palpebris retorſis oſtẽdit.Phthiriaſim uocamus, cũ palpebrarũ pilos multi lati exiguiq;
pediculi infeſtãt.Ditrichiaſi laborat oculus, cũ pilis naturalibus alii ſubnaſcẽtes ipſum pungũt
fluoremq; cõcitant.Ptiloſis eſt,cũ alii quidem ſubnaſcunt̃,naturales aũt collapſi,fractiq; ſumu-
lant,ac pungũt.Phalãgoſis,cũ pilorũ ſubnaſcentiũ duplex,triplex ve acies,uel in ſuperiore, uel
in inferiore palpebra ꝓuenit.Reſolutus oculus dicit̃,ubi naturali motu deſtitutus, neq; ſurſum
neq; deorſum intẽdi poſſit,uerũ ſentiendi expers conſiſtat:frequenter hoc mali partibus etiam
oculi accidit.Ectropiõ ſeu diuerſio,palpebrarũ uitiũ eſt,cũ exulceratis oculis plus extra ferunt̃.
Encãthis,ubi ex ulcere caro in angulis iuxta nares ſupercreuerit.nautæ, ac piſcatores hoc uitii
peculiare habent.Vnguis uero,eſt in albo oculi pręter modũ exulcerato, carneq; oppleto mem
branula tenuis,& neruoſa: quę oriẽs ab angulorũ aliquo ad nigrum, & uerticem eius peruenit.
Rhœas,cũ angulꝰ ex latẽte quadã cauſa receſſerit,aut praua curatione ſublatꝰ fuerit, ut lachry
mas continere non amplius poſſit, ſed humorẽ dimittat. Cohæreſcunt palpebræ cũ albo oculi,
uel nigro ex ulceratione.Et,ſi nigro cohęreãt,uiſus omnino prohibetur:ſin albo,minus. Gręci
hoc malum ἀγκύλωσιν appellant.Aegilops,uel anchilops,abſceſſus quidam eſt ad angulum, qui
naribus propior eſt,pus continens,quod erumpens aut os exedit,aut ad angulũ, uel uſq; ad na H
res deſtillat.Pſydracion cõmuni uocabulo circa corpus totum, & circa album oculi fit. Eſt aũt
uelut puſtula in ſummo rubicundum. Vlcus oritur in albo uel nigro, cũ ſumma cuticula, quam
Græci ἐπιλεγμίδα nominant,diuiſa,Lunæ figuram,uel rotundam,cauam,ſimilis coloris,uel ſub
albidi acceperit.Hypoſphagma uocãt,cũ uaſis in prima tunica ruptis ab ictu, ſanguis intra albi
ſpatiũ & interiorem tunicã coierit,atq; oculi color ſtatim cruẽtus,poſt liuidus exiſtat. Chemo
ſis ex inflammatione uehementiore utraſq; palpebras in exteriorem partẽ detorquet,ne totum
oculum cõtegãt.Proprie uero Chemoſis dicitur, cum album utraq; iridis parte inflammatione
afficitur,iuxta irim aũt cauum hiatularũ ſimilitudine apparet.Cœlomata ſunt rotunda,& caua
ulcera,bothriis latiora,quę in oculis circa irim naſcunt̃.Argemon,in iridis circulo,uel in albo,
interdum etiam nigro,ulcus rotundũ & ſubalbidũ oritur.Nephelion,ſummæ cutis ulcus paulo
maius argemo,& albidum.Achlys,eſt circa totũ nigrũ à ſuperficiaria ulceratione cicatricula te
nuiſſima,aeri caliginoſo aſſimilis.Epicauma, cũ in ſuperficie cuticula aduſta ulcus contraxerit,
uel etiam paulo profundior fiat ex epiphora magna innaſcens. Bothrion, eſt ulcus cauum, pu-
rum,anguſtum,puncturis rotundis ſimile,ulcuſculo altius.Phlyctænam uocant,ubi per exulce-
rationem,uel etiã ſine hac exterior ceratoidis tunicæ mẽbrana tenuiſſima, & ſublimis elata,in-

terſe

A tra ſe humorem collegerit, aut ſub tunicæ ſpatio craſſior humor currẽs phlyctænã pariat. Myocephalon morbus eſt, cum tunica priore iuxta irim, exulcerationis uitio exeſa, ſecũda prociderit, ut ceu muris caput referre uideatur. Staphyloma dicitur, quãdo oculi pupilla cum inflãmatione & dolore attollitur, & album colore, & acino uuæ ſimile redditur. Hypopyon uniuerſam irim pure occupat, uel eius dimidiũ. Rhexis, id eſt ruptio, eſt exulceratio ab ictu, uel alia quadã cauſa, in alto totas ſubinde mẽbranas diuidens, ut etiã humores, quibus uidendi facultas adminiſtratur, effundat. Cicatrix appellatur, ubi nigro oculi ex alto ulcere membranę craſſities ſupuenit, & color albior apparet. accidit quoq; albę mẽbranæ dictæ, ſed nõ perſpicitur. Albugo nihil à cicatrice differt, niſi quòd ex ulcere maior cicatrix, ſimul & craſſior in iride naſcatur, quã Albuginem nominant. Clauus eſt carnoſus nigri exceſſus ſolidus, cum leui albaq; uelut cicatrice, frequenter etiam in albo nigro cohærenti conſurgens. Suffuſionẽ quidam Interpretantur, cum humor quidam in pupillam deſtillauerit, cõcreueritq; ſæpe adeo, ut uiſum offendat, uel in apparẽtibus hebetet. Glaucoſis eſt humoris cryſtallini in albũ atq; aqueũ colorem mutatio, cuius gratia uiſus impeditur. Mydriaſis dicitur, cum pupilla quidem nihil colore uariat, dilatatur aũt magis, quã natura poſcat, ut iridis circulo fiat proxima, & uiſioni noceat. Phthiſis, id eſt tabes, appellaB tur, dum pupilla arctè coit, uel ſtimulo aſſimilis fit, tũ hebetior, tum rugoſior, aut ex imbecillitate periculoſa, aut ex capitis dolore uehementi. Confuſio, dum humores oculorum ſuo loco nõ conſiſtunt, proprium ordinem ſeruantes, ſed huc illucque feruntur. Hebetudo, ſumma uiſionis ſine cauſa euidenti offenſio. Nyctalopes uocãtur, qui die uident obtuſius, ſole occiduo acrius, noctemagis adhuc: uel contra, die parum, ueſperi aut nocte prorſus nihil. Myopes uicina uidẽt, remota nõ item. Suppuratio humor exiguus in pupilla collectus, qui difficulter euaporat ac diſcutitur, ſuffuſione ſiccior. Abruptio eſt, quando meatus à cerebro & meninge, in oculũ deſcẽdẽs, ex ictu capitis, uel caſu ex alto diruptus eſt ita, ut abſolutã cæcitatẽ afferat. Coincidentia, ubi in meatum, qui à baſi cerebri ueniens, oculo uidendi facultatẽ tribuit, humor adaperto uel rupto uaſe incidit, obturatque eum: unde cum dolore uiſus offenditur. Symptomaſis accidit, cũ meatus ex atrophia, uel reſolutione fit arctior, conciditque. Quod uitium ut rarum eſt, ſic remediis ægre cedit. Carbunculus, cruſtoſum eſt ulcus, depaſcens cum fluore, & bubone, aliquando etiã cum febribus, interim in toto corpore, interim in oculis factum.

De exterioribus capitis affectibus. CAP. 16.

C Irca capitis exteriores partes conſiſtunt ij, qui inter longos aſcripti non ſunt. Caluariæ autem fracturarum differentiæ quinque exiſtunt, rhogme, engyſoma, ecpieſma, apechema, & camaroſis, diſtentio ſuturarum, hydrocephalon, achores, pityriaſis, meliceris, atheroma, fauus. Porrò eam partem, quæ capillo tegitur, & mentum occupant alopecia, ophiaſis, caluities, madarotes. Pili omnes fluunt, extenuantur, quaſſantur, ſcinduntur, ſqualleſcunt, in puluerẽ rediguntur, ſubflaueſcunt, caneſcunt. Oculorum morbi ſeparatim conſcripti ſunt. Aurium, contuſio, pterygomata, fractura chartilaginis, ſordium uel exuperãtia, uel defectus, grauis auditus, ſurditas, puris fluor, fluxus graueolens. Nares excruciãt ozena, polypus, ulcus, fractura, percuſſio, compreſſio, ſimoſis. Os infeſtat gingiuarum putredo, dentium eroſio, eorumque dolor, & cum è ſede ſua labant, †abſceſſus, epiglottis, epulis, parulis, aphthæ, cruſtę, tonſillæ, uua, ficus. † Al. abſceſſus in lingua. Faciem occupant ephelis, uari, lentigo, oſſium fractura, diſtentio commiſſurarum, eluxationes maxillæ inferioris a ſuperiore gena. Ceruicẽ habẽt ſynanche, cynanche, ſtrangulatio, uertebrarum expulſio, ſtrumæ, ſteatomata. Humeros male habet uerticis ipſorum fractura, diſtentio. Iũcturam cubiti occupant meliceris, atheroma, ſteatoma, humor aqueus. Brachiale, ganglia. Digitos manus & pedis chymethla, reduuia. Quancunque corporis partem inflammatio, œdema, inflatio, durities, abſceſſus, ulcus purum, ulcus ſordidum, cauũ, carne ſupercreſcẽs, cruſtoſum, ſiD cum, fluens, ſubpaſcens, calloſum, fiſtuloſum, mydeſis, id eſt putredo, phyma, dothiẽ, therminthes, phygethlon, chalaza, phagedęna, phlyctides, carbunculi, epinyctides, eryſipelas, herpetes. Mammillas peculiariter, tum naturaliter ſexus utriuſque uexant carcinomata. Quamlibet corporis partem impetũt carcinoma occultum, carcinoma ulceratũ, therioma. Inguina, bubones ſimplices, phymata purulẽta inuadunt. Genu, gonyalgiæ, rheumatiſmi, tofi. Poplites ſteatomata, anchyle. Tibiam, uarices. Suram, ſcirrhoma, chironia ulcera. Summam pedis partem, nigredines, necroſis, podagra, fiſtulæ. Calcem, ſquamæ.

De cutis affectibus. CAP. 17.

CVtem, totiuſque corporis partes exagitant lepra, pſora, alphos albus, alphos niger, leuce, impetigo ſimplex, impetigo agreſtis, dracõtiaſis, acrochordones, thymi, myrmeciæ, claui, calli. Quædam horum ex podagra & articulari morbo, quædam ex ſeſe oriuntur. Sedem afficiunt hæmorrhoides cæcę, fiſſurę, procidentia, condilomata, pylides. Aduenit etiam toti uuluæ procidentia, cum in exteriora procidit. Scrotum habent enterocele, cirſocele, epiplocele, ſarcocele, porocele, ſteatocele. Totius corporis oſſa patiuntur cariem, ſphacelum, fracturam ſine uulnere, uel cum uulnere, ccbyrſoſin. Fracturarum differentiæ quinque ſunt. Prima ſchidacedon ſacta, per rectitudinem: Altera per tranſuerſum, cauledon. Tertia raphani

in morem raphanedon.Quarta caryedon ideſt in modũ nucis.poſtremo alphitedon, hoc eſt in E
ſpeciem farinæ.Nigreſcunt interim oſſa in fracturis,interdum ſine his. Articulis omnibus accidunt,paragoge,è ſede propria motio,eluxatio, præterluxatio,colligatio,poroſis, rheumatiſmi, diſtentio commiſſurarum.

De chirurgia. *CAP. 19.*

CHirurgia eſt alieni,ut proprie uocant,p inciſiones,concinnationesq; cũ uia quadam, & ratione ablatio:ad hæc uulnerum,atq; ulcerum curatio: quæ in corpore humano adminiſtratur.Primariæ eius actiones duæ ſunt, compoſitio,& diuiſio. Harum rurſus multæ ſunt ſpecies. Compoſitionis quidem,fractorum oſſium coniunctio,& deligatura,luxatorum repoſitio,inteſtinorum,quæ prociderũt,collocatio,ad hæc,uuluæ, & recti inteſtini.Abdominis ſuendi ratio, γαστρορραφίαν Græci appellant.Curtorum applicatio,ſiue adductio,ut in naribus,labris,atq; auribus. Diuiſionis ſpecies, ſimplex inciſio,præciſio, hypoſpatiſmus, periſcythiſmus,angeologia exciſio,aduſtio,raſio,limatio,ſectio per ſertã.Simplici ſectione in abſceſſibus uniuerſis utimur. Diuidendum uero membrum eſt recta linea,non tranſuerſa.Præciſioni locus eſt in alis, inguinibus,naribus,& ano inſtar myrti adhibitæ.Hypoſpatiſmo in fronte,cũ oculi fluunt.Periſcythiſmo in ſincipite,& colis pellicula,quam præputium uocant,nigricante. Exciſioni in membris ni F
greſcentibus,& capitis fracturis.In omnibus autem,quę ad oſſa pertinent,aliiſq; multis uſtio,raſio,limatio,ſerræ uſus utiles ſunt. Vſtio candentia ferramenta requirit, proprie in iis iam malis omnibus,quæ depaſcunt,& oculis rheumaticis,coxis,uel etiam interioribus.Etenim in tabidis candentia ferramenta aſſumuntur,& in lienoſis:tum in brachiis,quæ in alam excidere cõſueuerunt:inſuper in ægilope,in nigricantibus uel iis, quæ reſecãtur,propterea,quòd aperiant uaſa: poſtremo in aliis ſanguinis profluxionibus. Hæc itaque in capite conſiſtũt,quibus manus auxiliantur.Fracturarum autem capitis genera ſunt quinque:Rhogme,engiſoma,ecpieſma, apochema,& camaroſis.Non nullorum ſententia additur & ſexta,trichiaſis,per ſumma oſſium inſculptio.Hydrocephalon quatuor ſpecies obtinet:Vnam cum intra cerebrum, & inuolucrum eius humor ſubſidet:Alteram,cum intra membranas,& oſſa: Tertiũ, cum intra os, & pericranium: Reliquam,ubi os,& cutem interiacet.Circa cutem oriũtur meliceris,atheroma, & extrinſecus alopeciaſis.Itaque alopecias laniamus:meliceridas, & atheromata myrti modo uel ſimpliciter ſummam cutem diuidentes,deinde tunicas digitis auellentes,cum ipſis humoribus,qui inſunt, auferimus.Hydrocephalon ſub cute,& pericranio duabus,uel tribus rectis lineis incidẽtes euacuamus.Quod ſub oſſibus eſt,excidimus. Quod tandem intra meningem, cerebrumq; incidit, G
inſanabile eſt.Omnis fracturarũ caluariæ ſpecies exciſione adminiſtratur,exciſoribus id, quod in oſſibus fractum eſt,auferentibus.Veteres igitur modiolis per circunuerſionem, ſecantes ipſa excidebant.Poſteri terebris uſi ſunt, ægros in ſedile, tum ſectores collocantes. Hac tempeſtate exciſoribus tãtum ſedem exhibent.Ex oculorum uitiis hæc manus pręſidium expetunt,trichiaſis,hydatides,encantides,ungues,ſtaphylomata,ſuffuſiones,fluores diuturni, & excedẽtes,palpebrarum calculi,coagmentatio oculos ambientium in idem,ægilops. Palpebras itaque relaxatas conſuimus,[a] † id quod pręter naturalem habitum eſt,auferentes.In palpebris non relaxatis [b] † acus cãdens ab angulo ſub ipſis radicibus immittitur.Hydatidas ſingulatim tollimus. Encãthides,ungues,& ſtaphylomata præcidimus: Staphylomata quidem † [c] ſolũ ad ipſas radices p medium tranſuere acu lina ducẽre oportet. Vngues,&encanthidas uel lino,uel hamulo attrahimus.Hyprochyma deducimus pũgẽtes circa irim ex minori angulo,† [d] deinde in eius ſummo concretũ pupillæ humorem fractionibus radentes,ſtringenteſq;, ne ſuſpicias.Hypoſpathiſmus, periſcythiſmus, & angeologia fluorem ſiſtunt. Hypoſpatiſmus itaque tribus fit ſupra frontem diuiſionibus.Poſt ferramento (quod ſpatbomelam appellant) per corpora,quæ interiacẽt,trãſmiſſo.Periſcythiſmus eſt, cum trãſuerſis lineis coronæ modo frons ſecatur. Altera ipſius parte H
paulo ſuperius,quàm tempora ſunt,quędam triangula amputantur, Gręcorum literæ Δ ſimilia. Angeologia perficitur uaſis latentibus à tempore ad tempus in profundum diuiſis. Palpebrarum calculis medemur magna ipſarum diuiſione, qua lapides integre auferimus. Connatas palpebras ſcalpello aperientes †[e] ſiccis medicamentis ꝫdiducimus.Aegilopas ad os uſque excidentes ferramentis candentibus adurimus.Sunt autẽ, qui loco ferramentorum candentiũ terebra os forãt uſq; ad nares. Polypum,qui in naribus naſcitur,anguſto ſpecillulo ab oſſe reſoluimus, & raſorio cultello poſtea radices demetimus.Ozænę raro ad ſanitatem proficiunt: curatio uero earum in iiſdem uerſatur.In ore epulidas & parulidas diuidimus, ubi ſuppuratio ſe oſtenderit.Vuas demiſſas,ſiue collapſas nimium,incidimus,uolſella prehendentes. Dentes eximimus ſcarificatione circa eos facta. Adenas excedentes naturam in tonſillis aduerſis plagis amputamus.In ceruice ſteatomata,& ſtrumas,cute diuiſa, & digitis auulſa,tum uaſorum cõplexu diſſoluto tollemus.Ganglia,quæ in metacarpiis, ſeu poſtbrachialibus magna ex parte eueniũt, & mulieribus lana uictum quæritantibus,plerunque extũdimus,interim ceratis mollita curamus. In aliis phymata,& ſtrumas præcidimus:ſimiliter in inguinibus. Abſceſſus in ſpatio intercoſtali diuidentes non uniuerſim,ſed moderate, paulatimque puris excretionem molimur. Sunt, &

qui

A † Faſciolam ab ipſis auferentes, quãtam cõmenſuratio iuxta palpebrarum figurã poſtulat.

B † Pilos p acũ illaqueamus.

C † Filo trãſmiſſo ablaqueãtes.

D † Donec acus penetrarit, & loco uacuo expiatur: deinde per obliquum ad iridem perducentes ſumma eius parte compactũ circa pupillã humorem deducimus, deligantes & ſtringentes,ut non aſpiciat.

E † Alij legunt ταινίοις, id eſt ſubiectis linamẽtis.

A qui adurāt eos. Carcinomata in multis corporis partibus, maxime circa mām̄as oriuntur. Pręci
dimus ubicunque fuerint, & ferramentis peruruntur non admodum ignitis. Nō deſunt, q̄ raſo
riis ferramentis ignitis ſimul ſecantibus, & adurentibus utunt̄. Exomphali, omnes, quibus um-
bilicus exuberat, appellantur. Differentia triplici comprehenduntur. quidā enim pneumatom-
phali, quaſi qui ſpiritum ſub umbilico collegerint. Alteri enteromphali, quibus inteſtina ad um
bilicum procedunt. Reliqui hydrophali, qui aquam ſub umbilico geſtant. Omnes differentiæ
manu ſanantur, lino duplici per acum immiſſo, & umbilico circumſtricto. Hydropicus paulu-
lum ſub umbilico à ſiniſtris pungimus, ferro inſtar myrti facto, donec inania penetrauerit. Apel
larum duplex curatio, horum, qui intrinſecus excoriātur, illorum, qui extrinſecus orbiculatim
in ſumma cute diuiduntur, ut præputium intus attrahatur. Qui per anguſtias præputii exerere
glandem nequeunt, ſumma eius pellicula, quantum licet, retracta, dein callis, qui in conſpectū
prodeunt, ſcalpello per ſumma auulſis, curātur. Hypoſpadiæ ſunt, qui ex generatione, urinę iter
inferius, ſub dicto cane habent: curantur autē ſumma glande perforata & canaliculo immiſſo.
Qui dicuntur atreti, ſiue foramē habeant tenue, ſiue nullum omnino, auxilium capiunt hoc pa
cto: Acuto ſpecilli immiſſo adaperimus, deinde digitum ſubmittentes undiq; abſoluimus. Lapi
B des in ueſica habentes ſecamus, calculum in ueſicæ collum adigentes, inciſorio autē lapide ut ē-
tes ſemel ſuperiacentes particulas diuidimus, & ferro ad id idoneo, quod ꝓpterea λιθολάβον græ
ci appellant, calculum auferimus. Quibus fluere urina quoquo modo cœpit nimis, rhyadicos
appellant, ſi magnus callus fuerit, præcidendo ipſum curamus. Quibus urina propter copiā nō
redditur, ueſica diſtenta, ut remittere ſe nequeat, per fiſtulam cathetera urinam elicimus. Porrò
huic inſtrumento ad Romanę literę, ſ, figuram facto, quod in urinæ iter uſq; ad ueſicam demit-
titur, inditur filum, quod in ſummo habens lanę paulūlum procumbens, urina madefactū, dein
de foras extrahitur, quod urina tanq̄ ducem uię ſequitur. Tumorum, qui ſcroto accidunt, ſeptē
ſpecies ſunt, hydrocele, porocele, ſteatocele, ſarcocele, epiplocele, cirſocele, enterocele. A qbuſ
dam hæ complicata adduntur, hydrēterocele, ſarcoepiplocele. In his, qui hydrocele laborant,
ſcrotum diducendum eſt, & ubi maxime uenoſum eſt, inuentaq; tunica, humorē ea cōprehen-
ſum euacuare oportet, & tunicę ſuperuacanea auferre: in q̄bus ſine tunica eſt, excernere humo
res ſufficit, Steatocelas, & porocelas ſimiliter, ſiniſtra manu ſcrotum extendentes ſecare conue-
nit, poſtea in ſuꝑficie diducere, donec adipi, uel callo, uel alii cuicunq; incidamus, & hóc aufere
mus. Pari modo ſarcocelici tractantur. Oportet autem ſubiacentem carnem albicantem ꝑcide-
C re, rubram excoriare & detrahere, ac tunc reliquias adimere expedit. In cirſocelis extendes ua-
ricem hamulo in ſuperficie diuiſum, exceptumq; auelles, relicta ceu digiti parui latitudine: re-
liquum extenſum abſeca. Cura uero non mediocris adhibenda eſt in neruis illis complicatis,
κρεμαστῆρας Græci uocant, & teſticulis. Enterocelicos, & epiplocelicos ita ſecamus, reprimentes
inteſtinum, uel omentum diligenter, mox ſeminarium meatum auferemus, q̄ fieri poterit, com
mode: ſin minus, peritonæum attrahentes, & laqueo excipientes præcidimus. Hęmorrhoides
lino duplici per ipſarum baſes trāſuentes cōſtringentesq;, poſt horas duas abſcindimus. Fiſtula
rum non nullæ perforatæ non ſunt, os tantum habentes. Quædam perforatę uel intus in anum,
uel extrinſecus. In perforatis in anum oricularium ſpicillum immittes, mox digitum in ſedē aſ-
feres, inteſtinum attrahes mucrone ſpicilli, idq; amputabis, ab inferiore loco incipiens, ſimiliter
& in exterioribus ani. In nō perforatis ſpicilli acumine omnes ſanas particulas penetrare cōue
nit. Sunt, qui loco reciſionis præciſionisq; partium foramina interiacētiū lino byſſino in ſum-
mitate ſpicilli cōuerſo diuiſa auellunt, intermedias partes quotidie circūtendētes fila amputāt,
& callū mollientes medicamento Aegyptio cicatricem inducunt. Hic modus primū ab Hippo
crate conſcriptus eſt. ‖ Varices in cruribus primum extrinſecus inciſuris per totū inſignitos, de Lib de fiſtulis
D inde inclinantes ſumma cute prehenſa, ipſam primam diuidimus, & mox hamulo attractū ua- nō longe à pri.
ricē illigamus, quo poſt omnes diuiſiones facto, uel uaricū extractorio inſtrumento, quod gręci
κιρσοῦλκον uocant, eximimus, ſumma diſcindentes, uel bicipiti ſpicillo exceptum, lino per ipſius
uentriculum ſecundum euerſionē extrahimus. Dracontia uaricibus ſimilia ſunt, magnum uero
dolorem, dum paululum prominētes mouentur, cōcitant. Oportet autem diuiſis, ut uaricibus,
ſummā cutē detrahere, licq; ꝑcidere. Clauos, callos, acrochordonas, thymos, myrmecias exci-
dentes adurimus, uel pſorico illinimus. Curta in narib⁹, auribus, oculis, hoc modo ad naturalē
habitum reſtituuntur: Labra ſcalpello undiq; deradentes cruentamus, deinde adducētes dēſius
ſuimus: iuxta maxillas autē ex utroq; labrorū extremo, qua inuicem coeunt, intus, & extrinſe-
cus diuidimus, diſtendimusq; uolſellis, ne caro inde relaxetur. Quæ auribus uel naribus curta
accidunt, cum fuerit chartilago diuiſa, producere aliam conuenit, licq; conſuere lanæ filo.

De artubus confractis, partibusq; à ſuo articulo dimotis. CAP. 19.

FRacti artus ex diſtentione quidem in rectum reſtituuntur: ex deligatura callo obducuntur.
Caluariæ ergo fractiones quod modis accidant, quomodoque curentur, diximus. Et, ſi in fa
ciē fractura contingat, ut in capite, ſanare cōuenit, oſſe quod affectum eſt, exciſo. Sciendū autē
eſt, quæ oſſa fracta curationem nō recipiant. Si igitur nares confractæ ſunt, non recte poſſunt

De artic. co. 2. text 47. claſ. 7. 167. f
Ibi c. 44. 166. h & tex. 45. 167.

reſtitui.] Aurem etiam frãgi ſcribit Hippocrates, quoniã, & chartilago imitatur os, ęgerrimeq; E
in priſtinam figuram reducitur.] Verum, ſi ex palato fracturam accipiant nares, ſimæ, ut inquit,
euadunt & in ſanabiles. Porrò, ſi clauicula frangatur, uel iugulũ, uel coſta aliqua, & hæc frequẽ
ter reſarciri non poſſunt. Epithemata in iugulo adhibenda ſunt, ipſumq; ab ala ad alam deligã-
dum eſt. Cęterum, ſi quod maiorum membrorum fractum ſit, uel minorum partiũ aliqua, ut di
gitorum nodi, uel oſſa brachialis, uel poſtbrachialis, uel tarſi, omnia quidẽ in magna fruſta cau
ledon, uel raphanedon, & ſchidacedon franguntur: minutatim caryodon, uel alphitedõ. Omnia
ergo fracta deligantes, extendẽteſque admodum uehementer, & ualide diducere, & multũ in
uicem ſeparare oportet, ut iuſtum ſitum, priſtinamq; figuram recipiant. Non autem in rectum
omnia reſtitui debent, ſed ad proximi, cui cohærent, membri figuram. At, ſi os rectum ſit, in re-
ctum: ſi obliquum, uel alio quouis modo curuum, ſimili modo. Modus autem deligaturę ad om
nia pręparandę hic eſt. Faſcia eſt linteis ueteribus facienda, quæ tum latitudine, tũ magnitudi-
ne membro reſpondeat. Latitudine quidem in maximis digitorum quatuor, uel quinque. In te
nuioribus non minus digitorũ triũ. Deligaturæ hæc ratio. Prima faſcia ter nobis in fractura ſur
ſum uerſus fertur ut plurimum. Altera dimidio longior ab eodem loco incipit, euariãtibus deli
gationibus deorſum quidẽ tribuitur, ſed ad ſuperiora reducitur: irrigari hydrelço, uel ęnelco, F
uel glycelæo aduſque triduum expedit: poſt cerato diluto, & liquido, ut oleum craſſum uideat.
Verum faſcia ita paretur, ut nõ nimiũ premat, ne mẽbrũ emoriatur, ſed quoad adiaceat, apteq;
adhæreat: neque ſit laxa, ut contineat, & repellat influxus, ne oboriatur inflammatio. Poſt ſple-
nia triplicia, quadupliciaq; adhibeantur, quæ artus craſſitiem impleant: quo nec ſibi mutuo in
cidant, nec diſſidentes interuallum relinquant. Ab his faſcia conuenit triplex, q̃ à fractura deor
ſum ueniens, ſurſum rurſus feratur, ibique finiat. Solutiones membri primæ tertio quoq; die fa
ciendæ: poſt ſeptimũ uero diebus intermiſſis pluribus, prout neceſſitas exiget. Inde licebit feru
las circumponere. ſed ita, ut ad ultimam faſciam lana apponatur, & ex interuallis ferulę collocẽ
tur, cum membrũ ab inflammatione eſt prorſus immune, curua ipſarũ parte extrinſecus ſubla-
ta, leui autem iotus deligaturæ iniecta. quibus ſuperligabuntur uel chordulæ, uel nauticũ filũ.
In fracturis cum uulnere, pro his omnibus ſplenia duplicia uel triplicia faciẽtes ꝑ ſingula craſ-
ſitiem membri circulatim implebimus, ut termini ipſius inuicem incumbentes ſeparentur: to-
tumque membrum his contineatur. Primum ſanè ex prædictis impoſita madida eſſe conuenit:
deinde lanas propoſitas, & faſcias poſt lanas habere per ſubiectam ſedẽ canalis aperti. Maxime G
is modus deligaturæ confert ijs, quæ alphitedon fracta ſunt cũ vulneribus, & multa contuſione
muſculorum, in quibus etiam linamenta liquoribus competentibus madentia imponẽda ſunt.
Linamentorũ ſunt quinque ſpecies, aliud flexile, aliud raſile, aliud uulſorium, aliud lucernariũ,
aliud priapiſcorum appellant. In luxatis uero diſtentione quidẽ antecedẽte opus eſt: repoſitio
pro quolibet membro propria aſſumitur. Omnia in Hippocratico ſubſellio reſtituunt̃, ſimul &
tenſa, & commiſſa. Caput luxatur, nam prima ceruicis uertebra coarctatur ad ſecundã. Maxilla
inferior ex iugali, quod eſt ad malas, excidit. ſolis autem manibus in ſedem ſuã cõpellitur, hinc
illincque ad ſuperiorem adducta. Humerus in alam tantum excidit, capitulo rotundo, & leniter
cauo, quod Iones ἐμβην uocant, cum diſtenſione in ſedem reducitur. Sunt & alię inferiores, quas
quas palęſtricas nominãt. Cubitus in omnes quatuor partes excidere poteſt: ſi in exteriorẽ, in
teriorem ve, cum diſtenſione reponimus: ſi in priorem uel poſteriorem, ſine diſtentione reſtitui
mus: nam hæc ex ſubita inflexione quodam impoſito flexuræ cubiti cõſiſtit: Illa, extenſione ue
hementiori. Brachiale, & poſtbrachiale, ad hęc digiti luxati, modica diſtenſione reponuntur.
Quęvis ſpinæ peruerſio, curuitas, & inclinatio, & tortuoſias inſtaurari non poſſunt. Femur ad
coxas uel intro ad colẽ, ut extra ad oppoſitam partem prolabitur, retro ad clunes, & ante in in-
guina, atque hæ quatuor differentię immedicabiles. Genu quoque crebro in exteriorem partem H
prolabitur, & facile ex flexura reſtituitur: minus in interiora excidit, reditq;, multo rarius in po
ſteriora, in anteriora nunquam: quippe oſſa propter patellam, quæ continet (niſi & ipſa fracta
fuerit) nullo tempore elabũtur. Talus modice prolapſus ægre reſtituitur. Si magna ſit luxatio, &
uiolenta, ne ſuſtinet quidem inſtaurationem. Periculoſa enim nimis, &, ſi cum uulnere accidit.
In digitis nihil ultra fieri debet, quam quod in iis, qui ſunt in manu, poſitum eſt. Omnes uero
coagmentationum eorum ſeparationes, ut in facie, cubito, & radio, tibia, & ſura, metacar
pio, brachiali palma, in ueterem figuram reſtituuntur. Porrò, quę membra nigreſcunt,
uel depaſcuntur, ſiue ex fracturis, ſiue uiolenta aſtrictione, tota ſæpe reſecamus. Simi
liter in iis facimus, quos uenenatæ feræ momorderunt, mox ferramentis
prope candentibus paſtionem ſiſtimus, poſt ferramenta porrò uiridi
cum ſale illinimus. Deinde ubi cruſtæ † ruptæ fuerint, tan-
quam ulcera curamus. Venenatorum morſus neque cito
ad cicatricem ducimus, ſed frequentius ulcerum
fluorem ex eis concitamus.

† καταρ[illegible], id eſt ablatæ fuerint, uel ut habet alius codex manuſcriptus, κατορτῶσιν, id eſt cuſata fuerint.

GALENI

A

GALENI QVOMODO MORBVM SIMVLANTES SINT DEPREHENDENDI LIBELLVS.

B

Ioanne Fichardo Francofordiano interprete, ad Græci exemplaris fidem recognitus.

CVm multæ ſint cauſæ, quas propter ægrotare ſe hoīes ſimulant, videt̃
& in iſtiuſmodi oībus veritatis inuentio medico conuenire: quādo-
quidem idiotæ etiā operæpreciū ducāt à vero tales ſimulationes di-
gnoſcere. Etenim phlegmonē, & eryſipelas, & ędemata ꝑ pharmaca
extrinſecus appoſita, de induſtria excitata, Medicus ab ijs, quę ex ip-
ſo proficiſcuntur corpore, deprehēdere pōt, atq; diſcernere, ſicuti &
ſanguinē ex oris partibus profluentē, ab eo, qui ex ſtomacho, uētre,
organisve ſpiritualibus prouenit. Nam deprehēſi iā quidam ſunt, qui
ſub finem tuſſis, quoties uellent, ſanguinem excrearent, uenula qua-
dam in hoc prompte circa gingiuas aperta, ſicq; cōparata, ut, qn̄ ui-
deretur, lingua illā ſugētes, ſtatimq; poſt tuſſiētes, ſanguinē quaſi ex inferioribus redditum ex-
C puerent. Sic & delirare nonnulli, deſipereq; ſe ſimulauerunt, cū alios potius ſtultos oſtenderēt.
Illa uero oīa, & deprehendere, & inter ſe diſcernere, ad medicos pertinere vulgus exiſtimat. Fit
autē ſæpe, ꝙ dolor quiſpiam ita ſimuletur, vt ingens fereq; intolerabilis uideat̃. Equidē ipſe quē
dā noui in cōcionē à ciuibus uocatū, colico dolore torqueri ſe finxiſſe, ut ne accederet, cū hoc
ita ei cōducere uiſum eſſet. Et ego quidē eo tpe iſtuc hominē agere, quod & poſtmodū ipſe mi
hi confeſſus eſt, ſuſpicabar. Fomenta igitur tum illi adhiberi iuſſi. Verum ille, quanq̄ aliàs, vel in
minimis ſupra modum eſſet meticuloſus, hic ſuccurri ſibi nequaquam magnopere precabatur:
& quidem paucis ante diebus nouit eodē modo laborātem, à me hauſto pharmaco Philonio,
curatum: id quod à me omnibus modis petiuiſſet, ſi re uera doluiſſet. Sed & exitus iſtud decla-
rauit: quoniā dimiſſa concione, extēplo cōqueri, tanq̄ extra omnē mox dolorem conſtitutus,
deſijt. Quin & ipſa præterea viuendi ratio, quæ præceſſerat, talis erat, vt colicam in eo diſpoſi-
tionē nō poſſet generaſſe: quādo ex indigeſtione, infrigidationeq; proficiſci ſolent huiuſmodi
paſſiones: quorum in hoc neutrum præceſſerat. Hoc igitur, ꝙ non rōne anteactæ diætæ morbus
eſſet, potuiſſe cognoſcere, medicæ erat experientiæ opus. Alterum uero iſtud, ꝙ ob concionem
ſimulare hæc illum ſuſpicatus eram, medicinæ proprium non fuerat, ſed rōnis eius, quæ cōmu-
D nis dicitur: quam, licet omnibus cōmunis ſit, pauci tn̄ exactā perfectamq; habent, ut inuenire
in quoq; negocio poſſint, quid faciendum, dicendumve ſit. Tenēdū ergo memoria, quod dixi-
mus, experientiæ medicæ ſi coniungatur externa hæc facultas, alia quoq; ſimilia fingentes, vac
lidosq; dolores ſimulantes deprehendere licere. Quemadmodū ipſe nuper, cum utroq; genu ue
hementiſſime dolere ſe quidam diceret. Seruus autem is erat ex eorum ordine, qui dn̄os iter fa
cientes curſu comitantur. Vnde ſtatim doloris eius fictionem deprehendi, ex eo partim ſuſpi-
tionem ſumens, ꝙ ad illam forte diem Dominus ex urbe profecturus erat: partim ex adoleſcen
tis moribus, qui talis eſſet, ut facile in huiuſmodi mētiretur. Cæterum & cōſeruum inſuper quē
dam ei familiarem rogabam, nū adoleſcens ille mulierculæ alicuius amore teneretur, quā ꝑꝑ
eſſet ueriſimile, longiorem profectionem Domino adornāte, hoc illum ſtudere, ut relinqueret̃.
Et ita res habebat. Hæc igitur extrinſecus adinueneram. Circa uero genu eius maximus quidā
tumor exiſtebat, qui facile idiotam perterrere potuiſſet, ſed rei perito manifeſte per thapſiā ex-
citatus apparebat. Hæc aūt cognitio Medicinæ propria erat, non ab extrinſecus aſſumptis ꝓue
niens. Eiuſdem quoq; erat experientiæ ſciuiſſe, nihil eorum, quæ anteceſſerant, tale fuiſſe, qđ
eum excitare tumorem tā repente potuiſſet. Neq; enim plus, q̄ conueniebat, cucurrerat, neque
vapulaſſet ab aliquo, neq; ſaltauerat, neq; foſſam trāſiliens id incōmodum paſſus erat: tū redū-
dantis

dantis humoris indicium quidem nullum erat,ꝙ antea neq; ſplẽdidius, neq; abũdantius vixiſ- E
ſet.Ad hæc aũt & doloris ſpeciem me,qualisnam eſſet,percontante,neq; ſtatim,neq; prompte,
neq; eadem reſpondebat.Quare profecto dño cum pharmacum impoſuiſſem, quod dolorẽ q-
dem nihil leniebat, uerum thaplix ſolum qualitatem infrigidare poſſet, poſt horam unã illum
confitẽtẽ habui,nihil amplius ſe doloris ſentire.Quòd ſi è phlegmone dolor is natus fuiſſet, nõ
ſolum per iſtud infrigidatiuum non reſediſſet,ſed etiã uehementior redditus eſſet. Liquere igĩ
nunc arbitramur ꝙ ſi medicinalis experientia externis iſtis ratiocinationibus.i. cõiectationibus,
cõiungatur,ſufficiens ſit ad veri fortisq; doloris dignotionẽ.Poteſt vero quis,& ex eo, ꝙ lenius
morbum ferant,indicium non uehementis doloris ſumere, Accidit.n.iſtud oĩno ſæpe,(nõ ani-
maduertentibus ijs,qui morbi uehementiã ſimulant)ꝙ in alium ſe aliumq; habitum illi, qui ve
re laborant,magnitudine videlicet doloris agitati,tranſijciũt.Præterea, ſi re vera dolore uehe-
mẽti premantur,quoduis perpeti auxilium parati ſunt:hortãturq́; ipſi ultro medicos, vt,quid-
quid ipſis libuerit,agãt,quo affectus euretur.Sin uero mediocriter,aut nequaq̃ oĩno dolẽt,hu-
iuſmodi auxilia refugiunt,neq; longiora ieiunia, neq; mordacium pharmacorum oblationẽ ꝑ-
ferentes.Quæ ſola quidem,cum grauiter ſe laborare dicũt,huiuſmodi diſpoſitionibus cõferre,
nos illis affirmare oportet:quẽadmodum & ſectiones,& vſtiones,& omnis cibi potusq́;,†quo- F
rũ deſiderio eos trahi videmus,abſtinentiam.Morbum igitur ſimulãtes doloris magnitudo ſar-
guet,deprehendemusq́; cum ex alijs multis,tum medicinalis experientiæ notionibus: in qui-
bus ſunt languere,extrema infrigidari,pallere:interdum quoq; frigidum ſudare, & pulſus non
tantum inæquales,(quod quidem ijs ẽt,qui mediocriter dolẽt,accidit) ſed etiã plures minorũ,
quam magnorũ:obſcurorum,quam uehementium habere: præterea interrogatum de doloris
ſpecie,eam reſpondere,quæ affecto membro propria ſit. Quædã nãq; ſpecies dolores longe la-
teq; ſe diffundentes habent:quædam uero tanquam fixos, vniq; tñ parti inhærentes. Sic aliæ
pungũt pulſantq;:aliæ quaſi diuellunt: aliæ quodammodo obſtupeſacere, aliæ grauare uiden-
tur:non nullæ deniq; vomitus,quædam uentris perturbationes,quædam caliginem inferunt.

† Antiqua tralatio habet. Igitur notiores uehementer dolendi ſunt terreri uehementer, & magnitudo doloris, & ea, quæ ſunt experientiæ medicinalis, in quibus eſt hoc ſ. difficilis tolerantia, & infrigidari extrema, &c.



GALENI ARS MEDICINALIS

Nicolao Leoniceno interprete

Ad Græcorum veterum exemplarium fidem ab Auguſtino Gadaldino, aliquibus in locis emendati.

ARGVMENTVM LIBRI

Medicam artem conſtituit ex corporum,ſignorum, & cauſarum definitione.

Quot numero doctrinæ, ac de definitiua dignitate. CAP. I. H

Vide Euſtrathium ſuper 1. Ethicorum c. 7. non longe à fine.

TRes ſunt omnes doctrinæ,quæ ordini inhærent: Prima quidẽ ex notione finis,quæ per reſolutionẽ fit: Secunda ex compoſitione cõſtat eorum, quæ per reſolutionẽ fuerant inuenta: Tertia ex definitionis diſſolutione,cui nũc incũbimus. Licet autẽ huiuſcemodi doctrinam appellare non tñ definitionis diſſolutionem,ſed & explicationẽ, vt nõnulli uocarunt,uel reſolutionem, vel diuiſionem,vel(ut nonnulli alii)explanationẽ,uel expoſitionẽ,ut alij. Ac conati qdẽ ſunt,& Herophiliorũ quidã talẽ facere doctrinã,quemadmodũ Heraclides Erythræus.Conati ſunt & eam,quæ per cõpoſitionẽ, & ipſi Herophilij, & quidam Eraſiſtrati ſectatores,& Athenæus Attaleus. Nemo tamẽ ante nos eam,quæ oriẽ à notione finis,ſcripſit,ex qua oẽs artes(via quadã,atq; ordine hoc eſt) methodo,conſtituunẽ:ſed illam quidẽ alio pertractauimus loco. Hic vero definitiuã faciemus doctrinam,quæ quãtũ ab ea,ꝗ per reſolutionẽ fit,& dignitate,&(ipſo docẽdi ordine ideſt)methodo linquitur,tãtũ & ad totius cõpendium,& ad particularium memoriã præſtare inuenieẽ:

ſufficienter

A ſufficienrer.n.ac facile memoriæ commendantur uniuerſa ex definitionis diſſolutione,quoniã totius artis capita in ſe optima definitio complectitur,quam quidam ſubſtantialem uocant, ex aduerſo diſtinguentes alijs,quæ nocinaticæ*.i.notionales appellantur.Illæ ſiquidem ab ijs, quę accidunt rebus definitis:hæ uero ab ipſa eſſentia conſtituuntur.Elaborata autẽ eſt à nobis particulatim,& in pluribus conſcripta tractatibus totius medicinæ contemplatio , quibus uti quis poſſit ad tres doctrinas.Nunc uero definitiuam aggrediemur:hoc unum apponentes,quòd ſolũ capita,& quædam ueluti concluſiones eorum,quæ alibi latius (hoc eſt κατὰ πλάτος) ſunt demonſtrata,nunc à nobis dicentur.

* Al. ὀνοματικοί i. nominales. vide lib 4 de diſ ferentiis pul.c.2.

Quid ſit medicina. CAP. 2.

A.l.1.f.2.d.1. c.2.fol.18.e

MEdicina a eſt* ſcientia * ſalubriũ,& inſalubriũ,& neutrorũ.Nihil uero differt, & ſiquis loco inſalubrium, b ægrorum*dixerit.Nomen uero ſcientiæ cõmuniter,& non proprie accipere oportet.Salubre autẽ,& inſalubre,& neutrum, vnumquodq; tripliciter dicitur: hoc quidẽ,ut corpus:hoc aũt ut cauſa:hoc uero ut ſignum.Etenim corpus,quod ſanitatẽ natura ſuſcipere aptũ eſt:& cauſam,quæ eandẽ efficere,uel conſeruare:& ſignum,quod põt indicare , hæc oĩa ſalubria Græci appellare conſueuerunt.Eadem rõne, & ſuſceptiua morborum corpora : & B eoſdem efficientes,conſeruanteſq; cauſas:& ſigna indicantia,inſalubria uocant.Nec aliter corpora neutra,cauſas,ſignaq; dixerunt . Et ſecundum quidem primam rationẽ atq; præcipuam, cauſarum ſalubrium eſt medicina ſcientia:propter eas autem,& aliarum, ſecũdo quidẽ loco inſalubrium:& tertio neutrarum.Et poſt has eodem modo corporũ,primo quidẽ,& hic ſalubriũ: ſecundo loco inſalubriũ:tertio neutrorum.Itidem de ſignis dicendum. In actionibus autẽ prima quidem eſt corporũ dignotio,quæ habeť ex ſignis:poſt hæc cauſarũ,ꝙ in ipſis ſunt, inuẽtio.

A * Vide ſupra i libro, qui introductio ſeu Medicus inſcribitur. cap. 6.pag.51.b

B *Interpres uanie dictionẽ hãc νοσῶδες uertit. nam modo inſalubre, mõ ægrũ, modo ægritudinibus obnoxium vertit. alii morboſum uertunt. Similiter & νοσερὸν, quod ſanũ eſt, ac νοσῶδες, modo ęgrũ, modo inſalubre vertit.

Quot modis dicatur effectiuum,indicatiuum,& ſuſceptiuum. CAP. 3.

SEd quoniam,& effectiuum,& indicatiuum,& ſuſceptiuum , dupliciter unumquodq; diciť , hoc quidem ſimpliciter,hoc uero ut nunc, noſſe oportet medicinã eſſe utrorumq; ſcientiã. Ipſum uero ſimpliciter duobus dicitur modis,& quod ſemper,& quod ut multum: & utrorũq; medicina eſt ſcientia.Neutra uero,& cauſa,& corpus,& ſignũ,& quod ſimpliciter diciť , & qđ ut nunc,tripliciter unumquodq; appellatur:hoc quidem,quia neutrius contrariorum eſt particeps:hoc uero,quia utriuſq;:hoc uero,quia aliquando huius,aliquando illius. Horũ autẽ ipſorũ ſecundum rurſus duobus dicitur modis: aliquando quidem , quia utriuſq; contrariorum ex æquo eſt particeps:aliquãdo uero,quia plus alterius.Eſt uero & in tota definitione,ſi uerba ani C maduertimus,ambiguitas quędam,quam & ipſam diſſoluere oportet.Cum.n.dicitur medicinã eſſe ſcientiam,& ſalubrium,& inſalubrium,& neutrorum , ſignificatur & quod omnium particularium,& quod quorundam,& quod qualium. Sed omnium quidẽ indefinitum quoddã eſt, atq; impoſſibile:quorundam diminutum,atq; artificio carens: qualium uero artificioſum pariter,atq; ſufficiens ad omnia artis particularia:quod etiam dicimus in medicinę definitione cõprehendi.Primum igitur de corporibus dicere aggrediemur,qualia nam ſint,& ſalubria, & inſalubria,& neutra:& poſt hæc de ſignis,& cauſis diſſeremus.

De corpore ſalubri. CAP. 4.

A.l.1.f.2.d.3. c.4.fol.45.e

SAlubre * ſimpliciter corpus eſt, quod ab ipſo naturæ ortu tum bonam habet temperaturam in ſimplicibus,& primis particulis,tum in his,quæ ex illis componuntur,inſtrumẽtis,eſtq; cõmenſuratum.Salubre uero nunc eſt corpus,quod in præſenti eſt ſanum:eſt uero, & hoc eo tempore,quo ſanum exiſtit,bonam habens temperaturam,& commenſurationem,non tamẽ optimam,at ſibi propriam . Ipſius uero ſalubris ſimpliciter corporis tale quidẽ eſt ſemper id , quod eſt optima temperantia præditum,ac maxime eſt commenſuratum,ut multum autem, quod à conſtitutione optima non ualde admodum deficit.

D

De corpore inſalubri. CAP. 5.

A.ibidẽ.c.5.f

INſalubre*uero ſimpliciter eſt corpus,quod ab ipſo ortu naturæ,uel in conſimilibus partibus malã habet tẽperaturã,uel in inſtrumentariis incommenſurationem,uel utrunq; uitiũ.Inſalubre uero nũc eſt corpus,qđ eo tẽpore,quo tale dicitur,ægrotat. Neq; obſcurum eſt, ꝙ & hoc ipſum eo,quo dicitur,tempore ægrotãs,uel in cõſimilibus malã habet tẽperaturã,uel in inſtrumentarijs incõmenſurationẽ,uel utrũq;.Eſt uero & ſemper inſalubre,quod ex ipſo naturæ ortu,uel peſſimam habet temperaturam in ſimplicibus, & primis particulis omnibus , uel aliquibus,uel his,ꝙ obtinẽt principatũ,uel in inſtrumẽtarijs incommenſuratiſſimũ exiſtit : ſimiliter aũt in his,uel omnibus,uel aliquibus,uel illis,quæ obtinent principatum.Vt multum uero inſalubre eſt corpus,quod ab huius quidem uitio recedit,nondum tamẽ in medio conſtitutum eſt.

De corpore neutro. CAP. 6.

A.l.1.f.2.d.1. c.2.fol.18.e.f

QVoniam * uero,& neutrum corpus tripliciter dicebatur, unum quidẽ, quod neutrius erat extremæ diſpoſitionis particeps:aliud autẽ quoniã utriuſque : aliud quoniam aliquando huius, aliquando uero illius . Iuxta primum ſignificatum, neutrum erit corpus,quod exquiſite medium eſt ſaluberrimi, & inſaluberrimi corporis: & huius hoc quidem ſimpliciter tale , quod ab ipſo ortu naturæ ita eſt conſtitutum : hoc uero ut nunc , quod in præſenti tempo-

re medium

remedium exquiſite exiſtit ſaluberrimi,atq; inſaluberrimi corporis:ipſius autẽ ſimpliciter,ſem per quidem tale eſt id,quod in omnibus ætatibus tale perdurat: ut multum autem,quod nõnullas recipit mutationes. Iuxta uero ſecũdũ ſignificatũ,neutrũ erit corpus, quod ab ipſo ortu naturæ contrariarum ſimul eſt particeps diſpoſitionũ,aut ſcilicet in una parte , aut in duabus differẽtibus: in una quidẽ,ſi ſecundũ alterã oppoſitionem effectiuarum qualitatum bonã habuerit tẽperaturam,vel etiam ſecũdũ utranq;,ſed in formatione,vel magnitudine, uel numero partium,uel ſitu delinquat:aut contra in his quidem recte ſe habeat,vel omnibus, vel quibuſdam, peccet autem in tẽperatura:In differentibus uero partibus,& iuxta omnes oppoſitiones poteſt quidquam ſimul particeps eſſe contrariorum. Et ſemper quidem tale,quod per omnes ætates in eodem perſeuerat. Vt multum uero,quod aliqua ex parte euariat. Ita uero,& nunc neutrũ erit corpus iuxta ſecundum ſignificatum ,quia uel in parte una hæc quidem ſibi ſalubria exiſtunt, illa uero inſalubria,uel in differentibus ita afficitur partibus. Iuxta uero tertium ſignificatum, neutrum erit corpus,quod aliquando quidem ſalubre, aliquando vero inſalubre per uices exiſtit,ut nonnullis accidit,qui in pueritia ſalubritate corporis uigent,cum uero ad iuuentutẽ peruenerint, inſalubres euadunt,aut contra, In uno autem tempore,quod ita eſt neutrum, exquiſite quidem conſiſtere nequit:latius uero ſi accipiatur,contingit. Nouimus autem,quòd, nũc, dupliciter dicitur. Salubre igitur,& inſalubre,& neutrum corpus quot modis dicatur, & quale unumquodque ſit,ſufficienter explicauimus. De ſignis uero deinceps dicendum. E F

De ſignis ſalubribus, & inſalubribus, & neutris. CAP. 7.

SVnt autem,& ex his ſalubria quidem,& quæcunq; præſentem indicant ſanitatem,& futurã prænunciant, & præteritam memoriæ ſubijciunt. Inſalubria uero, quæ & præſentẽ indicãt ægritudinem,& futuram prænunciant,atq; præteritam memoriæ ſubijciunt. Eadẽ ratione neutra dicuntur,quæ neutram diſpoſitionem oſtendunt,prænunciant,& memoriæ ſubiiciunt, [& quæ nihil omnino de diſpoſitionibus indicãt,uel nihilo magis ſalubrem,quàm inſalubrẽ diſpoſitionem oſtendunt:]& quæ partim quidem ſalubrem, partim uero inſalubrem indicant diſpoſitionem:& quæ aliquando quidem ſalubrem,aliquando uero inſalubrem,& hæc quoq; ſecũdũ tria tẽpora,ueluti ſalubria,& inſalubria. Vocantur autem nonnunquam à uetuſtioribus medicis hæc omnia,ſigna prænunciatiua,quamuis præſentium,vel præteritorũ ſint indicatiua. Vſus uero non paruus eſt ex prænunciatiuis,atq; indicatiuis,minor aũt ex his, quæ memoriæ ſubiiciunt. Cum igitur ſint ſalubria corpora,hæc quidem ſimpliciter,hæc uero ut nunc, quæ & ſana dicuntur,ſalubrium ſimpliciter corporum duplicem diximus eſſe differentiam:quoniã nõnulla quidem ſemper:nonnulla uero ut multum eſſent talia. Et ſemper quidem, quæ optimam conſtitutionem ſortita ſunt: ut multum uero,quæ non magnopere ab illa recedunt. G

De ſignis optimæ conſtitutionis corporis. CAP. 8.

HOrum * autẽ dignotiones ſumendæ ſunt ab iis,quæ ſecundũ eſſentiæ rõnẽ ipſis inſunt, & ab iis,quæ ex neceſſitate cõſequuntur,operationibus ſymptomatibusq;.i. caſibus, quos etiam ſanè accidentia proprie uocamus. Ab eſſentia quidem ipſa eorũ,quæ optimam habẽt cõſtitutionem,commenſuratione conſimiliũ quidem in caliditate,frigiditate,humiditate, & ſiccitate: Inſtrumentalium uero,in quantitate,ac numero eorũ,ex quibus componunt̃,ac præterea formatione,& ſitu partium ſingularũ,ac totius inſtrumenti. Ab his uero,quæ ex neceſſitate cõſequunt̃ conſimilia,quãtum quidẽ attinet ad tactũ,à mediocritate, quæ in mollitie, ac duritie conſiſtit: quantum uero ad aſpectum,à colore bono,& leuitatis,atq; hiſpiditatis mediocritate. In operationibus uero,à perfectione,quam & ipſarum uirtutem appellamus. Ab his uero,quæ inſtrumẽtarias partes conſequuntur,à cõmenſuratione, & pulchritudine oĩum totius corporis inſtrumentorũ,ac præterea earum,quæ ipſis inſunt,uirtute operationũ. Optimæ igitur cõſtitutionis corporum ſigna indicatiua ſunt hæc. Eorum autem,quæ ab ipſa deficiunt,& adhuc tamẽ ſalubria exiſtunt,nonnulla quidem in conſimilium tẽperatura uitium aliquod paruum habent: nonnulla uero in inſtrumentariorum commenſuratiune,& hoc quoq; perexiguum. Accidit aũt hoc uel in omnibus,uel in aliquibus,aut in utriſq;. Vitiorũ uero genera eadẽ ſunt cum his, quæ uirtutem perficiunt,tẽperatura quidem in conſimilibus: numerus autẽ,& formatio, & magnitudo,& ſitus in inſtrumentarijs: utriſq; uero communis unitas, quam & ipſorum cõtinuitatem appellamus. In his aũt ipſis generibus ſunt corporum inſalubriũ uitia ſecũdum utrunq; inſalubritatis ſignificatũ. Terminus aũt,qui utrunq; diſtinguit,eſt operationũ læſio ſenſibilis. Quæ uero ab optima corporum conſtitutione breue aliquid deficiunt,re uera quidem & ipſa in aliquo ſunt offenſa,non tamẽ id ſenſu comprehenditur. Diſtinguunt̃ uero ex eo,quòd magis minusve in operationibus exiſtit,ac quia cauſis inſalubribus non æque reſiſtunt. Quæ autem ſimpliciter inſalubria ſunt corpora,diſtinguuntur ob id,quòd facile à cauſis inſalubribus ſuperant̃, & quoniam in uirtute operationum multum deficiunt. In medio autem amborum collocãtur neutra, tum quæ exquiſite appellantur,tum quæ cum latitudine quadam. Quo fit,ut tota ſanitatis latitudo in tres partes,quarum ſingulæ latitudinem habent non paruam,diuidatur. Erit autem prima quidem ſalubrium corporum,ſecunda neutrorum, tertia inſalubriũ. Poſt quæ deinceps ſequuntur, H

A.L. 1. c. 2. & 3. fum. 1. c. 4. 41. e

quuntur,

A quuntur, quæ iam ægrorant corpora, quæ ſenſibilibus operationũ læſionibus diſtinguunt. Quę igitur dolore infeſtantur, & quorum motus ſunt deprauati, aut omnino interierunt, manifeſtas habent determinationes. Quæ uero imbecilles edunt operationes, in magnis quidem diſtantiis facile diſcernũtur, in paruis uero ambigua ſunt: atq; idcirco in eo genere noxæ collocat̃ diſpoſitio, quæ neutrius contrariorũ eſt particeps, quam & ipſam neutram dicimus appellari. Ita tñ ut horum omnium ſenſus ſit iudex, nõ ipſa natura rerum inſpiciatur: periculum.n. eſſet; ne in dogma ἀειπαθείας.i. perpetuæ paſſibilitatis, traheremur. Et quidẽ ſigna ſanorũ corporũ, ſed quæ aut inſalubria, aut ſalubria, aut neutra exiſtunt, quantitate diſtantiæ differunt, duobus inuicem contrarijs terminis à nobis ſtatutis, optima uidelicet conſtitutione corporis, & nuper facta ęgritudine, ac deinceps conſiderantibus, utri eorum uiciniora ſint ea, quæ ad examen corpora ueniunt. Quæ enim proximiora ſunt optimæ conſtitutioni, ſalubria: Quę uero ab hac longius diſtant, atq; ad ea, quæ iam ægrotant, magis accedunt, inſalubria: Quæ autem intermedia, atque æqualiter ab utriſq; diſtare uidentur, neutra erunt. Optimæ igitur conſtitutionis corporis indicia explicauimus. Eorum uero, quæ ab ipſa deficiunt, totidem ſunt numero genera, quæ in magis, & minus ſecari poſſunt. Cum autem in tres latitudines diuiſa ſint, corporis inſalubris ſim-
B pliciter, indicia trademus: ex his enim, & reliquæ duæ latitudines innoteſcent. Generaliter igitur prius à nobis in eo, quem de optima conſtitutione ſermonem habuimus, dictum eſt: ſpecialiter autem nunc dicetur, ſi prius partes diuiſerimus.

Quot ſint differentiæ partium. CAP. 9.

A.l.1.f.1.d.5. c.1.fol.9.f

SVnt* uero earum quatuor uniuerſæ differentiæ, quoniam nonnullæ earum principia q̃dam exiſtunt: aliquæ uero ab ipſis originem habẽt: aliquæ nec aliarũ gubernationi præſunt, neq; ab alijs gubernantur, cum inſitas habeãt à natura potẽtias, à quibus regũtur: quædã uero ſunt, quæ inſitas ſimul, & aliunde emanantes habẽt. Principia igitur ſunt Cerebrũ, Cor, Hepar, Teſticuli. Ab his uero ortum habẽt, atq; eiſdem ſubminiſtrant, Nerui quidem, & Spinalis medulla, Cerebro: Cordi uero, Arteriæ: Hepati, Venæ: Ipſa uero ſeminaria uaſa, Teſticulis. Quæ autẽ à ſe ipſis gubernantur, ſunt Cartilago, Os, Copula, ſeu ligamentum, Membrana, Adenes.i. glandulæ, Adeps, Caro ſimplex. Reliquæ uero partes, cum unà cum iſtis habeant ex ſeipſis regimẽ, arterijs, neruis, & uenis inſuper egent. Capillorum autem, atq; unguium neq; regimen ullũ eſt, ſed generatio tantummodo. Hæ igitur ſunt partium differentiæ.

De ſignis cerebri. CAP. 10.

A.l.3.f.1 t.1. c.4.fol. 182.f

C INdicia* autem ſingularum tẽperaturæ ſumpto à Cerebro initio, deinceps dicemus. Sunt uero quinq; uniuerſa genera, quæ ipſius naturam oſtẽdunt. Primum quidem totius capitis diſpoſitio: Secũdum uero, ſenſibilium operationum uirtus, & uitium: Et tertium, actiuarũ: Quartum, earum, quæ tenent principatum: Et quintum, naturaliũ. Aliud uero genus præter hæc omnia eſt ea, quæ ab extrinſecus occurſantibus aduenit alteratio. Et quidem totius capitis diſpoſitio, ex magnitudine, & figura ſumitur, atque capillis.

De paruitate, & magnitudine capitis, & de ipſius figura. CAP. 11.

A.ibidẽ, &c. 10. fol. 184. h

PAruum* igitur caput uitioſæ conſtitutionis cerebri proprium eſt indicium. Magnum uero non neceſſario indicat bonam conſtitutionem: ſed, ſi quidem ob inſitæ uirtutis robur, quæ multam atq; optimam materiam afformauerit, eueniat, bonum eſt ſignum: at, ſi ob materiæ tãtum multitudinem, haudquaquam bonum. Diſtinguenda uero ſunt hæc, & ex figura ipſa, & ex his, quæ ab eo habent ortum. A figura quidem ipſa, ſi concinna: ſemper .n. hoc bonũ eſt ſignũ: Ex his autem, quæ ab eo ortum habent, ſi ualida eſt ceruix, & ſi aliis oſſibus optime conſtet, atque omnis præterea neruoſa ſubſtãtia boni ſit habitus, ac robur habeat intẽtũ. Propria autẽ capitis figura eſt, ueluti ſi excogitares ſphæram exquiſite rotundam ex cera conſtructam, leniter
D utrinq; depreſſam. In hac enim, neceſſe eſt, ut poſteriores prioresq; partes magis gibbæ fiãt, q̃ ſpheræ conueniat: quæ uero utrinq; cõſiſtũt, magis rectę. Quòd ſi ea, quæ ſecũdũ occiput, eminentia alicui minuatur, ſimul intueri oportet neruos, atq; ceruicẽ unà cum oſſibus aliis. Nã, ſi ſecundum naturam conſtiterint, materiæ defectu, non uirtutis imbecillitate hoc contigit: illis uero non recte ſe habentibus, principium eſt debile. Sed magna ex parte defectus, qui occipiti eueniunt, cõſequit̃ eorũ, quæ antediximus imbecillitas: rariſſimeq; aliter euenire cõſueuit. Caput etiam, quod ſecundum occiput† in acutiem tẽdit, animaduertere oportet, ijſdẽ adhibitis diſtinguẽdi rationibus, quibus antea in capite grãdiori facto utebamur. Sæpenumero uero & hic bonum eſt ſignum, figura concinna cerebelli, quod nonnulli medici poſterius cerebrum appellare conſueuerunt, quemadmodũ ſanè & poſterius exiſtit, ea futura, quę græcæ literæ, Λ, formã habet, diſtinctum. Eſt uero hæc pars, ſpinalis medullæ principium, & eius ratione, neruorũ omnium, qui in toto animali ſunt actiui. Ipſa autem pars poſterior per ſeipſam paucos admodum ſenſitiuos obtinet neruos, plurimos uero actiuos: ſicuti & anterior, ſenſitiuos quidẽ plurimos, paucos admodum actiuos. Quare, ubi bene fuerit affecta utraque pars, robuſtas habebunt ſuas propagines. Eędem quoque diſtinctiones adhibendæ ſunt ad partes capitis anteriores ad frontem attinentes, quæ etiam ad poſteriores, earundemq; & paruitatem, & magnitudinẽ inſpicere oportet,

† φοςέριον.

re oportet,atq; itidem figuram,& ſenſus ibi collocatos,viſum,guſtum,atq; odoratum. Hæc .n. ſe inuicem indicant,atq; atteſtātur,& quæ à principijs oriuntur,principij virtutem, & vitium: & principium ea,quæ ab ipſo naſcuntur. E

De operationibus obtinentibus principatum. CAP. 12.

EArum* autem operationum,quę obtinēt principatum,virtus ac vitium ſunt ipſius principij ſeorſum tantūmodo indicia. Voco aūt operationes principatū obtinētes,hoc eſt ἡγεμονικὰς, quæ à ſolo principio proueniunt. Ingeniū quidē igitur(græcè ἀγχίνοια) ſubtilē cerebri ſubſtātiā indicat:tarditas vero intellectus,craſſam:diſcendi vero facilitas,formarum facile ſuſceptiuam: memoria autem ſtabilem ac firmam: Sicuti & diſcendi difficultas,formarum nō facile ſuſceptiuam,& obliuio,fluidam:mobilitas quoq; in opinionibus,calidam:ſtabilitas autem frigidā. Adhuc autem duo indiciorum genera mihi uideor prætermiſiſſe, de quibus ſum ab initio me dicturum pollicitus,quorum alterum ad operationes attinet naturales:alterū vero ad ea,quæ extrinſecus occurſant. Erit autem de utriſq; ſermo communis. A.ibidem.

Signa bona temperatura cerebri. CAP. 13.

SIquidem cerebrum ſortiatur bonam quatuor primarum qualitatum temperaturam, omnia quæ diximus habebit moderata: & excrementa.quæ vel per palatū,vel aures,vel nares, vel oculos expurgantur,hæc quoq; modice ſe habebunt:atq; ab ijs,quæ extrinſecus occurſant,minime lædetur,quæ ſcilicet,vel calefaciunt,uel frigefaciunt,uel humectāt,uel exiccant. Talibus igitur capilli capitis,cum adhuc ſunt infantes,ſubrufi:cum uero pueri,ſubflaui:cum iā adoleuerint,flaui fiunt,mediiq; quodammodo ſunt inter eos,qui exquiſite ſunt criſpi,& ſimplices:non tamē facile caluitium patiuntur. Quæ uero dicuntur,ac poſterius dicenda indicia ſunt, accipere oportet,vt in bonam habentibus temperiem habitationibus. Quę autem ad capillos attinēt, non ad locorum tantum,ſed ad humorum quoq; temperaturam,qui cerebri temperaturæ proportione reſpondent,ſunt referenda. Si uero calidius ſit,quàm oportcat, in altera uero oppoſitione bonam habeat temperaturam,ſiquidem in caliditate multum exceſſerit,omnia,quæ dicētur,ualidiora erunt indicia:ſed,ſi paruus fuerit exceſſus,imbecilla. Communis autem hęc ratio ſtatuatur in omnibus partibus,quarum in temperaturis uniuerſis indicia ſumus tradituri. F

Signa calidi cerebri. CAP. 14.

DEinceps igitur ſigna caliditatis* cerebri,præter ea,quæ nuꝑ diximus,ſunt,ꝙ ea, quæ circa caput,omnia rubicundiora,& calidiora,& quæ in oculis ſunt uenæ, magis ſenſui patent. Capilli quoque in his geniti celeriter in capite proueniunt, & cum multum in caliditate à mediocri temperatura receſſerint,nigri,& robuſti,& criſpi fiūt: cū uero nō multū, ſubflaui quidē ab initio fiūt,deinde nigricant,ac progredientibus ætatibus caluitiū patiūtur,atq; eo magis, ꝗ plus modico ſunt calidiores. Excremēta uero, quæ per palatū,& nares,& oculos,& aures,pauca & cōcocta ipſis exiſtūt,cum integram habuerint ſanitatem Cum vero eis caput repletur:cōtinuo enim,ac tum præſertim,cum nullam uictus ſeruauerint rationē,tale quid eis accidit,plura quidem in ipſis excrementa,ſed non incocta generantur,implenturq;, atq; aggrauātur eorū capita à calefaciētibus cibis,& potibus,odoribus,atq; hiſce omnibus, quæ extrinſecus occurſant:in quorum numero eſt,& qui nobis circunſunditur aer. Sed præterea magis, ſi non ſolum natura calida, ſed etiā humida corpora extiterint. Breuibus autem ſomnis huiuſmodi temperaturæ contentæ ſunt,eiſdemq; non profundis. A.l.3 f.t.1 c.17.f.186.b G

Signa frigidi cerebri. CAP. 15.

FRigidioris* uero,quàm oporteat,cerebri indicia ſunt,plura in proprijs meatibus excremēta,& capilli recti,& rufi,& ſtabiles,& qui longo poſt natiuitatem tempore naſcūtur,tenues, atq; ab initio male nutriti:& facile à cauſis frigidis offenduntur,atq; hoc ipſo offenſionis tēpore deſtillationibus,& grauedinibus capiuntur: neq;,ſi tetigeris partes ad caput attinentes, admodum calidæ ſentiuntur:neq; ſi inſpexeris,rubicundæ apparent: & oculotum uenæ omnino uiſum effugiunt:& ſomnolentiores quodam modo ſunt. A.ibidē.a.b H

Signa ſicci cerebri. CAP. 16.

SIccioris* autem cerebri indicia ſunt meatus ſuperfluitatibus carentes,& ſenſuum perſpicacitas:ſunt autem ad uigilias prompti,& capillos habent robuſtiſſimos, & qui celerrime eis genitis innaſcuntur. Criſpi autem potius ſunt,quàm recti:cito autem calui fiunt. A.ibidem.b

Humidi cerebri indicia. CAP. 17.

HVmidioris* uero cerebri indicia,capilli plani,& nequaquam calui fiunt: Senſus autē turbulenti,& excrementorum multitudo,ſomni multi atq; profundi. Et hæ quidem ſimplices ſunt intemperaturæ. A. ibidem. b

Signa calidi ſiccięq; cerebri. CAP. 18.

COmpoſitæ autem primum calida & ſicca,ſecundū quam & ſuperfluitatibus carent,& ſenſibus uigent,& plurimum uigilant,& cito calui fiunt:& prima quidem capillorum generatio celerrima eſt,ac plurimo abundans alimento:capillos uero habent nigros,& criſpos:& tangentibus caput,calidi ſentiuntur:& ſunt rubicundi uſq; ad ętatem conſiſtentiæ.

Signa

A *Signa calidi, & humidi cerebri.* CAP. 19.

SI vero humiditas adiungatur caliditati, pariſ utriuſq; qualitatibus ſuperantibus mediocritatē, color bonus, & calor, & oculorū venæ magnæ: & plura excremēta, & mediocriter cocta: & capilli recti, ſubflaui, & non facile calui fiunt. Implētur vero, atq; aggrauātur eorū capita à calidis: at, ſi ēt humectentur, tūc multo magis, quādo & excremētorū habēt multitudinē. § Et ſi plurimū caliditas, atq; humiditas creuerit, his caput ęgritudinibus eſt obnoxiū, atq; excremētis abundans, & quod facile à calefacientibus, atq; humectantibus offendatur. Auſter uero ſemper eis aduerſatur, atq; optime in Aquilone ſe habēt: non tñ diu uigilare poſſunt: &, cum ſe ad ſomnum cōuerterint, ſimul graui ſomno (hoc eſt comate) tentātur, & uigilāt, & ſomnia habent imaginationibus plena, viſus eis turbulēti, neq; ſatis ſenſibus uigent. Quòd ſi multū in caliditate cerebrum à mediocritate receſſerit, paulo aūt humidius extiterit, calidæ tēperaturæ indicia quidē ſuperabunt, cū quibus læuia quædam humiditatis ſigna cōiungentur: veluti ſi lōge quidē humidius, paulo uero calidius, uehemētia quidē erunt ac manifeſta humiditatis indicia, debilia aūt caliditatis. Communis uero hæc ratio in omnibus compoſitis intemperaturis exiſtit.

Signa frigidi, & ſicci cerebri. CAP. 20.

B FRigidæ uero, & ſiccæ cerebri intemperaturæ: quātum ex ſe eſt, frigidum, & minime coloratū, caput reddunt: ſemper.n. memoria repetenda, quæ à nobis ab initio eſt diſtinctio poſita, vt præterea aduertamus, quantum ex humorum temperatura alterentur, quæ circa ipſum cōſiſtunt. Protinus autem huiuſcemodi temperatura, uenis carentes habent oculos, & à cauſis frigidis facile læduntur, Quare & inęquali ſanitate fruuntur, quoniam nonnunqnam leuiſſima habent capita, & meatus, qui ſuperfluitatibus careant: nonnunquam uero & grauedinibus, & deſtillationibus parua ex cauſa facile capiuntur.

§ De ſenſibus. CAP. 21. §

SEnſus autem eorum in iuuentute quidem omnes uigent, atq; omni uitio catēt, ſed progrediente ætate cito marceſcūt. Et, vt ſummatim dicatur, omnes celerrimam circa caput ſenectutem oſtendunt: quare & cito cani fiunt. Capilli uero ipſis quidem genitis uix exeunt, & male nutriuntur, & rufi ſunt. In progreſſu autem ætatis, ſuperante magis frigiditate caliditatem, ꝙ ſiccitate humiditatem, non caluefcunt. Contra uero ſi contigerit, ſiccitatem quidem plurimū dominari humiditati, frigiditatem uero caliditati, parum calui fiunt hi.

Hoc caput debet cōiungi cū præcedenti.

Signa cerebri frigidi, & humidi. CAP. 22.

C HVmidæ uero, & frigidæ cerebri temperaturæ faciunt homines graui ſomno tentari, & ad ſomnum facile conuerti, ſenſibus quoq; minime uigentes, atq; excrementis redundātes, & qui caput frigiditati ac repletioni habent obnoxium, ac deſtillationibus, & grauedinibus facile tentantur: neq; tamen hi calui fiunt. Hæc igitur indicia ſunt cerebri temperaturæ, à quibus ſi progrediaris, ad unumquodq; ſenſorium * dignotiones transferre licebit.

**Organū dicitur.*

De oculis. CAP. 23.

SEd ſufficiet de oculis duntaxat facere mentionem. Quicūq; tāgētibus quidem manifeſte calidi exiſtunt, & facili ac crebro motu ciētur, & venas latas habent, hi calidi omnes ſunt: frigidi uero, his cōtrarii. Et humidi qdē molles ſimul, & multa humiditate pleni: ſicci uero, aridi ſimul, & duri. A ſimilibus aūt ſuæ tēperaturæ cauſis facile offendunt: iuuant aūt à modico cōtrariorū uſu: ſed hoc qdē cōe in oī cuiuſcūq; partis tēperaturæ dignotione oportet meminiſſe.

De magnitudine oculorum. CAP. 24.

A.l.3.f.3.t.2. c.2.f.220.g MAgnitudo oculorum quidē, ubi cōcinnitas adſit, & operationum uirtus, multitudinē bene temperatæ ſubſtantiæ oſtendit, ex qua ſunt conformati: quæ ſi deſint, multam quidem ſubſtantiam, non tamen bene temperatam oſtendunt.

D *De paruitate oculorum.* CAP. 25.

A.ibidem. PAruitas uero oculorū adiūcta qdē cōcinnitate, ac operationū uirtute, paucā qdē, ſed bene temperatā ſubſtantiā oſtendit, ex qua ſunt cōformati. Si uero ſociam habuerint incōcinnitatem quandam, atq; operationū uitium, tunc paucam ſimul, ac uitioſam materiam oſtendūt.

De colore oculorum. CAP. 26.

QVę uero ad colores attinent, ita diſtinguere oportet: Glauci quidem oculi, qui pura humiditate, ac non multa præfulgent, tales fiunt ob ſplendidi luminis abundantiam: contra uero nigri, &, qui intermediam naturam ſeruant, cauſas quoq; intermedias habent.

De glaucedine, & nigredine oculorum. CAP. 27.

GLaucus igit̄ oculus fit, vel ꝑꝑ magnitudinē, vel ꝑꝑ ſplēdorē humoris, ꝗ à Græcis cryſtalloides noīat̄, uel ꝑꝑ ſitū ꝓminētē, aut ꝑꝑ tenuis, & aquei humoris, ꝗ ī pupilla exiſtit, paucitatē, & puritatē: atq; oībus qdē ī unū cōuenientib⁹ fit glauciſſimus oculus. Quòd ſi qua adſint, aliqua uero nō, tūc maior, minorve glaucedo contrahit̄. Niger uero oculus fit aut ob paruitatē cryſtalloidis, aut ꝑꝑ ꝓfundū ſitū, uel qm̄ ſplēdid⁹ ac fulgid⁹ exqſite nō ē, uel qm̄ tenuis humor uel ſuperabūdat, uel purus nō exiſtit: vel ꝑꝑ unā aliquā ex his cauſis, aut ꝑꝑ oēs fieri cōſueuit. In ipſis autē magis, & minus (ut ante diximus) reperit̄. Tenuis igit̄ humor, quo magis ad aquæ

naturam

naturam accedit,& ſuperabundat,humidiorẽ oculum oſtendit, quemadmodum, ſi craſſior ac minor fiat,ſicciorẽ.Cryſtalloides aũt,ſiq̃dẽ durior exiſtat,ſicciorẽ efficit oculũ:ſi uero mollior humidiorẽ:ſic & ſi plus modico tenuem humorẽ exceſſerit,ſicciorẽ:ſi aũt defecerit,contrariũ. E

De cordis temperaturis. CAP. 28.

DE cordis aũt tẽperaturis deinceps dicendũ eſt:ſi prius hæc in memoriam reuocauerimus, quòd vnãquanq; partem ſeipſa, vel calidiorem, vel frigidiorem, vel ſicciorẽ, vel humidiorẽ dicimus factam,non alicui rei alteri comparantes,ſed ad ſeipſam. Sic enim, vtcunque extiterit cor natura frigidiſſimũ, multo ſanè calidiorem temperaturam poſſidebit calidiſſimo cerebro.

Signa cordis calidi. CAP. 29.

CAlidioris * igitur cordis,vt ad modũ,qui ei ꝓprius eſt atq; cõueniẽs,indicia quædã ſunt inſeparabilia,& ꝓpria,magnitudo reſpirationis,& pulſus velocitas,& frequẽtia: & audacia, & ad actiones natura prompta. Quòd ſi multum in caliditate exceſſerit,tũc iræ præcipitatio,& furibũda temeritas adſunt.Eſt aũt his thorax hiſpidus,& præſertim pectus,& quęcunq; hypochondrijs partes proximiores. Magna vero ex parte calidi cordis temperatura vniuerſum corpus calidũ reddit,niſi hepar uehementius obſtiterit. Dicemus aũt paulo inferius totius corporis indicia.Eſt quidẽ & latitudo thoracis,caliditatis indiciũ,niſi & hic quoq; cerebrũ multũ obſtiterit,qm̃ ei magna ex parte ſpinalis medulla in magnitudine rñdet: tãtæ uero erũt magnitudine uertebræ,quanta & ſpinalis medulla,quare & ſpina uniuerſa. Cõfigiẽ uero thorax ad eam ſpinæ partẽ,quæ Metaphrenũ.i.dorſum diciẽ,tanq̃ ad carinã nauis.Quare neceſſario eius lõgitudo æquabiẽ dorſo: latitudo uero erit pro uertebrarũ rõne,qm̃ ad ꝓportionẽ earũ craſſitudinis fuerit cõfixus. Cũ uero cordis caliditas ſuperãs perflauerit,ac dilatauerit in primo ſui ortu thoracẽ,erit eiuſdẽ caliditati proportione reſpõdẽs.Quare,cũ caput paruum, thorax aũt latus extiterit,maximũ hoc tibi fuerit cordis caliditatis indiciũ: cũ uero magno exiſtẽte capite paruus fuerit,proprijſſimum hoc erit cordis frigidioris ſignũ: ſi uero capiti fuerit proportione reſpondens,tunc alijs ſignis de corde diſtingues,ex ipſius thoracis amplitudine nihil aſſumens. F

A. l.3. f.11.1. 1.c.3.f.276.1.

Signa cordis frigidi. CAP. 30.

IN frigidiore * uero corde pulſus minores exiſtũt,q̃ mõ naturæ cõueniat:nõ tñ neceſſario tardiores, uel rariores.Reſpiratio aũt,ſiq̃dẽ thorax tãto minor extiterit,quãto cor frigidiꝰ,pulſibꝰ erit ꝓportionalis.Si uero maior fuerit,q̃ ꝓ frigiditatis q̃titate,nõ minor ẽ tm̃,ſed ẽt tardior & rarior.Tales aũt timidi natura ſunt,& ſine audacia,& ſegnes,& nudũ pilis habẽt pectus. De eius uero paruitate diſtinguẽdũ,ut diximus prius. Eodẽ modo,& de totius corporis caliditate. G

A.ibidem.

Signa cordis ſicci. CAP. 31.

COr * autẽ ſiccius pulſus efficit duriores,& irã non promptã quidem,ſed feram, & quæ non facile ſedari queat,magnaq; ex parte uniuerſum corpus ſiccius exiſtit,niſi hepar obſtiterit.

A.ibidem.

Signa cordis humidi. CAP. 32.

COrdis * uero humidioris ſigna,pulſus molles,& mores ad iram quidem procliues, ſed talẽ, quæ facile ſedari poſſit:& uniuerſum corpus humidius exiſtit,niſi hepar obſtiterit.Secundum uero coniugationem qualitatum primarum cordis intemperaturæ ita ſe habent.

A.ibidem.

Signa cordis calidi, & ſicci. CAP. 33.

CAlidi,& ſicci cordis pulſus duri ſunt,& magni,& ueloces,& frequẽtes: & reſpirationes magnæ,& ueloces,& frequẽtes,& multo magis ad uelocitatẽ ac frequẽtiam uergunt, thorace cordi non aucto ꝓportionaliter.Hi uero præ cunctis pectus habẽt maxime hirſutum,& hypochõdria.Ad actiones aũt prõpti ſunt,& iracũdi,& celeres,& impudẽtes,& mores tyrãnicos habent:etenim ſunt in irã præcipites, non facile uero placabiles. De totius autem corporis tẽperatura,& thoracis amplitudine,his,quæ ante diximus,proportionaliter eſt diſtinguendum.

Signa cordis calidi, & humidi. CAP. 34. H

SI uero caliditas unà cum humiditate dominabitur,minus quidem his,quos antea diximus, hi ſunt hirſuti,ad actiones uero nihilominus prõpti,nõ tamen ferus eſt animus,ſed ad iram procliuis tantũmodo.Pulſus uero magni ac molles,ueloces & frequẽtes exiſtunt. Et reſpiratio, cũ thorax cordi fuerit ꝓportionalis,eandẽ pulſibus formã ſeruabit:ſi uero minor extiterit,tanto illis uelocior erit,& frequẽtior,quãto& thorax minor extiterit.Si aũt multa facta fuerit euerſio in tẽperatura,ac ſi hoc p̃ſertim in humiditate cõtigerit,præter ea,quæ diximus, contingent etiam ex putredine morbi,his,qui in ipſis fuerint,humoribus corruptis ac putrefactis. Expirationes aũt maiores ſunt,ac ueloeiores inſpirationibus,& ſubmiſſio arteriæ in pulſibus uelox.

Signa cordis humidi, & frigidi. CAP. 35.

HVmidioris uero & frigidioris cordis pulſus quidem molles: Moribus autem nequaquam audaces,ſed timidi & ſegnes exiſtunt. Tales etiam glabrum pectus habẽt, minimeq; iram retinent,ſicuti & ad iram non admodum ſunt prompti. Quæ uero ad thoracem, & uniuerſum attinent corpus,diſtinguere oportet,ſicuti ea,quæ ante diximus.

Signa cordis frigidi, & ſicci. CAP. 36.

FRigidius uero cor,& ſiccius,pulſus quidem duros reddit,& paruos:reſpirationem autem,ſi-

quidem

A quidem thorax paruitatem cordis ſrigiditati proportionalem habuerit, moderam : ſi uero maior extiterit, raram ac tardam. Hi vero præ omnibus minime ad iraſcendũm prompti, cum autem coacti fuerint iraſci quibuſdam, retinent iram. Habent autem maxime omnium, nudã pilis pectus. De paruitate autem thoracis, ac preterea totius corporis frigiditate ſimiliter diſtinguẽdum. Vnum illud commune præter dicta omnia nobis memoria repetentibus, quòd, quæcũq; de moribus ſiue nunc, ſiue quouis alio ſermone explicata ſunt ad temperaturæ cognitionem, non de probis moribus, aut vitioſis, qui ex philoſophia hominibus adueniunt, ſed de inſitis vnicuique ac naturalibus, a nobis ſunt expoſita.

Signa calidi hepatis. CAP. 37.

A.li 3.f.142.1 c.5.fol.308.g HEpatis * calidioris indicia, uenarum latitudo, flaua bilis abundantior, in conſiſtenti uero ætate, etiam atra: calidior ipſis ſanguis, atq; eadem ratione corpus uniuerſum, niſi obſtiterit cor. His uenter, & hypochondria hirſuta.

Signa hepatis frigidi. CAP. 38.

A.ibid. c.6. FRigidioris * uero, anguſtia uenarum, pituita abundantior, ſanguis frigidior, & totius corporis habitus, niſi à corde calefiat. Venter illis glaber eſt, atque hypochondria.

Signa hepatis ſicci. CAP. 39.

B

A.ibidẽ. c.7. SIccioris * autem, ſanguis quidem craſſior, & minime abundans, venę duriores, & totius corporis habitus ſiccior.

Signa humidi hepatis. CAP. 40.

A.ibidẽ. c.8. HVmidioris * autem, ſanguis quidem abundantior, atq; humidior, uenæ autem molliores : ita uero & vniuerſum corpus, niſi partes ad cor attinentes obſtiterint.

Signa calidi, & ſicci hepatis. CAP. 41.

A.ibid. c.9.h CAlidioris * uero ſimul, ac ſiccioris hepatis indicia, hypochondrium hiſpidiſſimum, ſanguis craſſior ſimul, ac paucior, flaua bilis plurima eſt, conſiſtente autem ætate, & atra: uenarum itẽ latitudo, & durities. Sic uero & uniuerſum corpus ſe habet. Nam, quæ ex corde caliditas originem habet, poteſt obtundere eam, quæ ab hepate naſcitur, frigiditatẽ : ſicuti & frigiditas caliditatem: ſiccitatem uero non poteſt humidius cor ad contrariũ habitum trãsferre. Media uero inter has, quæ dictæ ſunt, ea, quæ ab hepate humiditas oritur. Magis.n.à cordis ſiccitate ſuperatur, quàm ſiccitas ab humiditate, minus autem à caliditate, adhuc uero multo minus frigiditate. Hæc.n. inter omnes qualitates, quæ ab hepate proueniunt, facillime uincitur. Liquet autẽ, quòd, cum in unum conuenerint utriuſque principij temperaturæ, totum exquiſite ſecundum C illas afficitur corpus, paulo uero inferius ipſorum dicentur indicia.

Signa hepatis calidi, & humidi. CAP. 42.

A.ibidẽ. c.10. HVmidius * autẽ ac ſimul calidius hepar, minus quidẽ, q̃ calidius, & ſiccius hypochondria reddit hiſpida. Plurimũ uero ſanguinis, & venas amplas, habitumq́; calidiorẽ, atq; humidiorem facit, niſi obſtiterit cor. Si uero amplius in ambabus qualitatibus à naturæ modo recedat, à morbis, qui ex putredine, ac uitioſis humoribus fiunt, facillime capitur. Adhuc autẽ magis, ſi plurimum augeatur humiditas, caliditas uero parum. Si autem contra, parum quidem humiditas creſcat, plurimum uero caliditas, minime uitioſis humoribus laborant.

Signa hepatis humidi, & frigidi. CAP. 43.

A.ibidẽ. c.11. HVmidius * autem, & frigidius hepar habet hypocondria glabra, ſanguinem uero pituitoſiorem generat, cum uenarum anguſtia: ſic & reliquum habet corpus, niſi à corde ad contraria transferatur.

Signa hepatis frigidi, & ſicci. CAP. 44.

A.ibidẽ. c.12. FRigidius * autem, & ſiccius hepar cum pauco ſanguine, & uenarũ anguſtia efficit corpus, atque frigidius, & hypochondria glabra, niſi & hic cor dominetur.

D

Signa calidæ, frigidæ, humidæ, & ſiccæ temperaturæ teſticulorum. CAP. 45.

A.l.3.f.20.c.1 c.4 fol.372.d TEmperatura * uero teſticulorũ, calida quidem ad uenerem procliuis, & maſculorum generatrix, & fœcunda, celeriterq́; genitales partes obſepit pilis, ſimul autem, & circumiacẽtes attingit partes: frigidior uero contraria efficit. Et humida quidẽ multo, & humido ſemine abundat: ſicca paucum, & modice craſſum generat ſemen.

Signa calidæ, & ſiccæ temperaturæ teſticulorum. CAP. 46.

A.ibidẽ. c.5. CAlidior * uero, ac ſiccior, & craſſiſſimum ſemen habet, & fœcundiſſima eſt, ac celerrime ab initio protinus ad coitum excitat animal. Itaq; & his genitales partes citiſſime hiſpidę fiũt, atq; omnes, quæ circunſtant, ſupra quidem uſq; ad regiones, quæ ad umbilicum ſunt, infra uero uſq; ad media femora. Petulca igitur eſt, & ad libidinem prona huiuſcemodi temperatura, ſtatim uero ſatiatur, & ſi cogatur, offenditur.

Signa calidæ, & humidæ temperaturæ teſticulorum. CAP. 47.

A.ibidẽ. c.6. SI autem * caliditas humiditati cõiungatur, hirſuti quidẽ tales minus, plus uero ſemine abũdant, non tamẽ plus cæteris appetunt, ſed minori detrimento præter modũ uenereis indulgẽt. Quòd ſi ſatis excreuerint, & caliditas, & humiditas, nõ ſine detrimẽto à uenereis abſtinẽt.

Signa frigidæ, & humidæ temperaturæ teſticulorum. CAP. 48. E

SI * vero frigidiorē, & humidiorē temperaturam teſticuli habuerint, partes circumpoſitę glandulæ ſunt, & tarde rē veneream exercere incipiūt, neq; proni ad actū huiuſmodi ſunt. Aquoſum vero, & tenue ipſis ſemē, & parū fœcundū, & fœminarū generatiuū, vel oīno nō generās. A ibidē. c.7.

Signa frigidæ, & ſiccæ temperaturæ teſticulorum. CAP. 49.

FRigidior * uero, & ſiccior temperatura ſimilis quidem in reliquis eſt antedictæ, craſſius uero in ipſa ſemen exiſtit, atque omnino paucum. A. ibidē. c. 8.

De habitu totius corporis. CAP. 50.

TOtius autem corporis habitus, diximus & ſuperius, quomodo & hepatis, & cordis naturā ſequatur. Ei aūt magis aſſimilatur, quod unā aliquam ex primis qualitatibus potentiorem habuit, quas & effectiuas appellāt. Totius uero corporis habitus in illis maxime dicit̄ partibus, quæ primæ oculis ſubijciuntur. Sunt uero hæ, muſculi, qui omnia ambiunt oſſa, carnes quędam compoſitæ ex prima, & ſimplici carne, & præterea fibris, quibus innaſcunt̄. Propria.n. muſculorum ſubſtantia his duobus conſtat: quæ uero ad ipſos uaſa pertingunt, veluti riui quidam ſunt, qui nō eorum ſubſtantiam complent, ſed eis ſubminiſtrant, ut in uita permaneant. Dicent̄ igit̄ & horum temperaturæ indicia in bene temperata habitatione. Nam, quæ male tēperatæ ſunt, F cutem permutant ex ſe ipſis formātes, & quædam ex indiciis corrūpunt. Ita & in bene tēperata regione, ſiquis ſe tpe æſtatis nudum ſoli expoſuerit, permutabit indicia, quæ ex colore, & duritie, & mollitie ſumuntur. Si uero, quēadmodum bonā temperiē obtinet locus, ita & ipſe bene temperato uictu uſus fuerit, vt qui neque ſe nudum ſingulis diebus in ſole plurimū torrefaciat, neq; ſicuti pleriq;, more puellarū cōtinue in umbra degat, hic certa, atq; exquiſita temperaturæ indicia præ ſe feret. Tanquam igitur de hoc futurus ſit ſermo, nunc ad ipſum accedemus.

Signa moderatæ temperaturæ. CAP. 51.

MOderatæ temperaturæ indicia ſecundū totū animalis habitum: color quidem ex rubro, & albo commiſtus, capilli uero flaui, & plerunq; mediocriter criſpi: carnoſitatis autē mediocritas in qualitate, & quātitate. Medium eſt.n. exquiſite huiuſcemodi corpus inter omnes exceſſus, vt qui ad ipſum dicantur, & intelligantur. Nam & craſſum corpus ad hoc comparatū dicitur craſſum, & tenue ad hoc eodem modo: & carnoſum, & macilentum, & pingue, & durū, & molle, & hiſpidum, & glabrum. Nullum igitur horum corpus eſt mediocritatem habēs, ſed, qualis Polycleti regula, ad ſummum totius peruenit mediocritatis, adeo, ut neq; tangentibus molle uideatur, neque durum, neque frigidum: inſpicientibus uero neque hirſutum, neque glabrum, neque craſſum, neque tenue, aut aliquam aliam habens immoderationem. G

De corpore calidiore. CAP. 52.

QVæcūq; * aūt in caliditate à medio recedunt, nō tñ in humiditate, uel ſiccitate, hæc, quātū ad carnoſum genus attinet (de hoc enim pręſens eſt ſermo) uidentur quidem tangentibus calidiora tantum, quantū & eorum temperatura calidior. Tanto uero magis hirſuta ſunt, quāto & calidiora, & minus pinguedinis habent. Colorē aūt rubrū, & capillos nigros habent. A.li.1.ſ.2.d.3 c.3.fol.44.& 45.

Signa frigidæ temperaturæ. CAP. 53.

FRigidioris * autem temperaturæ indicia ſunt, pilorū carentia, pinguedo, & frigiditas, quæ tāgentibus obuiat. Color autem unà cum capillis etiā rufior, & ubi multa frigiditas adfuerit, liuidus quodammodo exiſtit, quem nonnulli medici colorem plumbeum appellant. A. ibidem.

Signa ſiccæ temperaturæ. CAP. 54.

SIccior * autem temperatura tanto gracilior eſt, & durior bona temperatura, quanto maior eſt ſiccitas: in reliquis autem eodem modo ſe habet. A. ibidem.

Signa humidæ temperaturæ. CAP. 55.

ET * humidior etiam in reliquis quidem eodem modo ſe habet: melius autē carnoſa, & mollior. Et quidem ſecundum coniugationem qualitatum primarum factæ intemperaturę compoſitam habent indiciorum formam. H A. ibidem.

Signa calidæ, & ſiccæ temperaturæ. CAP. 56.

CAlidior ſimul, ac ſiccior, hirſutior, ac calidior, & durior exiſtit, & pinguedine caret, graciliſque eſt, & capillos nigros habet. Si uero multum in caliditate excedat, color quoque niger illi adeſt.

Signa calidæ, & humidæ temperaturæ. CAP. 57.

CAlidior aūt, & humidior tēperatura, mollior, & calidior, & carnoſior tāto eſt bona tēperatura, quātū & utriſq; qualitatibus aucta fuerit. Quòd ſi plurimū augeat̄, cito ſimiliter à putredinis corripitur morbis, qm̄ & humorū uitio prompte laborat. Si uero parū quidē humidior ſit, multo uero calidior, molliores quidē parū huiuſcemodi ſunt his, qui bonā habent tēperaturā, & magis carnoſi, non parū uero hirſutiores, & tāgētibus non parū calidiores. Nigri uero eis capilli, & caro pinguedine caret. Si uero paulo qdē calidior, multo uero humidior, mollis his caro eſt, & multa, & color cōmiſtus eſt ex albo, & rubro, & tāgētibus paulo calidiores. Et, ut ſummatim dicat̄, oīb⁹ tēperaturæ cōiugationibus ſemp ſupexcedētis qualitatis indicia eminebūt.

Signa

A *Signa frigidæ, & humidæ temperaturæ.* CAP. 58.

FRigidior autem atque humidior temperatura,ſi parum quidem vtraque augeaꝛ,capillis nuda eſt,& alba,& mollis,& craſſa,& pinguis:Si uero magis exceſſerit,reliqua quidem ſunt ſecundum proportionem augmenti qualitatum , color autem unà cum capillis rufus : quemadmodum,ſi plurimum vtraque augeatur,liuidus:Si uero qualitatum augmentũ fuerit inęquale, eius,quæ ſuperexceſſerit, indicia eminebunt.

Signa frigidæ, & ſiccæ temperaturæ. CAP. 59.

SI autem frigiditas unà cum ſiccitate æqualiter augeatur,natura durum,ac gracile,& glabrũ corpus habẽt,& tãgentibus frigidũ,pinguedo tamen ipſis, & ſi graciles ſint , per carnes diſperſa.Capilli autẽ,& color frigiditatis modum,ac proportionem ſequuntur. Vbi uero calida , & ſicca tẽperatura in tẽpore decrementi in frigidã,& ſiccã labitur,tunc horum habitus gracilis quidem ſimiliter eſt,& durus:eſt uero etiã melancholicus,& ob id niger ſimul,& hirſutus : Vbi igitur altera qualitas multum dominaꝛ, altera uero parum à mediocritate recedit , ſuperabunt eius,quæ dominatur,exilia autem erunt alterius qualitatis indicia.In omnibus uero,de quibus ſupra diximus,& poſtea dicemus,commune eſt temperaturæ indiciũ,ſi membrũ facile frigeſit,
B uel frigiditatis,vel raritatis:ſi uero non facile,vel caliditatis,uel denſitatis:ſi uero à deſiccantibus offendatur,& aridum,& ſiccum,& non facile mobile fiat, ſiccitatis : quẽadmodum & ſi ab humectantibus grauiter ſe habeat,humiditatis.Inſpicere autem oportet,ſi eandem oẽs muſculi ſeruant temperaturã,uel minime eandem , atq; in omnibus ſimul animaduertere ſubiectorũ oſſium quantitatem.Nonnunquam.n.gracilius uidetur membrum,cum tamen nõ ſit gracilius, quod ad muſculos attinet,ſed propter oſſium tenuitatem tale uidetur . Sic & craſſius quibuſdã plerunque apparet,non ob oſſium amplitudinem,ſed ob multitudinem carnis : quæ uel aucta , uel comminuta,uel durior,aut mollior effecta,ſiccius aut humidius mẽbrũ oſtendit:Pauca igiꝛ ac dura,ſiccius:multa autem & mollis,humidius. Sic & intermedia ſpatia ſimilarium corporũ , ut plus,uel minus humidæ ſubſtantiæ in ſeipſis cõtinẽt,uel craſſius,uel tenuius,uel humidius , uel ſiccius membrum oſtendunt : Humidius quidem, ubi ſubtilior , & copioſior eſt humiditas: ſiccius uero,ubi craſſior ſimul,& minor. Ipſæ.n.ſolidæ corporis partes,quæ uere ſolidæ ſunt,ac primæ,nullo modo poſſunt effici humidiores . At ſatis eſt , ſi quis eas celerius exiccari prohibeat. Intercepta autẽ in ipſis ſpatia, hac vel illa humiditate cõplere poſſibile.Hæc uero eſt proprium partium ſimilarium alimentum,quod ex appoſitione fit,& non per uaſa attrahitur . Cõ-
C munis autem hæc ratio,& omnium ſimilarium partium exiſtit . Et iterum in ſalubrium, atque inſalubrium cauſarum doctrina repetetur.Nunc autem ea,quæ ordine ſequuntur,attingamus.

Signa ſicci ventriculi. CAP. 60.

A.li.3.f.13.ε. a.c.15.l.a86.b VEntriculi* indicia,eius quidem,qui natura ſiccior exiſtit,ſi celeriter ſitibundi fiant,& paucus eis ſufficiat potus,à copioſiore autem aggrauentur,fluctuationibus infeſtentur,aut ſi perfluitet id,quod abundat,& cibis delectentur ſiccioribus.

Signa humidi ventriculi. CAP. 61.

A. ibidem. HVmidioris* autem,ſi neque ſitibundi fiant,& ſuperabundans humidum facile tolerent,& cibis gaudeant humidioribus.

Signa calidi ventriculi. CAP. 62.

A. ibidem. CAlidior* uero natura uẽtriculus melius quidẽ concoquit,q̃ appetat, & multo magis quæcunq; dura ſunt,& nõ facile alterationẽ ſuſcipiũt.Nã,quæ facile alterãtur,in ipſo corrumpunꝛ:gaudetq; calidis potibus ac cibis:neq; à frigidis ullã percipit noxã,ſi modice ipſis utatur.

Signa frigidi ventriculi. CAP. 63.

FRigidior uero natura uentriculus ad † appetendũ quidem plurimum uiget, ad concoquen-
D dum autem minime,præſertim cibos,qui non facile alterationem ſuſcipiunt,& frigidi ſunt. Cito itaque in ipſo aceſcunt,atq; ideo acidis eructationibus talis uentriculus abundat: & gaudet quidem frigidis,ſed ab eorum uſu immodico facile offenditur.Ita & ea,quæ extrinſecus frigida occurſant,nequit longiore tempore tolerare,quemadmodũ neq; calidus calida.Malæ uero temperaturæ,quæ morbi ratione uentriculum occupant,hoc differunt ab his,quæ naturales exiſtunt, quoniam contraria,non autem ſimilia appetunt,quemadmodum naturales.

† ὀρεχθῆναι μὲν ἀγαθὸν, πέψαι δὲ οὐκ ἀγαθόν, *ad appetẽdum quidẽ idoneus, ad concoquendum autem nõ idoneus.*

De malis temperaturis in ventriculo coniugatis. CAP. 64.

MAlæ autem temperaturæ in uentriculo coniugatæ , ex compoſitione ſimplicium cognoſcentur.Oportet autem eas,quæ iam ſunt dictæ,diligenter aduertere,eaſdẽ ab his,quæ dicentur,diſtinguentes.Non ſolum.n.uentriculus ſitibundos, & minime ſitientes facit , & frigidi calidive potus appetẽtes,ſed ea quoq; uiſcera,quæ in thorace ſunt,ut cor,& pulmo.Sed,qui ob horum ſitiunt caliditatẽ,plus inſpirant,& longius expirant,atq; æſtum in thorace ſentiunt,non ſicuti qui uentriculi ratione in hypochondriis caliditatem patiuntur:&,cum potauerint,nõ ſtatim ſedatur ſitis,& magis ſedatur ſitis,cum frigidum hauſerint,q̃ cum calidum nimis . Refrigerat autem eoſdem,& frigidi aeris inſpiratio,quæ nihil eos iuuat,qui uentriculi ratione ſunt ſitibundi. Ita & hi,qui contrario modo ſe habent , à frigida inſpiratione ſenſibiliter moleſtantur.

Signa pulmonis frigidi. CAP. 65. E

ET* hoc maximum ſit frigidi pulmonis indiciū. Vti uero frigidum inſpirantes maniſeſte moleſtiam ſentiunt,& frigiditatem,ita & caliditas eſt ipſis amica. Sed & pituitæ excremēta cū ſcreatu,& tuſſi expuunt. A.li.3 f.101 3.c.2. f.257.4

Signa pulmonis ſicci, uel humidi. CAP. 66.

PVlmonis* autem ſiccitates excrementis uacant,& pituita,& uocem claram efficiunt: quēadmodum humiditates obſcuram reddunt,ac raucam. Et,cum uehementius,aut acutius loqui ſtuduerint, tunc intercidunt excrementa. A. ibidem.

De voce. CAP. 67.

NOn tñ ipſa uocis magnitudo à caliditate,ſicuti neq; paruitas à frigiditate fit:ſed altera q̃dē aſperæ arteriæ latitudinē ſequiť,& uehemētiorē efflatū:paruitas uerò à contrarijs aduenit cauſis. Quare neq; ſemp,neq; primū,ſed ex accidēti;& ſolas naturales tēperaturas, nō autē aduētitias uocis magnitudo,aut paruitas ſequiť. Qm̃ etenim talia inſtrumēta tēperaturæ rōne ſūt facta,ad hæc aūt cōſequiť hmōi uox,idcirco cōtigit ex uoce de naturali tēpatura rōcinari.

De leni, & aſpera voce. CAP. 68.

NAm & lenis uox arteriæ lenitatem cōſequitur,ſicuti & aſpeta aſperitatem. Lenitas igitur arteriæ moderatam ſequitur temperaturam:aſperitas uero ſiccitatē. Aſperitas etenim fit ab inæqualitate in duro corpore. Arteriam uero duram,ſimilarium partium, ex quibus cōſtat, ſiccitas facit,inæqualem uero, diſperſæ in eiſdem humiditatis defectus. F

De voce acuta. CAP. 69.

EOdem modo neq; acuta natura uox ſine anguſtia fauciū, neq; grauis ſine latitudine fieri poteſt. Anguſtia igitur ab innata naſcitur frigiditate:Latitudo autem à caliditate. Differentiis igitur naturalium uocum hæ,quæ ex affectu aliquo fiunt,ſunt proportionales,quę & ipſæ indicia ſunt cauſarum,à quibus oriuntur:de quibus in libris de Voce ſufficienter diſtinxi. Reliquæ uero partes animalis interiores exilia habent temperaturæ indicia. Tentādum tamen ea ex iuuantibus,atq; nocentibus agnoſcere,ac præterea ex naturalium potentiarum operationibus. Dictum uero eſt in tertio De cauſis accidentium,quęnam temperatura antecedat uniuſcuiuſq; facultatis uirtutem,& uitium. Temperaturarum itaque indicia iam dicta ſunt.

Signa naturæ inſtrumentariæ. CAP. 70.

CIrca magnitudinem uero,uel formationem,uel numerum,uel ſitum, quæcunq; quidē ſenſibus ſubiiciuntur errata,cognitu faciliora ſunt:quæ autem ſenſu percipi nequeunt,quędā cognitionem habent difficilem,† quædam uero facilē. Capitis igitur magnitudo, ac figura, & cerebri ſimul in propatulo ſunt:& de his antea diximus. Sic & quæ thoracis ſunt, & quæcunq; ad ſcapulas,& humeros,uel brachia,uel cubitos,uel extremas manus,uel coxēdices,uel femora,uel tibias,uel pedes attinent,non eſt difficile dignoſcere,ſiue ſecundum formationē, ſiue ſecundum magnitudinem ex his aliquid non recte ſe habeat,ſiue ſecūdum numerum, ſiue ſecūdū partium, ex quibus conſtant, compoſituram: ſingularum etiam operationis detrimēta facile patent. Quæ autem intra corpus ſunt, non omnia poſſunt dignoſci. G

† τὰ δ᾽ ἄγνωστα .s. quadam vero nullo modo cognoſci poſſunt. Leonicenus uidetur legiſſe εὔγνωστα. Sed melior ui detur prior lectio, ſi verba in fine capitis conſiderentur.

De ventriculo. CAP. 71.

CViuſdā.n.uētriculū adeo paruū,ac rotūdū,ac pronū ſecūdū hypochondria ſitum habentē inſpexi,ut manifeſte ex circūſcriptione propria,& uidentibus,& tangentibus appareret.

De veſica. CAP. 72.

SIc & cuiuſdā ueſicā contigit intueri ita expoſitā,ac paruam,ut,ſi qñ urinā tardius excerneret,tumor quidā circūſcriptus manifeſte cerneretur:nō tñ aliud ex interioribus quicq̃ mihi unq̃ manifeſtū præbuit indiciū. Tētare aūt oportet,quā maxime fieri poteſt,uirtutē ipſorū, ac uitiū,& ſi nō certa ſciētia,artificioſa faltē cōiectura dignoſcere,ueluti,exēpli gratia,in hepate. H

De hepate. CAP. 73.

VIdi.n.aliquos,& quidem multos,quibus uenæ erant anguſtæ, & totum corpus colore priuatum. Quòd ſi pluſculum cibi aſſumpſiſſent,qui præſertim flatibus excitādis aptus eſſet, & craſſus,ac tenax,nonnulli quidem ueluti pondus quoddam inſidens,atq; ſuſpenſum in pfundo dextræ hypochondriorum partis ſentiebant: nonnulli uero cum quadam tēſione dolorem ſentientes. In his quidem ueriſimile eſt hepar eſſe paruum, atque anguſtos meatus habere.

De homine pituitoſo uomente bilem. CAP. 74.

ALterum autem uidi, cuius totus habitus pituitoſus erat, quotidie tamen bilem pallidam euomebat. Cenſui igitur inſpicienda alui excremēta, in quibus minimū bilis apparebat. Quare coniectura quadam comprehendi eum meatuum,qui bilioſum egurgitat humorem, nō paruam eiuſdem partem ad imum uentriculi locum,quem Græci pyloron, ideſt oſtiarium uocant, effundere, ut in quibuſdam apparet animalibus. ex quibus conſtat, quòd multum ad eorum,quæ latent ſenſum,confert dignotionem, ea, quæ ex ſectionis inſpectione habetur, peritia, & operationum.atque utilitatum inuentio. Quicunque igitur facultatem dignoſcendi huiuſcemodi corpora,quæ ita lapſa ſunt,conſequi cupit,oportet ipſum in ſectionibus, ac in ope-

rationum

A rationum,atq; utilitatũ inuẽtionibus exercitari.Scripſimus uero de omnibus ſeorſum in tracta tibus aliis,de quibus in fine libri oĩno propoſuimus facere mentionẽ,vt diſcendi cupidi intelligant,quæcũq; diſcere optauerint,ex quonam poſſint haurire tractatu. Sed de hiſce quidẽ ſatis.

Quomodo cognoſcantur corpora ægrotantia. CAP. 75.

QVæcunq; vero,vt nunc inſalubria ſunt,hoc eſt,quæ iam ægritudinẽ patiuntur, dignoſcere & hæc ipſa oporter.Quæ quidem ſubijciuntur ſenſui,ex eorum, quæ ipſis inſunt ſecundũ naturam,permutatione,in magnitudine,colore,figura,& numero,& ſitu: & ea, quæ eſt ſecundum duritiem,& mollitiem,& frigiditatem,& caliditatem,differentia. Quæ autem viſum effugiunt,vt ſummatim dicam,ex operationum læſionibus,aut his,quæ excernuntur,aut doloribus,aut tumoribus præter naturam,aut horum quibuſdam,vel omnibus.

De ſignis cerebri patientis. CAP. 76.

PArticulatim aũt,quæ quidẽ ſunt in cerebro ægræ diſpoſitiones,aut dementiæ ſpeciebus:aut ſenſuum,aut imaginationũ læſionibus,aut actuum,qui ſecundũ electionẽ fiunt:aut ex his, quæ excernuntur per palatũ,& nares,& aures:aut horum,qui ei dolores eueniunt,differentiis.

Signa cordis patientis. CAP. 77.

B QVæ uero in corde fiunt,ex difficilis anhelitus ſpeciebus,& palpitationibus, quæ ipſi contingunt:ex pulſibus quoque eius,atque arteriarum:& ab excãdeſcentis iræ celeritate,aut tarditate, a febribus, & refrigerationibus, & in colore differentiis,ac eis,qui ipſi adueniunt,doloribus.

Signa hepatis patientis. CAP. 78.

QVæ autem in hepate,ex defectu humornm,atq; abundantia,& ad id, quod præter naturã, euerſione,& colore malo:ac præterea ex permutatione naturæ in his,quę ad alimenti diductionem,aut ſuperfluitatum attinent excretionẽ. Sed & ex grauitatibus,& tumoribus, & doloribus non modo his,qui in eo ortum habent,uerum & in illis, qui compatiendi ratione proueniunt,quemadmodum in aliqua,vel difficultatis ſpirandi,uel tuſſis ſpecie.

Signa ventriculi patientis. CAP. 79.

SIc & uentriculi affectus agnoſcitur,ubi in cõcoctione,& appetitu humidi, uel ſicci alimenti,vel ſuperfluitatum excretione delinquitur.Ita etiam ex ſingultibus,eructationibus, nauſeis,uomitibus,& ipſis eorum,quæ emouuntur,ſpeciebus,& doloribus,& tumoribus.

Signa thoracis patientis. CAP. 80.

C ITa & thoracis agnoſcuntur affectus,ex ſpirandi difficultatibus,tuſſibus,& doloribus, qui in ipſo fiunt,& ex eorum,quæ cũ tuſſi expuuntur,differẽtia.Sic & aſperæ arteriæ ægritudines, difficiles anhelitus,& tuſſes,& dolor in loco,& quæ expuuntur, & uocis offenſiones oſtendũt. Secundum uero eandem proportionem,& in aliis omnibus accidit partibus.Nam ex tumore, dolore, & operationum læſione,& excrementorum differẽtia,ſumentur indicia.Tumores autẽ præter naturam in inflammationibus,ſcirrhis,œdematis, & eryſipelatis ſunt explorandi. Dolor autem,quemcunq; obſederit locum,aut continuitatis ſolutionem , aut ſubitam alterationẽ oſtendit.Soluitur autẽ continuitas,inciſione,exeſione,fractione,& tẽſione.Alteratur vero ſubſtantia,caliditate,frigiditate,humiditate,ſiccitate.Læditur autem operatio tripliciter, aut quia debiliter,aut quia uitioſe, aut quia nullo modo fit.

De differentia eorum, quæ excernuntur. CAP. 81.

QVæcunq; autem excernuntur,nonnulla quidẽ ſunt veluti partes patientiũ locorum, nonnulla uero tanq̃ excrementa,quædã uero in ipſis naturaliter cõtinentur: & ſingula ꝓpriã facient indicationẽ. Dictum eſt autẽ de hiſce oĩbus plenius in tractatu De locis affectis, quẽ nullus ante nos,aut in artem.i.methodũ redegit,aut ad abſolutã perfectionẽ deduxit.Quẽ D admodum,& in oĩbus alijs euenit,quibus initium quidem aliquod ab antiquis eſt datũ, non tñ abſolutum eſt opus.Aegrotantiũ itaq; corporũ ex tractatu illo indicia ſunt ſumẽda. Eorum aũt qui in ægritudinem lapſuri ſunt,& qui ſanitati reſtituendi, præſens* doctrina complectitur.

Signa futura ægritudinis. CAP. 82.

EOrum igitur indicia,quibus ægritudinis periculum imminet, mediã formã habẽt inter ea, quæ ſanis,& quæ ægrotantibus eueniunt.Siquidem ſanis,omnia ſecundũ naturam inſunt: præter naturam uero,ægrotãtibus,quatenus ægrotant.In confinio autẽ horũ ea,quæ ſunt corporũ ægrotaturorũ indicia:quorum nõnulla quidẽ ſunt ex eorum genere,quæ ſecũdũ naturã, ſed uel qualitatibus,uel quãtitatibus,uel tẽporibus permutata: quædam autẽ ex his, quæ pter naturã,ſed minora his,quæ ægritudinibus adſunt. Atq; iccirco hæ quidem corporũ diſpoſitiones,quæ in ægritudinem caſura mõſtraui,ſunt ex neutrorũ genere , atq; unà ea , quæ ipſa indicant,ſigna.Primo.n.hæc ſanitatẽ oſtendo,ſecundo aũt ægritudinem.Et fiunt eadem ſigna ſecũdũ ad aliquid habitudinẽ neutra,& inſalubria:quæ quidem pręſentem diſpoſitionem oſtendunt,neutra:quæ uero futuram præmonſtrant,inſalubria.Eadẽ uero ratione,& quæcũq; ęgrotantibus ſigna ſalutaria apparent,dicentur quidem ſalubria,quia futuram ſanitatem oſtendũt: dicentur etiam* ægra,quatenus præſentẽ oſtendũt ægritudinem. Neq; in ambiguo eſt,* quod,

quæ ſunt vtrorunq; indicatiua, neutra dicentur, ſecũdum vnum quoddã neutri uocabuli ſigni- E
ficatum. Neq; vero mirari oportet eadẽ ſigna tres in diuerſis habitudinibus ſeruare rationes, ꝗ
* νοσερά. & ſalubria, & ægra*, & neutra dicanẽ: ſecundum uero alterum ſignificatum quæcunq; his, qui à
morbo reſerunẽ, inſunt, ſigna neutta appellamus: neq; in alio ſignificato accipiunt ea, quę ſeni-
bus inſunt. Hæc quidem omnia pluribus, & cõceptibus, & rationibus ſubijciuntur. Quæcunq;
vero in his, qui integra ſanitate fruuntur, inter ſalubtia tantummodo computantur. Et quæcũ-
que ægritudinibus inſunt, neq; ſuturam prænũciãt ſanitatẽ, ſoli & bæc ægrorũ* cõceptui ſubii-
ciuntur. Sed de his quidem poſtea dicetur: nunc, quæ futurã præmonſttant ægritudinem, prius
exequamut. Cum uero ſit eorum differentia duplex, prius ea pertractemus, quæ quãtitatibus,
vel qualitatibus, vel temporibus, non aũt proprijs ſpeciebus ab eo, quod ſecundũ naturam, eua
riant: veluti ciborum appetentia intẽta, vel diſſoluta, aut quæ non ſeruet tempus conſuetũ, aut
quæ ad edulia non uſitata feratur, aut ad excretiones cibi ſuperfluitatũ, quæ aut pauciores, aut
plures, aut humidiores, aut duriores exiſtant. Sic humidiorum excrementorum, vel defectus,
vel ſupetabundãtia præter conſuetudinem naturalem: aut in colore, aut in cõſiſtentia uarietas
aliqua, aut in tꝑe excretionis: & vigiliæ plures, ac ſomnus, aut non cõſucto tẽpore. Eodẽ modo
potus pluris, aut paucioris, calidi, aut frigidi inſolens appetitus: Sicuti & rerũ uenerearũ immo F
dicus vſus, aut intempeſtiua concupiſcentia: & ſudores plures, aut pauciores, ꝗ cõueniat: & ad
motus torpor, aut, ſi moueri tentauerint grauitas, aut uehemens exolutio, menſtruorũ occulta-
tio, vel immodica, aut diminuta euacuatio. Sic & quæ per ora uenarum (Græci hæmorrhoidas
appellãt) fit ſanguinis effuſio. Sed & ſi uoluptas in cibo potuq;, haud ſit priori uoluptati ſimilis,
* διανοίας. futuræ ægritudinis eſt indicium: hebetudoq; animi* non naturalis, aut obliuio quædã incõſue-
ta, aut ſomni, qui pluribus imaginationibus abũdant, ꝗ prius: auditus, & odoratus, viſusve he-
betiores, aut turbulẽtiores, & (vt ſimpliciter dicã) quæcunq; ſecundũ naturã inerant, hæc qui-
dẽ augmentata, hæc uero cõminuta, hæc uero tẽporibus quibuſdam, aut qualitatibus immuta-
ta. Siquidem & ipſius corporis moles aut maior, aut minor, aut magis alba, aut magis rubra, ue-
lut liuidior, aut nigrior: ructusq; ac ſternutamẽta, & flatus plures, aut pauciores his, qui ſecun-
dũ naturam: ſic & quæcunq; per nares, vel palatũ, uel aures, per quos meatus cerebrum expur-
gaẽ, vel tempotibus, uel quantitatibus, uel qualitatibus immutata. Hæc igitur omnia ex genere
eorũ ſunt, quæ ſecũdũ naturã. Morſus autem uẽtris, uel in ore uẽtriculi, vel in aliquo inteſtino-
rum, aut cum aluus ſubduciẽ, aut cũ uomitus excitaẽ, aut cum mingiẽ, ſiue aliquis alius dolor
medioctis, ex genere quidem exiſtit eorum, quæ præter naturã, non tñ, qui ita ſe habẽt, ægro- G
tare dicuntur: ſicuti neq; qui capite grauantur, aut dolẽt, aut uigilãt, cum nõdũ in cõſuetis im-
pediuntut operationibus. Hic. n. in huiuſcemodi diſpoſitionibus ægrotãdi terminus eſt. Atque
* Al. νοσώδη .i. morbola: ſeu ut ipſe ſuperius uerterat, inſalubria. idcitco in ẽo, quod ad aliquid, eandem diſpoſitionem ægrã * atq; neutrã appellabimus. Nã pro
vigore potẽtiæ, quæ vel facile ſuſtinet, vel vincitur, vnaquæq; ex his, quas antea diximus, uel
morbus eſt, uel neutra diſpoſitio. Sic & quæcũq; in ſenſibus, non in eo, qđ magis aut minus in-
uicẽ differunt, ſed toto genere ſunt præter naturã. Et hæc ſunt ſigna moiborum, donec modica
fuerint, & nondũ hominẽ à conſuetis operibus ſufficiunt amouere. Talia uero ſunt in guſtu qui
dem, cũ uel ſalſæ, uel amaræ, uel alicuius alterius qualitatis ſapor nobis indicatur: ſiue in omni-
bus, quæ bibuntur, aut manducanẽ, aut præter quod aliquid aſſumatur, ſaliua ipſa talis ſentiaẽ.
In odoratu aũt, qñ alicuius vnius qualitatis ſenſum habem⁹, nullo odorabili p̄ſente: aut, cũ plu
ra, & differẽtia naribus admouemus, oĩa ueluti ſimilia ſentimus. Sæpius uero nihil ſentim⁹, aut
aliq̃d ſœtẽs, ẽt ſi nihil adſit, qđ ſœteat. Quãtũ uero ad auditũ, ſoni & ſtrepitus ad id, quod p̄ter
naturã, pertinent. Quemadmodũ in uiſu quęcunq; ante oculos apparere creduẽ, nigra, & atra,
& cœrulea, & rtiſa, & flaua: & nonnulla rotunda, nõnulla autẽ oblonga: quædã gracilia, quædã
craſſa oculis p̄tendi uidentur. In ſenſu aũt tactus, cum inæqualitas aliqua, uel ſpiſſitudo, vel gra H
uitas, uel tentio, uel torpida, uel ulceroſa diſpoſitio in toto corporis habitu ſentiẽ: ſic & in ſin-
gulis partibus, uel tentio, uel cõpreſſio, vel morſus, vel grauitas, qñ paruę fuerint ac minime fir-
mæ, neutram quidem diſpoſitionẽ adeſſe demonſtrant, futurã uero ægritudinẽ prænunciant.

Signa corporum ægrotantium. CAP. 83.

* νοσερά. AT, quæ iam in ægrotantibus ſigna uideneẽ, ex quibus nonnulla ſanitatem, nonnulla mortẽ
portendunt, prima quidẽ ſalubria, altera uero genere quidẽ ægra*, ſecundũ ſpeciem autẽ
pernicioſa dicuntur. Sumunẽ autẽ, ut uniuerſaliter dicamus, ex operationum uirtute ac uitiis.
Secundum partem uero, ex particulariũ operationibus, quarum genera antea diximus: Primũ
quidem eorũ, quæ principia exiſtunt: Secũdum uero illorũ, quæ à principiis ortum habent: Et
tertium eorum, quæ ꝓpriam habẽt gubernationẽ; à principiis aũt quaſdã deriuationes habẽt.
Quartum ſi quidem genus eorũ, quæ tunc diximus, ex ſe quidem ad aliquid p̄noſcendũ inutile
eſt: Secundum autem, & ex bis aliqñ p̄cognitiones erunt: quemadmodum, & ex excrementis
ſemper: ex his quidem compatiendi ratione, ex excrementis autem, qñ coctionis, & incoctio-
nis ſigna continent. Quare fieri non poteſt, quin perpetuo ſignificent, aut naturam materiei,
aut materiam naturæ, aut neutrum neutro dominari. Salubria quidem ſigna dicentur, natura
ſupetante:

A ſuperante:inſalubria vero,ſuperata:neutra autē,quæ pugnas habent æquales. Sed, quæ quidē manifeſtam indicant coctionem,ex ſalubribus ſunt: ſicuti,quæ cruditatē,ægra*. Quæ uero neque coctionē,neq; cruditatē perſpicue oſtendūt,ex neutrorū ſunt natura. Sunt uero & neutra quæcunq; nūc quidē hoc,nūc uero cōtrariū ſignificant,veluti digiti denigrati. Talia ſunt ēt critica.i.decretoria accidētia, de quibus omnibus in libris de Criſi dictū eſt: Sicuti etiam de his, quæ ad vnamquamq; attinent operationē,in iis libris,in quibus de cauſis accidentium agitur. Quare omnium horum ſingulorum materiā ex eiſdem libris colligere oportet. Ego uero prolixitati parcens hic ſermoni de ſignis finem faciam:tranſgrediar autem ad illū, qui de cauſis eſt.

De cauſis ſalubribus, inſalubribus, ac neutris. C A P. 84.

QVoniam uero & harum hæ quidem ſalubres,hæ autem inſalubres,hæ uero neutræ: primū de cauſis ſalubribus erit ſermo:quia uero & harum nonnullæ quidem conſeruatrices, nō nullæ vero effectrices ſanitatis(ſunt autem & tempore, & dignitate priores conſeruatrices effectricibus:)Incipiendum eſt à conſeruatricibus. Cum igitur non unum tantum ſit* ſanū corpus,ſed plura,ut ſupra definiuimus,in eorum ſingulis propria erit cauſa cōſeruatrix. Siquidem omnis cauſa in eo,quod ad aliquid,exiſtit.Hic igitur denuo ſumendum initium ab optima B corporis conſtitutione,ac,quæ ei ſalubria ſint,conſiderandum.Eorum autem inuentionem ipſius rei natura inſinuat.Si.n.impatibile,atq; inalterabile eſſet corpus,ſemper optima cōſtitutio perduraret,neq; artis præſidio indigeret.Quoniam uero alteratur,corrumpitur,& uertitur, neque eundem ſeruat prioris ſtatus tenorem,ea ratione auxilium deſiderat.

*ὑγιεινόν.

Cauſæ noſtrum corpus alterantes. C A P. 85.

SEcundum quot igitur alteratur modos,tot auxiliorum,hoc eſt cauſarum conſeruatricū,genera habebit,quas ex his,quæ dicta ſunt,liquet eſſe ex correctiuarum genere. Sed,quia paulatim correctiones faciunt ante,q̄ confertim ingruat noxa,non præſeruātes à futuro malo, ſed præſentis ſtatus conſeruatrices medici appellant.Alteratur igitur corpus à nonnullis quidē neceſſario,à quibuſdā uero non neceſſario.Dico aūt neceſſario, quæ nulla eſt euitandi ratio: non neceſſario aūt,reliqua.Nā aerem quidē nos ambientē ſemper attingere,comedereq;, ac bibere,& vigilare,& dormire eſt neceſſariū:enſibus aūt,&{exitialibus} feris obuiare nō neceſſariū. Quare circa primum cauſarū genus uerſatur ars corporis cōſeruatrix, circa ſecūdū autem minime.Quot igi̅ numero ſint ea,quæ ex neceſſitate corpus alterāt,diſtinguētes, propriū in ſingulis eorū,cauſarum ſalubrium genus inueniemus.Ineſt igi̅ unū quidem ex ambiētis aeris ad C haſu:Alterū uero ex motu,& quiete,& totius corporis,& partiū ſingularū: Tertiū ex ſomno, & vigilia:Quartū ex his,quæ aſſumuntur:Quintū ex his,quæ excernun̄,uel retinen̄: Sextum ex animæ affectibus.Ab his.n.neceſſe eſt aliquo modo affici corpus:ab aere q͂dē ambiēte,quia aut calefit,aut frigefit,aut exiccatur,aut humecta̅,uel ſecūdū horū cōiugationē,aliquid pati̅, aut in tota alteratur ſubſtātia:ex motu uero,& quiete,cum utraq; modū excellerint, aut calefactum,aut refrigeratum,aut humectatum,aut exiccatum, uel aliquid ſecundū horum patiens cōiugationē:ſic & ex ſomno,& uigilia ipſum pati eſt neceſſariū ſecundū eandē rationē: Et ex animæ affectibus,& ex his,quæ aſſumuntur,aut excernun̄,aut retinentur.Hæc ſiquidē omnia alia quidem protinus,& euidenter,alia uero per alias cauſas medias alterant corpus, & ſanitatem corrumpunt. Et de horū ſingulis ſeorſum ſcripſimus in tractatu, qui De ſalubribus inſcribitur.Omnia igitur nunc dicta genera materiæ quædā ſunt ſalubriū cauſarū: at uſu opportuno adhibito,cauſæ fiunt cōſeruatrices atq; ſalubres:ſed,ubi à modo deliquerint,inſalubres reddūtur.Vnde etiā liquet ex his†nō alias præter has,aut ſalubres, aut inſalubres à nobis exiſtimari oportere,at eaſdem potius,quandoq; quidē ſalubres,qn̄q; uero inſalubres,in eo quod ad aliq͂d eſſe:Nam ubi motū corpus deſiderat,exercitatio quidem ſalubris, ocium autem inſalubre: cū D uero eget quiete,ocium quidem ſalubre,exercitatio autem inſalubris: eodem modo de cibis, & potibus,& de aliis omnibus ſtatuendum.Horum.n.ſingula,qn̄,ut neceſſitas corporis exigit, cum menſura ac qualitate opportuna adhibentur,ſalubria fiunt:at, cum citra omnē neceſſitatem,aut præter modū afferun̄,inſalubria.Atq; hæ duæ ſunt circa ſalubre, & inſalubre intētiones,rei ſcilicet,quæ adhibetur,qualitas,ac quantitas.Neq;.n.eſt rationi conſentaneum etiā tēporis occaſionem,quæ in his,quæ dicta ſunt,cōtinetur,ueluti tertium aliquod ab eiſdem diuerſum introducere.Si.n.tali,& tāta re oblata egeat corpus, nemini dubium, quin etiā in t͞pe opportuno afferatur.Occaſio ſiquidem t͞pis,inde ortum habet,qm̄ fluxibile,ac facile mutabile eſt mortale corpus,ac pro trāſmutationis modo aliis alio t͞pe eget auxiliis.Quare non eſt tertium aliquod præter ea,quæ dicta ſunt,t͞pis occaſio. Sæpius aūtē ea occaſione tanq̄ tertio quodā ob eā,quā diximus,cauſam,ad docendum uti conſueuimus. Quoniā uero in his ipſis intentionibus,& aliæ cauſæ ſalubres,& id,quod propoſitū eſt,genus continetur,rurſus eaſdē repetamus.

† *Cod. græci quos uiderim, habent, ὡς οὐχ ἑτέρας μὲν οὐσίας τῶν ἐκτὸς τούτων, ὑγιεινὰς ἡμῖν, ἑτέρας δὲ νοσερὰς ὑπολαμπτέον, ἀλλὰ τὰς αὐτὰς ἐν τῷ πρός τι ποτὲ μὲν ὑγιεινάς, ποτὲ δὲ νοσώδεις γινομένας, idest non alias quidem ſubſtātias externarū harū rerū, ſalubres nobis, alias autē inſalubres exiſtimare oportere: at eaſdē in eo, quod ad aliq͂d, quādoque quidem ſalubres, quandoq; uero iſalubres fieri. Leon. aūt videtur legiſſe, ὡς οὐχ ἑτέρας μὲν οὐσίας ἐκτὸς τούτων τῶν πραγμάτων*

Vſus cauſarum conſeruantium in optima corporis conſtitutione.

Optimæ igi̅ corporis cōſtitutioni,cū circūfuſus aer fuerit in temperie poſitus,earū rerū, de quibus nup̄ diximus,quietis ſcilicet,ac motus,ſomni,uigiliæ,& eorū, q̄ aſſumun̄, atq; excernuntur,exquiſita mediocritas cōueniet.Cū uero aer à tēperie receſſerit, tantū à mediocritate euariare oportet, quantus fuerit ab optima temperatura receſſus. Hi uero ſunt mediocritatis

ſcopi: in aere quidem ambiente, ut neq; horreat corpus propter frigus, neq; ſudet propter ęſtũ: E
in exercitiis autem, cũ primũ laſſari cœperit corpus, cõfeſtim quieſcere: in cibis autẽ cõctionis
perfectio, & excrementorũ modus in quali quantoq; conueniens. Aequalis uero in his quodã-
modo eſt coctioni appetitus: quare neq; præſide egent, qui ſingulorum, quæ aſſumuntur, quan-
titatem metiatur. Optima ſiquidem natura, quantum appetit, tantum ẽt probe cõcoquit. Sic &
ſomno modum ipſa natura præfinit his, qui optimam corporis cõſtitutionẽ ſunt ſortiti. Et tũc
à ſomno excitantur, cum corpus ampliore quiete non eget. Cumq; talem uictus rationẽ adhi-
buerint, nullum eſt in eorum excrementis delictum, quæ uel per uentrem, uel per urinæ mea-
tus, uel per totum corpus egeruntur. Nam priora quidem ex mediocritate eorum, quę aſſumũ-
tur, temperantur. Totum uero corpus ſalubriter perflari facit exercitij uſus moderatus. Liquet
autem ab ipſis caueri oportere omnes animi immodicos affectus, uidelicet iræ, triſtitiæ, excan-
deſcentiæ, timoris, inuidiæ. Hæc.n. alterant, atque à naturali ſtatu corpus auertunt.

De venereis. cap. 86. Venereorum uero iuxta Epicuri ſententiam nullus eſt uſus ſalubris: re uera autem confert, ſi
tantũ interualli in eorũ uſu adhibeatur, ut neque reſolutio aliqua ſentiatur, & ipſe ſeipſo homo
quodammodo leuior factus, ac melius ſpirare uideatur. Tempus uero ad utendũ opportunum,
cũ omnium in rerũ circunſtantium exquiſita mediocritate corpus fuerit conſtitutum, cũ.ſ. ne- F
que ſupra modũ plenũ, neq; uacuũ extiterit: neq; in calore, aut frigore, aut ſiccitate, aut humi-
ditate excelluerit corpus. Quòd ſi q̃n aberrare contigerit, paruus ſit error. Melius aũt illi calefa-
cto magis, q̃ infrigidato, & pleno, q̃ uacuo, & humecto potius corpore, q̃ exiccato uti uenereis.
Horum autem ſingulorũ, quæ dicta ſunt, qualitas in optima corporis conſtitutione eſt eligẽda.
Exercitii quidem, in quo totius corporis partes æqua proportione mouentur ita, ut non alię q-
dẽ ultra modũ fatigenẽ, aliæ uero citra. Cibi aũt, & potus optimã habeãt tẽperiẽ: ſunt.n. maxi-
me cõuenientes naturis optima tẽperatura præditis. Eadẽ in reliquis etiã eſt ratio adhibenda.

Vſus cauſarum conſeruantium in corpore, quod recedit ab optima conſtitutione per tẽperamentum.

At, ſi quod ab optima conſtitutione defecerit corpus, nõ aũt uehemẽter, & cauſę, q̃ ipſius ſa-
nitatẽ cõſeruãt, ad proportionẽ mutabunẽ. Sed, cũ multa ſint huiuſcemodi corpora, per ſingula
genera ſeorſum dicendũ. Quod igitur in tẽperatura ſimilariũ partiũ euariat, inſtrumẽtariarum
aũt ſeruat cõmenſurationẽ, duplicẽ habet ſalubriũ cauſarum formã: alteram quidẽ earũ, quę ip-
ſius conſeruant tẽperaturã: alteram uero earũ, quæ ad optimã transferunt. Quæ itaq; ipſius tẽ-
peraturã cõſeruant, tñ à cauſis optime temperatæ naturæ diſtabunt, quantũ & totius corporis
temperatura ab illa euariat. Calidiora ſiquidem corpora calidioris uictus rationẽ expoſcunt: fri- G
gidiora aũt frigidioris: & ſicciora ſiccioris: & humidiora humidioris: ac ſecũdũ cõiugationẽ ca-
lidiora, ac ſicciora calidioris, ac ſiccioris, eadẽ in reliquis etiã coniugationibus proportione ſer-
uata. Recte ſiquidem cauſarum utetur materia, qui naturales earũ potentias agnouerit. Veluti
q motus, defectus alimẽti, uigiliæ, excretio, & oẽs animi affectus corpus exiccãt: at, quę his cõ-
traria exiſtunt, humectãt. Ita uero & de calefacientibus, & refrigerantibus uitæ inſtitutis, de ci-
bis, & potibus, atq; (ut ſimpliciter dicam) de iis omnibus, quæ circa corpus ſunt, q materias no-
ſcit, & potentias, is ſalubribus utetur cauſis, ſimilia ſimilibus offerendo, ſiquidem eius propoſi-
tũ fuerit eãdẽ, in qua acceperit, corporis ſeruare tẽperaturã. Quòd ſi permutare, atq; ad melius
traducere ſtatuerit, alterũ eſt hic ſalubrium cauſarũ genus, his quidẽ, quas nuper diximus, con-
trarium, æqualiter uero declinans ad alterã partẽ à bene tẽperatis, & mediis, quæ optimis cõ-
uenire naturis dicebamus. Calidior ſiquidẽ, ac ſiccior tẽperatura à calidioris, ac ſiccioris uictus
rõne ad exactum bonæ tẽperaturæ habitum minime transfertur. At taliũ erit uſus neceſſarius,
quæ tantum eis, quę bene temperata exiſtunt, frigidiora ſint, atq; humidiora, quãtum & natura
naturã in caliditate, & ſiccitate ſuperabat. Nam tale cauſarum genus naturales corrigit intẽpe-
rantias: alterũ uero, de quo ſupra diximus, temperaturam conſeruat. Eſt autẽ utriuſq; uiciſſim H
apud medicos uſus neceſſarius. Nam, cum plurimũ ſuppetit ocij, corrigere oportet, ac ſenſim
ad meliora transferre. Neq;.n. natura patitur eas, quæ ſubito fiunt, alterationes. Hominẽ autem
neceſſariis occupationibus diſtrictum, in eodẽ præſtat habitu conſeruare. Quo pacto igitur, &
hãc ipſam cauſarũ ſpeciẽ cõſeruatiuam appellamus? Nã forte magis alteratiuam, & curatiuam,
& naturalium defectuũ correctiuã uocare cõueniebat. Quoniam ad uniuerſum ſanitatis genus
referentes, non ad eas, quæ ſecũdũ ſpeciẽ, differentias, quæcunq; ſanos cõſeruant, cõſeruatiua
omnia uocamus, ſiue præter id, quod ſanitatem conſeruant, ad melius totam traducant tẽpera-
turam, ſiue priſtinum tantũmodo habitum tueãtur: at, quæ deteriorem ſtatum efficiunt, inſalu-
bria. Quæcunq; igitur ſimilem habent in omnibus corporis partibus intemperiẽ, ſimili egẽt pro
curatione: quæ uero diſſimilem, diſſimili. Nã fieri poteſt, ut uẽtriculus frigidior ſit, q̃ oporteat,
caput uero calidius, atq; utrunq, propriis egeat auxiliis. Ac ratione eadẽ ſingulæ aliæ partes cũ
fuerint, aut præter modum humidiores, aut ſicciores, aut calidiores, aut frigidiores, ſuæ intem-
periei uictum exigunt accõmodatũ. Neq; igitur in huiuſmodi hominibus ex æquo omnes cor-
poris partes exercebimus, neq; æqualiter humectabimus, aut exiccabimus, aut tale aliud quip-
piam agemus. Plenius uero de his diximus uolumine illo, quod De ſalubribus inſcribitur.

Vſus

A *Vſus cauſarum in corpore, quod recedit ab optima conſtõne uitio partium inſtrumentaliũ.* CAP. 87.

INſtrumẽtariarũ aũt partiũ cauſę ſalubres, quẽadmodũ & hic ab optima cõſtitutione delinq
tur, ita & ĩuicẽ diſtabũt. Aliæ.n.ſunt ſalubres erroribus, q in formatione cõſiſtũt: alię his, q
in magnitudine, uel numero, uel poſitu. In formatione igiẽ plures cõtingũt errores. nã & figura
partis, & ſiqua ĩ ea cauitas eſt ſcd̃m naturã, uel meatus, uel orificiũ, uel aſperitas, uel lenitas, qñ
à naturali mediocritate receſſerit, ſi qdẽ parũ hoc patianẽ, ſalubriũ corporũ retinẽt appellatio-
nẽ: ſi uero ampli⁹, inſalubriũ: ꝗ ſi tãtus fuerit receſſus, ut operationi afferat detrimẽtũ, iã ęgro
tare dicẽtur. Secũdũ quãtitatẽ aũt exceſſus, atq; defectus, ad eaſdẽ ducit dr̃ias. In numero, ſiue
una, ſiue plures, q̃cunq; ex ſimilaribus partibus fuerint, aut deficiãt, aut ſuperabũdẽt. Ex hoc ge
nere ẽt ſunt, quæcũq; in nobis ſubſtãtiæ p̃ter naturã cõſiſtũt. Reliquũ eſt aliud genus, qđ ad ſiũ
cuiuslibet ſimplicis attinet partis: in quo & ipſo quatuor ſunt oẽs dr̃ię. Prima quidẽ, q̃ optima
exiſtit: Secũda uero, q̃ parũ euariat, atq; ideo ſalubre adhuc efficit corpus. Et tertia, q̃ inſalubre,
qñ amplius à modo receſſerit: & quarta, q̃ iã ægrũ receſſu plurimo reddit. Quæcũq; igiẽ partes
in figura delinquũt, ueluti q̃ blęſę, uaræ, & obliquæ appellanẽ, hæ cũ nuꝑ natus adhuc tenellus
eſt, formatione atq; alligatione ad naturalẽ traducunẽ habitũ. Qđ ſi iã aucto ĩfante ad duritiẽ
B ꝑuenerint, emẽdari nõ pñt. Sic errores quidẽ, q ad cauitatẽ attinẽt, cũ adhuc augeri ꝑſeuerẽt,
correctionẽ admittunt: Cũ aũt iã ad ultimũ ꝑuenerint, nullus eſt remedio locus. Cauitates igiẽ
quiete atq; alligatione paruæ reddunẽ: magnæ uero, partiũ operatione, & ſpũs retentione: ſic &
quęcũq; foramina oraq;. Et qdem, q̃ naturalẽ magnitudinẽ partes exuperãt, quiete ac cõmoda
alligatione minores reddunẽ: augẽtur aũt & naturali motu, & frictione moderata, & qbuſcũq;
alijs plus ſanguinis attrahere natura aptis. Deficientes uero partes, q̃cunq;, ex ſanguine ortũ ha
buerũt, corrigi quidẽ nõ eſt impoſſibile: Quæ aũt ex ſemine, ꝑpemodũ impoſſibile exiſtit. licet,
tamen aliqñ loco eorum alia facere, q̃ uſum haud diſſimilem præſtent. Earum uero omnium na
tura opifex eſt, medicus autem miniſter. Quę uero numero excedunt, his ablatio, cauſa ſalubris
exiſtit. Inſpicere uero oportet, in quibus id fieri poſſit. Nam ſi impoſſibile appareat, tranſponere
tentandum eſt. Eadem eſt & eorum, quæ in ſitu uitia ſunt emendatio. Neque in obſcuro eſt, ꝗ
duo ſæpius aut tria uitia eandem partem poſſunt occupare, ſicuti in eo, qui uentriculum paruũ
ſimul, atque rotundum, atque aduerſus ſeptum habuit incũbentem. In ipſo etenim magnitudo,
formatio: ac ſitus erant deprauati: temperatura quoque frigidior exiſtebat. Hic nullo artificio
ad naturalem habitum transferri poterat: at, ne adeo infeſtareẽ, erat remedio locus. Nam, qñ re
C pleto uentriculo difficultate ſpirandi premebatur, minus cibi, at magis alimento opportuni, &
qui non difficulter ſubduceretur, ter die aſſumebat. Alteri uero, cui obſtructio in hepate ob ua-
ſorum anguſtiam ſæpius contingebat, extenuans uictus ratio cauſa ſalubris inuenta eſt.

Vſus cauſarum in corpore quod cecidit ab optima conſtitutione in unitate continui. CAP. 88.

REliquum igitur adhuc id morbi genus eſt, quod & ſimilaribus & inſtr̃ariis partibus cõe exi
ſtit, ſolutio.ſ.cõtinuitatis, quã quiſpiã forte ĩ his unq̃ adeſſe negaret, q ĩtegra ſanitate fruũ
tur, qñ ſemꝑ eſſet paſſio. Quẽ ſanè latet eãdẽ in oĩbus gñib⁹ fore dubitationẽ. Niſi.n. operatio
nis læſio ſenſibilis ſanitatẽ ab ægritudine ſeparet, ſed qualitatẽ tãtũmõ diſpõnis ĩtroſpiciamus,
ἀνωδυνίας .i. ꝑpetuę paſſibilitatis dogma neceſſario recipiemus, cũ nullus ſit, q oẽs operationes
optimas habeat. Sed de hoc quidem, ut quod logica potius cõtemplatio ſit, ſeorſum conſidereẽ.

Salubrium cauſarum uſus in ijs qui morbo tenentur.

Salubres uero cãs, ut his, quos nemo dubitat ęgrotare, deinceps ꝑcurram⁹, à mala tẽperatu-
ra exordiũ faciẽtes. Hic uero prius diſtinguamus, q̃ oẽs ferè medici p̃termittũt, Alias quidẽ eſſe
ſalubres cauſas eius intẽperãtiæ, q̃ iã facta eſt: alias aũt illius, q̃ adhuc fit: ſicuti ẽt alias ei⁹, q̃ fu
tura eſt. Huius, itaq; poſtremę, hę qdẽ in p̃ſeruatiua artis parte cõtinẽtur, hę uero in ſalubri: pri
D mę aũt inter oẽs in curatiua tantũmodo: ſed eius, quã mediã inter utrãq; locauimus, in p̃ſerua-
tiua & curatiua. Iam.n. factã, atq; exiſtentẽ ægritudinẽ curare oportet: Sed, quę nondum quidẽ
adeſt, at futura eſt, prohibẽdũ eſt, ne fiat ab ea, q̃ eſt in corpore, diſpõne. Eius aũt quæ adhuc fit,
quod quidem factum eſt, curare opus eſt: quod autem futurum, prohibere, ne fiat. Prohibebitur
autem ſublata ea diſpoſitione, quã ſequi natura apta eſt. Talis uero diſpoſitio, cauſa antecedẽs
appellatur. Facta autem ægritudo curabitur ſoluta ea diſpoſitione, à qua primum ea, quæ ſecũ-
dum naturam, lęditur operatio: quam quidem & ipſam morbi * eſſentiam dicimus eſſe.

De communiſsima intentione curatiua. CAP. 89. * Græce *αἰτίαν*, ideſt cauſam.

CVratio uero unã p̃cipuam ac cõiſſimam habet intentionẽ ad id, quod eſt diſpõni auferẽdæ
contrariũ. Ex hoc ſiquidem gñe ſunt cauſæ illæ oẽs, quæ ſanitatem efficiunt. Secundũ partẽ
uero ex unicuiq; diſpõni cõtrariis. Calido igiẽ affectui cauſa frigida cõtraria exiſtit, frigido aũt
calida, eadẽq; ĩ cæteris ꝑportione. Etẽm, ſi oẽ ĩmoderatũ eſt p̃ter naturã, moderatũ uero ſcd̃m
naturã, neceſſe eſt oĩno, ut ĩmoderatũ ab ĩmoderato contrario ad mediocritatẽ redigaẽ. At ma
niſeſtũ eſt, ꝗ ſcd̃m potẽtiã, nõ aũt imaginationẽ, & calefaciens, & refrigerans, & quęcunq; alia
huiuſcemodi oportet aſſumere. Voco aũt ſcd̃m potẽtiã, qđ re ipſa uere tale exiſtit, quale eſſe di
citur: Secundũ imaginationẽ aũt, quod ex prõpto quidem ſenſu tale eſſe imaginamur, cũ tñ ue

re tale

re tale non ſit.Sed,qua ſint hęc rõne diſtinguenda,diximus in his libris , in quibus de ſimpliciũ E
medicaminum poteſtatibus agiẽ. Ad inuẽtionẽ aũt ſalubriũ cauſarũ,quęcunq; quidẽ,ut ad eã,
quæ iam facta eſt,ægritudinem cauſę ſalubres exiſtũt, uia illa doctrinę,hoc eſt,methodo utendũ,qua id, qđ ſecundũ imaginationẽ eſt,ab eo,qđ eſt ſcđm potentiã,ſeparaẽ. Quæcunq; uero
ut ad eam,quæ adhuc fit,& hac eadem uia,atq; illa p̃terea , ex qua ægritudinũ cauſæ ĩueniunẽ.
Eſto.n.ſi ita cõtigerit,ex humoribꝰ putreſcẽtibus accendi febrẽ. Indicatio in hmõi eſt euacuatio,atq; alteratio: hæc quidẽ.ꝙ putredinẽ finiat,manẽte adhuc cauſa:euacuatio uero,ꝙ tota ex
corpore ſubſtantiã educat.Sed dicta quidem alterationis ſpẽs , cõcoctio exiſtit : quã ubi inuenerimus,à quibusnã cauſis fieri contingat,tunc utiq; eorũ, quæ hoc pacto ſalubria ſunt, ſciam
tenebimus.Euacuationes aũt fiunt,& ꝑ ſanguinis miſſionem,& clyſteris uſum,& ꝑ urinę uias,
atq; ea,ꝙ ꝑ cutẽ,fit trãſpirationẽ,ac p̃terea ꝑ † eã,ꝙ fit ad partes oppoſitas,attractionẽ,atq; ad
alias ꝓpinquas deriuationẽ.Nã & ad hoc idẽ genꝰ ꝑtinet cirare mẽſtrua,atq; ora uenarũ,ꝙ gręci hæmorrhoidas appellant,aperire,ac ꝑ palatũ,nareſq; expurgare. Cũ igiẽ & hic materias inuenerimꝰ,qbus in qualitate,& q̃titate,& tꝑe opportuno, & modo uſus adhibitis euacuatio fit,
in ipſa artis parte ſalubria ĩueniẽtur: atq; eorũ oĩum inẽtio tradiẽ in eo uolumine,qđ De arte,
ſeu methodo curatiua inſcribiẽ.Eadẽ rõne in aliis tribus intẽperaturis,ſi unũ cõe p̃ceptũ obſeruabimus,ut unãmquãq; prius,ꝙ efficit cãm,reſcindamus, deinde ita ad illã , ꝙ ab eadẽ cã facta F
eſt,ægritudinem accedamus,cauſarũ ſalubriũ inuentionem facimus . Secundũ uero cõpoſitas
intemperaturas,ex ſimplicibus cõpoſitio cõmõſtrabit ſalubria p̃cepta , cũ hic quoq; habeamus
pro magnitudine intemperaturæ eidẽ conueniẽs inuenire remediũ: Veluti ſi ita cõtigerit, ꝙ in
decẽ qdẽ numeris ad caliditatẽ maiorẽ,q̃ naturæ cõueniat, decidat corpus, ſeptẽ uero ad ſiccitatẽ maiorẽ,tunc ſalubrem cãm in huiuſcemodi affectibus eẽ oportebit,decẽ quidẽ numeris
frigidiorẽ,ſeptẽ uero humidiorẽ. Si igiẽ ipſi particulæ affectæ admoueaẽ tale remedium, tanto
ſit frigidius,atq; humidius,quãtũ exigit partis affectæ indicatio.Quòd ſi particula affecta in penitioribus locis ſita ſit,machinari oportet inſuꝑ tale inuenire ſalubre remediũ,cuius uis nequaquã ĩ itinere antea ſoluaẽ.Si itaq; calidius eſſe oportuerit eo,quod eſt moderatũ, non ſolũ tãtã
habeat caliditatẽ,quantã exigit morbus,ſed ultra eãdem mẽſurã tñ adiiciaẽ,quantũ ex ſitu,ut
pertingere poſſit ad locũ patientem,ſit neceſſariũ: ſi uero frigidius,nõ ſimpliciter tñ frigiditatẽ
oportet augere,ſed & materia quoq; prius eſt aĩaduertẽda.Si.n.craſſatum ſit partiũ, nõ admodum poterit ad profunda penetrare:at potius cõtrarium p̃ſtabit effectum,ſpiſſando ſuperficiẽ,
atq; denſando: at,ſi tenuioribus partibus cõſtet,poterit ſane plurimum ſubire ꝓfundum.Idẽ in G
humectãtibus,atq; exiccantibus accidit,in qbus craſſitudo,atq; ſubtilitas partium ſubẽ eſt inſpiciẽda.At,ſitu quidẽ loci affecti,ut nuꝑ diximus.inuenit indicatio ſalubre remediũ: A formatione aũt,& ſitu ſimul, qñ effluxus ſenſibiles , atq; ad aliũ locũ foraminibus patẽtes habuerint,
aut his oĩno caruerint. Quos.n.effluxus ſenſibiles deferri partes cognouerimus, auertemꝰ,atq;
ad illas ĩpellemus,ꝙ minime ſunt prĩcipales.Illud uero manifeſtum, ꝙ earum, ꝙ intemperaturã
efficiunt,cauſarum,curatio fit per euacuationẽ. Nã ipſæ intẽperaturæ ſola alteratione ſanãtur.

Curatio ſolutionis continuitatis in parte carnoſa. CAP. 90.

COntinuitatis autem ſolutæ curatio , intentionem quidem habet unionem, quæ in partibus
quidem inſtrumentariis impoſſibilis eſt: in ſimilaribus uero nõ ſemper poſſibilis . At in aliquibus,ſicuti in carnoſis, ſanitas conglutinatione ꝑficitur: nihil uero differt, neque ſi coalitum
appellaueris.Ipſam uero antecedit, quando uulnus maius extiterit,partium applicatio diſtantium, quæ ex formationis gñe exigit. Vt aũt hæc ipſa firma ac ſtabilis fiat,& alligatio cogens in
unum,ꝙ diſtãt,& fibulæ,& ſuturæ utiles ſunt.Coaleſcere autem facit ea, quæ inuicẽ diſtant,ac
priſtinã reſtituit unitatem ipſa natura.Noſtrũ uero opus eſt,ut diximus, primum quidem applicare extrema diſtantium partium: ſecundũ autem ita, ut in unum coacta ſunt,cõſeruare & ter- H
tium,cauere,nequid labris ulceris intercidat: & quartum, ipſam partis ſubſtãtiam cõſeruare ſalubrẽ.Sed quo pacto & primum,& ſecũdum impleamus officium,dictum eſt. Tertium uero in
cogendo in unum partes diſtantes exequemur , ſi nihil extrinſecus incidere permittamus: qñ
ſæpius uſu euenit,ut pilus,aut oleum,aut aliqua alia humiditas interueniens,earum,quæ copulandæ ſunt,partiũ unitatem ĩpediat. In eo aũt,quod ſeqtur,tꝑe per ſuffluxiones tertia intentio
retineẽ.Ipſam uero ſuffluxionẽ ex eiuſdẽ, & contrarii loci diuiſione, & figura opportuna cõparare oportet.Partis aũt ſubſtãtiã ſalubrẽ,per ea,ꝙ mediocriter exiccãt,cõſeruabimus. Hęc qdẽ
eſt ſolutę cõtinuitatis curatio,cũ ipſa ſola ſeorsũ ĩ carnoſa parte cõſtiterit. Qđ ſi cui alteri morbo cõiũgaẽ,plures ſunt ĩdicationũ ĩtẽtiones,quas ĩ cõpoſitorũ,uel cõplicatorũ,ſiue,ut cuiq; appellare libuerit,doctrina trademꝰ.In p̃nti aũt ſermõe ad reliquas unitatis ſolutiones accedẽdũ.

Curatio ſolutæ continuitatis in oſſe. CAP. 91.

FRactio igiẽ eſt cõtinuitatis ĩ oſſe ſolutio,ꝙ quãtũ ad intẽtionẽ primã inſanabilis exiſtit.Quo
uero ad ſecundã,aliquo mõ ſanabilis fit. Prima igiẽ intentio eſt coalitus partiũ, qui ob oſſis
duritiẽ fieri non põt.Secũda,alligatio,ꝙ fit callo ſuꝑnato partes fractas circũalligante.Calli aũt
gñatio,qua quidẽ ex materia, & à natura fit,eſt & ad alia cõis : qua uero formã oſſi uicinã hẽt,

ex eiuſdem

† ἔτι δὲ ἀντισπάσεως καὶ μεταχετεύσεως εἰς ἕτερον, & per reuulſionẽ , ac deriuationẽ in alterum.

A ex eiuſdem fit alimento.Molle uero,& puerile os coaleſcere poteſt.Sed perraro fit talis affectus quin cum altero ſocietur.Magna.n. ex parte muſculi adiacentes,una cũ corporibus aliis,fractis oſſibus,patiunẽ.Quare & curationis intẽtio oriẽ duplex,quarũ altera ꝗdẽ circa oſſa, altera uero circa corpora adiacentia uerſatur. Sed hæc quidem in carnoſarum partium cõplicaris diceẽ affectibus.Nunc uero de fractionibus dicendum. Qm̃.n.harum ſanitas calloſitate procuraẽ, ut aũt callus gñetur,proprii oſſis alimenti ſuperfluitatẽ naturæ ſuggerere oportet,hanc uero ſuꝑfluitatem in qualitate & quãtitate ſeruare modũ eſt neceſſariũ,idcirco,& ratio uictus eſt adhibenda,quæ tantum ac talem influere oſſibus ſanguinem præparet, qualis & quantus generãdo callo ſit opportunus.Qm̃ uero per fracti oſſis cauernas idem effunditur ſanguis,eiuſdem qualitatem,& multitudinem animaduertere oportet,atq; ita uel ſicciorem,uel humidiorem uictũ inſtituere.Sed hęc omnia in libris,in quibus de curandi ratione tractatur, plenius ſunt explicata.

Curatio punctura nerui & chorda. CAP. 92.

NErui uero & tendonis pũctura ꝓꝑ ſenſus excellentiã,& qm̃ hęc pars principio cõtinuatur, prompta eſt ad neruorũ conuulſionẽ excitãdã,ac tum ꝑſertim, cum nihil extrorſum expirat obcęcato cutis uulnere.Aperiendũ eſt igiẽ,atq; exiccandum ſubſtantia tenui , ꝙ uſq; ad ima

B nerui offenſi poſſit penetrare. De his uero exacte diximus in libris De arte medẽdi conſcriptis. In ſimplicibus quidem huius generis affectibus ſalubrium cauſarum forma talis exiſtit .

Curatio compoſitorum ulcerum .

In cõpoſitis uero cõplicaẽ ulceribus.Prima ꝗdem cauitas,quã non alterũ affectũ,ſed ulceris dr̃iam eſſe arbitrãtur.Eſt aũt nõ dr̃ia huiuſcemodi res: ſed alterũ aliqđ toti⁹ ęgritudinis genus, in quo ipſius ſubæ iactura facta eſt.Et ꝗdẽ curatio in duplici morbo,duplicẽ exigit intẽtionem. Nã cõtinuitatis ſolutio,unitate:ſubæ aũt iactura,gñatione indiget.Paulo uero ſupra gñationis intentiones expoſitæ ſunt.Quòd aũt primũ quidẽ hunc affectum oporteat ſanare,demũ unitatẽ reſtituere tentare,ipſa rerũ natura cõmonſtrat.Cũ itaq; repletũ ꝗdem fuerit cauũ,ulcus uero ad ęqualitatẽ ꝑductũ,alterã intẽtionẽ aboleri cõtingit:nã media exiſtẽte inter labia ulceris ea carne,ꝙ nuper eſt genita,partes ꝗdem diſtãtes uniri eſt impoſſibile,unñ fit, ut alia ſit ĩtẽtio ꝑquirẽda.Inuẽtionẽ aũt cõſequemur ex eo,qđ eſt ſcđm naturã,ipſi parti cõparãdo:erat aũt eidẽ ſcđm naturã cute obduci.Quare hoc ipſum à nobis ꝓcurãdũ:aut, ſi hæc intẽtio effectũ ſortiri nõ põt,ſimile aliqd cuti,carnẽ.ſ.ꝙ cutis naturæ uicina ſit,iſtaurare oportet.Eſt aũt huiuſcemodi,ꝙ & ſicca & calli ſimilitudinẽ ꝑ ſe fert.Ad cicatricẽ igiẽ obducẽdã neceſſaria erũt exiccã

C tia,ac ſine mordacitate adſtringẽtia medicamina.Ita,& ſi ſordicies aliqua fuerit adnata,intẽtio ꝗdẽ erit abſtergẽdi:& erit medicamẽ ſalubre,abſterſiuũ,eorũdẽ uero materiã in libris , ĩ ꝗbus de medicaminib⁹ agitur,ſcripſimus. Et ꝗdẽ,ſi aliqua inflãmatio,uel attritio,aut tumor ꝑdurus id eſt ſcirrhus,uel mollis,& laxus.i.œdema,cum ulcere fuerint,prius eorum curationi intẽdere oporter,eas ſequendo uias ac rationes,quas prius expoſuimus.Sic,& ſi aliquid ulceri illabiẽ,ad illabentium curationem intendendum.Eodem pariter modo,ſi aliqua intemperies ulceratũ locum obſederit, ad eiuſdem intemperiei remedia antea ueniendum. Sed he his quidem ſatis.

Curatio morborum ſecundum formationem. CAP. 93.

NVnc uero trãſeũdũ ẽ ad formatiõis genus,quod in plures ſecaẽ dr̃ias.At ab eo,qđ euidentiſſimũ exiſtit,exordiũ eſt ſermonis faciẽdũ,qđ ex figurę ꝑmutatiõe cõtingit.In his igiẽ,ꝗ adhuc creſcũt,poſſibile ẽ plurimarũ partiũ figurã emẽdare:ĩ his aũt,ꝗ iã aucti sũt,minime.Intẽtio uero ĩ iis,ꝗ curationẽ admittũt, ad cõtrariũ euerſionis adducere. Si uero fractiõe aliqua nõ recte cõformata,alicui⁹ mẽbri figura fuerit uitiata,cui ſubſtãtia calloſa innaſci ꝑuenerit,ſi ꝗdẽ hęc adhuc recẽs extiterit,ꝑfrĩgere oportet,ac rurſus recte afformare,deĩde callũ ſuꝑinducere.

Curatio obſtructionis. CAP. 94.

D ESt uero & obſtructio ex eodem genere ægritudinũ:Quæ ꝗdẽ ex lentis & craſſis humoribus fit,unã & ipſa hñs intẽtionẽ morbo cõtrariã,dico aũt apertionẽ,cauſę uero ſalubres ſunt,abſtergẽtia,atq; incidentia medicamina: Quæ uero fit à ſtercore duro,qđ interſepit inteſtinũ,primũ ꝗdẽ habebit duritiei correctionẽ ex humidis pinguibusq; clyſteribus,demũ ex acribus euacuationẽ expoſcet:Quæ aũt à lapide fit in ueſica,in ꝑſenti ꝗdẽ trãſpoſitionẽ reqrit:ĩtegrę uero ſanitatis cãm,incĩſionẽ & extractionẽ.Humiditatis aũt,quæ ꝑter naturã in parte cõtineẽ, ſanatio in oĩmoda euacuatione conſiſtit,quẽadmodũ ẽt in ſuppuratis . Immodica aũt repletio ĩmodica euacuatione curaẽ:ut cum ſanguis intra uenas redundat.Sic,& quibuſcũq;,uel in uẽtriculo,uel in inteſtinis,uel arteria aſpera,uel pulmone pus aut ſanguis cõtinetur,integra euacuatio eſt neceſſaria.Suꝑflui aũt cibi aut potus adhuc recẽtis aſſumptio ab euacuatione corrigiẽ.Quęcũq; igiẽ in pulmone uel thorace cõtineñ,cũ tuſſi educuntur,ſed à medicaminibus extenuãtibus.Quæcũq; uero in hepate,uel uenis,uel arteriis,uel renibus,aut per urinam,aut ꝑ uẽtrẽ:ſed ꝑ urinã ꝗdẽ ab iis,ꝙ uehementer extenuãt: ꝑ uentrẽ uero ab iis,ꝙ attrahendi aut aperiẽdi ora uim habent.Quæcunq; uero in ſuperiori uentre comprehenduntur,per uomitum: quæ autẽ in inferiori,per ſubductionem.Sed,quæcunq; ſub cute,per ſectionem,uel ignẽ, aut per medicamina adurẽtia.Sic uero aliquãdo quæcũq; in aliqua naturali cauitate,ut in thorace.Et ut ſummatim

tim

tim dicam quicquid præter naturam in aliquibus partibus contineť,ſanationis intẽtio eſt abla E
tio,quæ ſi fieri non poſſit,tranſpoſitio.Quæ uero non ſunt ex toto genere præter naturã,at quã
titate damnantur,in his intentio eſt abuacuatio.At inuentio eorum,quæ ad ipſorum ſanationẽ
perducunt,partim quidem ex affectu, plurimum uero ex ipſis affectis particulis ſumitur.

Curatio aſperitatis & lenitatis. *CAP. 95.*

QVæcũq; partes uero ob id,ꝙ exaſperatæ, naturalem amiſerint habitũ, his leuitas naturalis
eſt reſtituẽda,oſſa qdẽ lęuigãdo,arteriã aũt aſperã uel lĩguã leniẽdo humidis,q̃ nihil mor
deant,& lentorẽ habeant.Sed quibuſcũq; lęuitas ꝑter naturam ineſt,aſperitas eſt reuocan
da medicaminibus,quæ ſufficienter abſtergant, & parum adſtringant.

Superiores affectus aliquando ad alios affectus ſequi, aut complicari:ob id neque propriam ſemper curandi habere indicationẽ,neque unam,ſed plures ſecundũ docet exemplo inflammationis.

Quæcunq; uero obſtructiones,uel anguſtiæ meatuum alias ſequantur ægritudines,ab illarũ
curatione prius eſt incipiendum.Oſtẽſum ſiquidem eſt in libro de Differẽtiis morborũ,quòd&
inflammationibus,& duris laxiſq; tumoribus,& ſiccitatibus aliqñ immodicis , ac præterea ui-
tioſis partiũ continentium figuris,ea,quę nuper diximus,ſępius adueniunt:ſicuti , & quibuſdã
tumoribus eorum corporum, quæ ſunt in ambitu . Quòd ſi nõ nulla ex ꝓxime dictis inuicem F
cõplicentur,uarias habebunt indicationes.Sufficier aũt in uno tanquã in exemplo habuiſſe ſer
monem,qm̃ de omnibus in libris De arte curãdi plenius ſumus executi.Supponať cuipiam par
ticulæ multitudinem ſanguinis influere adeo , ut diſtendantur quæ in ea ſunt uaſa, non maiora
tm̃,ſed ẽt parua,quæ prius ſenſum effugiebant : nũc uero quia plena ſint, uiſu cõprehẽdantur,
ſicuti plerũq; in oculis ob tunicæ albedinem manifeſtiſſime patet:Par aũt certe eſt, ꝙ & alia ua-
ſa,quę latent ſenſum,iam plena diſtendanť,nondũ & ipſa ob paruitatẽ uiſui manifeſta.Et iã pe-
riculum imminet,ne,quod ex uaſis exudat,ad ſpacia uacua,quæ in medio ſunt,effundatur:aut
ne iã paruum aliquod ſit effuſum. Huius quidem affectus ſanatio inrentionẽ habebit euacuatio
nem,aut,ut maniſeſtiori uocabulo utamur,abuacuationem: ſiquidem morbus erat immodera-
ta partis repletio.Neceſſarium igitur eſt , ut aut ſuperfluitas retrocedens euacuetur; aut per ip-
ſam patientem particulam.Retrocedet autem,uel impulſa,uel attracta,uel tranſmiſſa , uel horũ
uno aliquo modorum,uel oĩbus.Per locũ uero patientẽ euacuabiť , partim quidẽ manifeſte &
ſenſibiliter,partim uero in uapores tenuata . Si igiť uniuerſum corpus plus æquo plethoricum
fuerit, ꝑ patientẽ locum minime euacuandũ.Nã,ſi ſcarificationib⁹,aut ſectionibus ſenſibiliter
euacuabimus,pl⁹,rõne excitatis doloris,attrahem⁹.Si uero calefaciẽtibus diſpergere tẽtabim⁹, G
plus erit id quod ui caloris ad partẽ attraheť,q̃ diſperſum.Quòd ſi ĩ eo elaborabimus,ut , ꝙ in-
fluxit,retrocedat,corpus plenũ non admittet.Ad hæc igiť ambo totum corpus euacuare opor-
tet,aut oĩno ad alia loca retrahere, qđ patienti particulæ influit,quo ꝑfecto opere, prius à par-
te repellendũ,q̃ diſpergendum.Quanto.n. per maiora fit,tanto expeditior eſt euacuatio. A pa-
tiẽte uero loco adſtringẽdo,ac refrigerando repellemus,ſed & exinanita loca attrahũt ad ſeipſa
quæcũq; repcutiũtur.Hoc ſiquidẽ oñſum eſt ĩ eo uolumine,in quo De potẽtiis naturalibus agi
tur.Et uaſa ꝑterea uigore ex medicaminibus adſtringẽtibus addito,à ſe ad alia remittẽt.Si igiť
hac uia ſuperfluum oẽ retroceſſerit,bene ſe res habet:At,ſi aliquid fuerit in parte retentũ,conie
cturandum erit id lentũ ac craſſum exiſtere , atq; ea rõne iam coactũ atq; adſtrictũ , ut cũ diffi-
cultate extrahi poſſit.Fieri aũt põt,etiãſi non eius naturæ ſit,ut ad ſpatia,quæ in medio ſunt, ſit
effuſum:in quo caſu tũc ad id ueniendum eſſe tẽpus ſuadet,ut hoc ipſum, quod reliquũ eſt, per
patientem locum euacuemus,imponendo ſupiacẽtibus partibus ea,q̃ influentẽ humorẽ repel-
lẽdi uim hñt.Maxime uero euacuabis,ſi in ſpatiis intermediis aliqd cõtineri cõiectura aſſeque
ris,& ſcarificationum auxilio, & medicaminum,quę uim habeant diſpergendi.Sed,qm̃ hęc oĩa
uires calidas habẽt,eiuſdẽ uero tẽperaturæ op⁹ eſt mordere, qñ modũ in caliditate exceſſerit, H
cauenda ex eis ſunt uehemẽtiſſime calida,ac tum ꝓſertim,cũ patiens locus inter ſumma fuerit.
Neq;.n.paruus excitabiť dolor,ſi ꝑter ꝓprium affectũ,inſuper mordeatur:oĩſq; pręterea dolor
fluctiones cõmouet.Quòd igiť mediocrẽ caliditatẽ obtinet , in his ſenſum doloris non inuehit:
atq; eo amplius oĩ dolore uacat,ſi humidum extiterit.Et qdẽ,quicqd ꝑ ſumma hęret potẽs eſt
id medicamẽ diſpergere,qđ etiã ualidas non habuerit ad diſpergendũ uires.Quòd ſi ſummæ q
dem partes oĩ noxa caruerint,id uero,quod euacuari oportet,in penitioribus partibus fuerit,in
tẽdẽdus atq; augẽdus diſpergentis medicaminis calor,cũ dubitãdũ ſit,ne prius,q̃ ꝓfundas atti
gerit partes,interim uires amittat.Neq; tñ ex eo ſummæ partes aliquem dolorẽ ſentiẽt, cum oĩ
uacent affectu. Quare nunc hæc duo ſimul inuitant ad calidiorũ pariter,atq; acrium medicamẽ
nũ uſum,& ſummæ partes,quæ tolerãt,& ꝓfundæ, quæ egẽt.Hæc igiť ex ſitu particulæ indica
tio aſſumebať.Deinceps uero,ſi qd ad ſanationẽ deficiat,conſideremus:neq;.n. paruum aliqd
deeſſe uideť.Affectæ partes,in quibus fluctionis ſꝑfluitas retinetur : nõ nullæ quidem raræ &
laxæ,& molles natura exiſtunt:non nullę aũt denſæ,& preſſæ:ac duræ.Priores igitur facile eua
cuanť:reliquæ aũt acrioribus euacuãtibus,ac ꝑterea tenuiores partes habentibus egẽt,atq; eo
ẽt magis,quãto profundiorem ſitũ habuerint.Hæc igiť tibi rurſus ſit indicatio altera,à particu-
læ patientis

A læ patientis ſubſtantia:alia uero à formatione ſimul ac ſitu,ſupponatur.n. ſi ita contigerit,in he
pate eſſe proxime dictum affectum in anguſtis uaſorũ finibus, impactis humoribus, q̨ uel len-
ti ac tenaces,uel craſſi exiſtant,uel ſuperabundent. Nonne in promptu eſt primum quidẽ craſ-
ſitiem una cum lentore,& tenacitate, cibis ac potibus extenuantibus, ad ſubtiliorum ſubſtan-
tiã transferri oportere? Secundo aũt loco nõ ꝑ anguſtos,atq; inuiſibiles ſolum,ſed ꝑ latiores ẽt
meatus,q̨cquid infeſtum exiſtit,eſſe euacuãdũ? Sunt.n.in hepate uenæ nõ minus amplitudine,
q̃ numero excedentes. Terminantur aũt hę q̨dẽ in gibbis ad uenã cauã,hæ uero ĩ cauis ad por-
tã:unde facillimũ tibi eſt futurũ,in utriſlibet preſſi, ac ſtipati humores fuerint, eoſdẽ expedite
euacuare,trahẽdo q̨dem ad uentrẽ his,q̃ attrahẽdi uim hñt,medicaminibus eos humores, qui
cunq; in uenis ad caua hepatis ꝑtinentibus ſunt aceruati: ad urinæ uero meatus ꝓmouendo ꝑ
cauã uenã, quicũq; in uenis ad gibba ꝑtinentibus ſunt. Sed præter ſupradictas alia eſt ĩdicatio
ab hepate ipſo,ueluti à uenarum principio. Nam, cũ non tãtũ ſeipſum regere natura aptum ſit,
ut pleræq; animalis partes,ſed uenis pręterea uirtutẽ largiaẽ,periculum imminet,ne,ſi eius ui-
gor perfuſionibus, & cataplaſmatibus relaxãtibus fuerit exolutus,& ipſum primũ ad ſui opus,
atq; oẽs ſubinde uenæ eius rõne ĩbecilles efficianẽ. Quare in eius curationib⁹ aliqua ex adſtrin
B gentibus medicaminibus miſcere oportet. Sed,qm̃ in profundo admodum loco ſitũ eſt,dubitã
dum erit,ne adſtringẽtis medicaminis uis exoluatur, niſi ab aliqua altera ſubtilium partiũ ſub-
ſtantia,qualis aromatũ eſt,traducatur. Melius uero fuerit,ſi & ipſum adſtringens medicamẽ ꝓ-
tinus etiã aromaticũ fuerit:nã,ſi duas habuerit natura inſitas qualitates,ac poteſtates, ualẽtius
operabitur. Et quidem euacuetur,quod præter naturã in mẽbrum confluxit: ſeruet aũt humo-
rum modum naturæ conuenientẽ. Quare & illa animaduerſio à nobis eſt in hoc adhibenda,ne
quid ab humoris confluentis qualitate eiuſdem membri temperies ſit alterata: ſi pituitæ naturã
tenuerit,ad frigiditatem:ſi uero bilis,ad caliditatem:ut hanc ipſam curantes intẽperiẽ, ſanitati
exquiſite teſtituamus. Curabimus aũt cõtrariã ex aduerſo afferentes qualitatẽ, quemadmodũ
in intemperaturarũ curationibus diximus, quantum unumquodq; calidius,aut frigidius factũ
eſt,tm̃ refrigerantes,aut calefacientes:Quare & hic rurſus agnoſcenda eſt ipſius ſcd̃m naturam
temperies. Nam quo pacto ſciemus,quantum in frigiditate,aut caliditate à naturę modo receſ-
ſerit: aut quando à frigefaciendo ſuperſedebimus, ſi nos latuerit ea, quæ eſt ſecundum naturã
caliditas? Ita uero & ſi frigidius effectum calefaciemus,ignorantes frigiditatis naturalis modũ,
neq; opportune calefacere, neq; in tempore à calefaciendo deſiſtere poterimus.

C *De morbo ſecundum numero.* CAP. 96.

SEd,qm̃ de his ſatis diximus,tranſire iam tempus ad ea,in quibus numerus non eſt ſecundum
naturam. Cum uero duplex ſit eorum differẽtia, quibus quidem aliqua particula deficit, his
intentio eſt alterã efficere ſubminiſtrando naturæ,eo,quo diximus paulo ante,modo: at, q̨bus
ſuperabundat,hanc reſecare oportet,aut ſcalpello,aut igne,aut medicamine,qđ urẽdi uim ha-
ber. Hæc igitur omnia fere ſanare poſſibile eſt: at non æque omnia generari poſſunt, ut in libro
De ſemine diximus. Quædam uero ſunt,quæ etſi generari non poſſunt, licet tamen pro ipſis al-
terum efficere,quemadmodum in oſſe ex toto ſublato alteram ſubſtantiam in eius ſede tepone
re à carne,atq; oſſe differentem. Eſt enim,quæ in eius gignitur loco, quædam ueluti caro callo-
ſa, uel callus carnoſus, & proceſſu temporis magis ac magis ad calli duritiem transfertur, cum
ab initio carnis potius imitetur naturam. Quacunq; uero parte ſublata,cum neq; eandem ſecun
dum ſpeciem ſubſtantiam,neq; ſimilem efficere poſſumus, tertia nobis intentio quædam deco-
rem inuenire,quemadmodum in mutilationibus.

De morbo ſecundum magnitudinem. CAP. 97.

COmmunicat aũt hoc genus totum cum eo,quod ad magnitudinem pertinet. Nã, quodcũq;
D ex eo eſt ſcd̃m naturã,illi ꝓpinquum exultit. Id uero tm̃ ſeiunctum eſt,ac ſeparatum,qđ in
ter ea,quæ ſunt è genere præter naturã,cõnumeratur. In quo quidẽ prima intentio eſt ablatio.
Si uero hæc impoſſibilis exiſtat,ſecunda eſt,tranſpoſitio,quemadmodum in ſuffuſionibus. Quę
cunq; uero nõ integris partibus,ſed partium tãtummodo particulis deficiũt,aut excedunt natu
ræ modũ,refectio quidem uel generatio in his,quę deficiunt: ablatio uero & * abolitio in his,q̃ * καθαίρεσις.
ſuperabundãt. Quare neq; in ipſis altera eſt intentio, neq; medicaminũ forma genere diuerſa.

De morbo ſecundum ſitum. CAP. 98.

SEd iam ueniendũ eſt ad reliquũ ſalubriũ cauſarũ genus, quod ea corpora emendat,q̃ in ſitu
ſunt uitiata,ueluti luxationes,& inteſtinũ in ſcroto. Fit aũt hoc ex uiolẽta tẽtione, atq; ĩpul
ſu:hoc uero ex dilatato,ac rupto cõtinẽte. Quare & duplex ſanãdi mod⁹: Alter q̨dẽ ad oppoſi
tã partẽ ei,ad q̃ facta ẽ ꝑmutatio,ĩtẽdẽdo,atq; ĩpellẽdo: Alter uero id,q̨ cõtinet,firmi⁹ ſolidi⁹-
q; reddẽdo. Quib⁹ uero uiis,ac rõnib⁹ ſingula ĩueniri poſſint,ĩ lib. De arte curãdi explanauim⁹.

De cauſis præſeruatiuis. CAP. 99.

COnſequens eſt,ut ea omnia exequamur, quæcunq; in ſuperiori ſermone dicere diſtulimus.
Vocant autem eadem Præſeruatiua. Eſt autem horum triplex ſecundum genus differẽtia.
Prima quidem hominis,qui integra fruitur ſanitate: Secunda uero eius,qui non integre ualet:

Tertia eius,qui ægrotat.Primum igiẽ genus ad ſalubrem attinet artem,atq; in duas, ut antea di E
ximus,diuiditur partes:Secundum uero ad præſeruatiuam ſpectat:Tertium,ad curatiuam.Hoc
autem uniuerſum genus circa humores præcipue negociatur,quos neq; lẽtos eſſe oportet,neq;
craſſos , neq; aquoſos,neq; plurimos,neq; uehemẽter calidos,aut frigidos,neq; mordaces, neq;
putredini obnoxios,neq; uenenoſos.Nam,ubi aucti fuerint,generant morbos . Augentur uero
non nunquam eadem ex cauſa,quæ ab initio generauit.Illud aũt plerunq; accidit,ut ſua altera-
tione ſimul inficiãt eos,q ſunt ĩ corpore humores. Intentio uero & horũ ſanationis duplex exi
ſtit,alteratio & euacuatio.Alteranẽ igiẽ uel ab ipſo corpore cõcocti, uel ab aliquibus facultati-
bus,quæ uim medicamentoſam habent.E quorum numero ẽt ſunt ea, quæ exitialium ferarum
uenenis aduerſanẽ,ac p̃terea pharmaca,q̃ deleteria,hoc eſt,uenena,appellanẽ,tranſmutãt.Eua
cuanẽ aũt ſans calidis medicaminibus,& purganonibus,& clyſteribus, & ſudoribus, & uomiti
bus.Hæ igiẽ ſunt corũ cões euacuationes.Proprię aũt ex locis, ĩ qb⁹ coaceruanẽ , aſſumunẽ,ut
in libris De ſalubribus oſtẽdimus,tertio p̃ſertim ac quarto, in quibus de laſſitudinibus egimus,
ac reliquis diſpõnibus,quæ laſſitudini natura ꝓximę ſunt . Promptius.n. euacuantur ꝑ uentrẽ
quidẽ,quæcunq; in primis uenis continenẽ ſuperfluitates:quæ aũt in his,quæ in hepate ſunt,ꝑ
urinæ meatus:at,quæ in toto copore,per ſudorem:ſicuti,quę in capite,uel per palatũ,uel ꝑ na- F
res,uel per utrunq;:quæ uero ſunt in ſpaciis thoracis laxioribus,per guttur ſimul cũ tuſſi:q̃ ĩ re
nibus ſunt uel ueſica,per urinam.At attrahẽdi ex oĩ loco ad oppoſitas partes cõis indicatio, eſt
ad quã maxime diſtãnia·deriuãdi uero,ad uicina.Quæcunq; uero huiuſcemodi curãt diſpoſitio
nẽ,cauſas ſalubres appellamus:ſicuti inſalubres eas,quę adaugẽt: & neutras , quę neq; obſunt,
neq; iuuãt.Poſſet uero quiſpiam neq; oĩno cauſas appellare , quemadmodum maior pars ſophi
ſtarum,qui rerum quidem dñiam inuenire contemnunt,plurimũ uero tẽporis in nominibus cõ
terunt:contra quos in aliis uberius diſſerimus. Ac pars quidem artis præſeruatiua talis eſt.

De parte, quæ conualeſcentes reficit & ſenibus congruit. *CAP.* 100.

QVæ autem reficit atq;,inſtaurat,in conualeſcentibus ac ſenibus locum habet.Quæ uero ſit
liorum diſpoſitio, & à quibus præcipue cauſis ad naturalem reducię habitũ,in libris,in qui
bus de medendi arte tractauimus, abunde explicauimus . Sed nunc per capita dicetur.
Diſpoſitio igitur talis eſt.Probus quidẽ,ſed exiguus eſt ſanguis, atq; una cum ipſo ſpiritus ani-
malis atq; uitalis:ipſę uero particulæ ſolidæ ſicciores : & idcirco eorũ uires ſunt imbecilliores:
atq; earundẽ rõne corpus uniuerſum,frigidius . Cauſæ uero ſalubres,q̃ hanc emendant diſpoſi
tionem,ut uno comprehendam capite,ſunt,quæcunq; præſentaneum atq; ſecurum exhibẽt ali G
mentum:ſecundum partem autẽ,in motibus moderatis,& cibis,potibusq;, ac ſomnis cõſiſtũt.
Sunt uero motus materię,uehicula,ambulationes,frictiones,& balneæ: & ubi non parum ſe ex
his profeciſſe ſenſerint,paulatim ſe ad cõſueta opera transferant. Cibos autẽ aſſumant in prin-
cipio quidem humidos & concoqui faciles,neq; frigidos:ac,eum progreſſi fuerint,eos etiã,qui
plurimum præſtant alimentum. Potus uero opportunus eſt uinũ ætatẽ quidem habens medio-
crem,in ſubſtantia autem putum atq; perlucidum,qđ ſcilicet uel ſubflauum uel album exiſtat,
atq; ſuauiter olens:guſtui uero,neq; aqueũ oĩno,neq; cum aliqua inſigni qualitate, aut dulcedi
ne,aut adſtrictione,aut acritudine,aut amaritudine ſentiaẽ . Vt autẽ proxime diximus,de hiſce
oĩbus,in libris De arte curãdi cõſcriptis plenius diſſeruimus.Nunc.n. neq; oĩa particulatim re-
cenſere eſt noſtri propoſiti inſtitutum , ſed ſolum capitum mentionem facere intẽdimus eorum
quæ in aliis uoluminibus latius explicauimus.Quorum oĩum ſi prius,& numerum, & qualitatẽ
expoſuero,finem libro imponam. Diximus itaq; prius,ꝙ alter eſt liber, in quo De conſtitutio-
ne artis medicinæ diſſeruimus.Antecedunt aũt eum alii duo De conſtitutione artium:ſed hi q
dem una cum hoc cui nũc extremam manum adiecimus,ſeorſum ſunt ab aliis libris , in quibus
plenior doctrina explicatur.Illi uero talem inter ſe ordinẽ habent.De elementis q̃dẽ ſcđm.Hip H
pocratem liber unus:Poſt hunc aũt tres de temperaturis, ex quibus quidẽ duo ſunt de tempera
turis animalium:Tertius uero de iis,quæ ſimplicium medicaminum ſunt. Quam ob rem & tra-
ctatum illum,in quo De ſimplicium medicaminum poteſtatibus agitur,nemo recte intelligẽtia
aſſequi põt,niſi prius tertii libri de tẽperaturis integram cognitionẽ fuerit adeptus. Eſt & alius
liber paruus,q ordine ſequiẽ duos priores alios de tẽperaturis.Inſcribitur aũt De inęquali tẽpe
ratura.Similiter aũt & hunc alii duo parui,alter quidem de Optima corporis cõſtitutione,alter
De bono habitu.Alius uero tractatus eſt,q tres cõplectitur libros,De potẽtiis naturalibus:quẽ
ſiquis legere uelit poſt librũ De tẽperaturis,ſiue poſt librũ De elemẽtis, utrũq; erit cõſentaneũ.
Poſt hũc in pluribus aliis libris De operationibus animalibus diſſeruimus.Sed, qm̃ ad earũ de-
monſtrationes non parum cõferunt,quæ per ſectiones apparẽt,in illis prius exercitari oportet.
Eſt aũt maxime inter alios utilis ille tractatus,qui de ſectionũ aggreſſibus inſcribiẽ . Alii autem
ſunt poſt eũ plures,duo q̃dẽ De diſcordia ſectionis,un⁹ uero De ſectione mortuorũ:Poſt quos
ſequnẽ hi,in quibus agitur de ſectione uiuorũ.In aliis uero quibuſdã particulatim ob eos ſcripſi
mus,qui introducunẽ,De oſſibus,Sectio quoq; muſculorũ,& neruorũ & arteriarum,& uenarũ.
& quædã alia huiuſcemodi ex eodem numero exiſtunt,& liber ẽt,in quo quęriẽ,Nũquid in ar-
teriis

A teriis contineaẽ ſanguis naturaliter. Qui uero earundem partium operationes demonſtrãt, duo quidem ſunt, De motu muſculorũ: tres autẽ De thoracis & pulmonis motu. Poſt quos ſequunẽ libri De cauſis reſpirationis. Poſt hos liber De uoce. De principatu autẽ aĩę, & de oĩbus aliis, q̃ de naturalibus, uel aĩalibus operationibus in quęſtionẽ trahũtur, in lõgo ſcripſimus libro, q. De dogmatibus Hippocratis & Platonis inſcribitur. Ad eiuſdẽ generis contẽplationem pertinẽt libri De ſemine ſeorſum cõſcripti, & ampli⁹ de ſectione ſcd̃m Hippocratẽ. Quos oẽs ordine ſeq̃tur tractatio De utilitate partiũ. Ad dignoſcendas autẽ ęgritudines utilis eſt liber De locis affectis. Itidem ille, in quo De pulſibus ſcribitur, in quo & præcognitiones edocemus. Librum uero De pulſibus pręcedũt alij duo, alter qui De uſu reſpirationis, & alter, qui De uſu pulſuũ. Is uero De pulſibus in quatuor diuiditur partes, primam: quæ eorũ differentias: ſecũdam, quę dignotiones: tertiam, quæ eorũ cauſas: quartam, quæ illam, quæ per eoſdem fit, cõtinet pręcognitionẽ. Ex eodem genere eſt ille, qui iis, qui introducunẽ, De pulſibus ſcriptus eſt. At uero in animo eſt alium ſcribere librum, ueluti quoddam omnium iſtorum compendium, quem inſcribã, uel Artem de pulſibus,† uel Compendium. Ad hanc quoq; iuuant contemplationem ea, per quę à me exponiẽ, & ſimul iudicatur liber Archigenis de pulſibus. Ad præcognitionem autem plurimum

† Additur in antiquis, uel Iſagogẽ uel Synopſin, & eſt ille liber, qui in hac editione nuper impreſſus eſt.

B confert liber De criſibus, id eſt decretis naturæ: quẽ præcedit alter De decretoriis diebus. Sed liber etiam, qui de Difficili anhelitu inſcribitur, & ad dignoſcẽdum præſentem affectum, & ad p̃ſcienda bona uel mala, quæ ægrotanti ſunt euentura, conducit. Hi igiẽ omnes, atq; una cũ ipſis tractatus quidam uno tantum libro comprehenſi, cognitu utiles ſunt: ſicuti ille, qui de ꝓcatarcticis, id eſt præincipientibus cauſis inſcribitur, & De medicinali experientia, & De extenuãte uictu, & qui De uenæ ſectione aduerſus Eraſiſtratum, & qui de tumoribus præter naturã, & qui De multitudine, atq; alii præterea ſimiles. Præ cęteris autem ad curãdi ſcientiã maxime neceſſarius exiſtit, qui De morborum differentiis agit, & De accidentium differentiis. Et tertius p̃ter illos, in quo Morborum cauſas explicauimus. Poſt quos ſunt tres alii, qui Accidentiũ cauſas explanant. Sunt etiam De medicamentorum ſimpliciũ uiribus libri de quibus ſupra meminimus: & qui De medicamentorum cõpoſitione, quos ſequuntur libri, De arte curandi, his qui De ſalubribus inſcribũtur, ſeorſim à nobis conſcriptis. Quòd uero ante hoſce omnes prius exercitari oporteat in libris De demonſtratione, ſiquis hanc artem ſit cum ratione tractaturus, monſtratũ eſt à nobis in libro, qui De optima inſcribitur hæreſi. De aliis autem libris, & cõmẽtationibus à nobis ſcriptis tranſigere nũc minime neceſſarium, cum de hiſce omnibus alibi ſimus tractaturi in uno fortaſſis, aut duobus libris, qui ita inſcribentur: Galenus de uoluminibus, à ſe cõſcriptis.

FINIS.

1a 2b 3c 4d 5e 6f 7g 8h 9i.

Omnes ſunt quaterniones.

VENETIIS, APVD IVNTAS
M D LXXXV.